In *Oratione* Tatiani ante hæresim scripta exstat non illepidus quidam in Peregrinum sive Proteum jaculus, qui cum ea opinione, quam refellimus, conciliari non possit. Sic enim ille Cynicus exagitatur a Tatiano, ut jam tum sese vivum combussisse, quod quidem ab eo factum est in ludis Olympicis anno 165, aut saltem sub Protei nomine, quod ei sub finem vitæ impositum fuit, cognitus omnibus fuisse videatur. Sic loquitur Tatianus, n. 25 : Καὶ λέγοντες μὲν δεῖσθαι μηδενός· κατὰ δὲ τὸν Πρωτέα σκυτοδέψου μὲν χρήζοντες διὰ τὴν πήραν, ὑφάντου δὲ διὰ τὸ ἱμάτιον, καὶ διὰ τὸ ξύλον ὄρυτόμου, διὰ δὲ τὴν γαστριμαργίαν τῶν πλουτούντων καὶ ὀψοποιοῦ. « Nullius quidem se egere dicunt philosophi, sed tamen Protei more modoque indigent coriario propter peram, textore propter vestem, lignario propter baculum, divitibus propter ingluviem et coquo. » Quod Tatianus imitationem Protei ut probrum objicit philosophis, id argumento est jam tum illum fabulam fuisse ob varios vitæ eventus ac præsertim ob stultissimum mortis genus. Illud saltem ex verbis Tatiani necessario constat, jam tum Protei cognomen omnium consensu et fama tributum Peregrino fuisse. At illud nec in Ægypto obtinuit, ut minus belle conjicit Tillemontius, nec in Italia in quam relicta Ægypto venit, sed in Græcia, in quam se Italia pulsus recepit, idque admodum sero, ut testatur Aulus Gellius. *Philosophum nomine Peregrinum*, inquit, lib. XII, c. 11, *cui postea cognomentum Proteus factum est, virum gravem atque constantem vidimus, cum Athenis essemus, diversantem in quodam tugurio extra urbem.* Non potuit ergo Tatianus hæresim suam anno Christi 151 spargere, veroque simillimum est Epiphanium pro anno M. Aurelii duodecimo, quo Eusebius hanc hæresim prodiisse declarat, duodecimum Antonini posuisse. Cum Eusebii [82] major est in ejusmodi quæstionibus auctoritas quam Epiphanii, tum vero illius sententia cum Tatiani et Justini rebus optime consentit. Dandum enim aliquod tempus Tatiano post Justinum Romæ docenti; nec statim ac Roma discessit, hæresim cœpit prædicare, cum *Oratio adversus Græcos*, quam post suam Roma discessionem scripsit, hæresis nota careat. Quamobrem cum Justinus circa annum 167 aut 168 vitam pro Christo profuderit, non incommode Tatiani hæresis ad annum 170 referetur. Quod enim Eusebius in *Chronicis* anno 172 exortam putat, id aut præfinito non dixit aut minus dixit accurate. Nam Montanistæ, quos anno 171 prodiisse gravissimis rationibus patet, paulo recentiores Tatiano videntur, et post eum recensentur, tum apud Tertullianum in libro *De præscriptionibus*, tum apud Epiphanium quanquam posterior nimium spatii inter Tatianum et Montanistas interponit.

Non me latet Montanistarum originem citius multo collocari a Blondello et Maresio [83], qui versus Sibyllinos, quos octo libris comprehensos habemus, Montani commentum esse contendunt. His assentitur vir a me non semel laudatus, Lud. Dufour de Longuerue [84]. Revera antiquiores multo essent Montanistæ, si versus Sibyllini facinus essent Montani, quos non solum ante Lucii Veri, sed etiam ante Adriani mortem fabricatos fuisse declarat falsa de utriusque morte prædictio. Nam tres post Adrianum futuri imperatores prædicuntur [85]: Tertius sero omnium dicitur potiturus, Ὁ δὲ τρίτος ὀψὲ κρατήσει ἁπάντων. Ipse autem Adrianus reste periturus, Ὁ δὲ λίνος αὐτὸν ὀλεῖται. Ex his merito concludit idem vir eruditissimus mendacem hunc scriptorem turpiter lapsum esse, quia non habebat, ut aliis in rebus, historiam rerum gestarum, quam ducem sequeretur, sed Adrianum reste periturum conjiciebat ex doloribus acutissimis, inter quos sibi ipse mortem consciscere volebat. Verisimile erat Lucium Verum, qui tenera admodum ætate erat, M. Aurelio superfuturum. Scripti ergo hi libri ante mortem Adriani. At eorum parentem esse

[81] Hist., lib. IV, c. 28. [82] Chronic. [83] Apud Gallæum dissert., p. 20. [84] In dissert. ms. [85] Lib. VII et VIII.

Digitized by Google

Montanum nulla probant rationum momenta, non Phrygiæ laudes, non vehemens Sibyllæ exstasis, non ipsa denique calamitatum imminentium prædictio. In his enim nihil est quod sectæ Montani proprium sit. Potiori jure auctor versuum Sibyllinorum existimaretur aliquis ex Christianis circumcisis et legem retinentibus. Nam hortatur ad Judaicas lustrationes, lib. IV, et futurum dicit ut justi in secundo adventu Domini corpus quotidie aquis lavent e lecto surgentes, lib. III.

II. Sic hæresim suam architectatus est Tatianus, ut dum aliud ex aliis hæreticis mutuatur, nec cum istis, nec secum ipse consentiret. Videtur in explicanda mundi creatione Valentini deliria compilasse. Dicebant Valentiniani omnia a vero Deo per ipsius Verbum fuisse condita, adhibito tamen Demiurgi sive Creatoris ministerio, quem quidem ita ignorasse fingebant operationem divinæ Sapientiæ, ut sibi solus Creator esse videretur. Paulo aliter Tatianus, sed non minus impie in quodam testimonio, quod in appendice retuli, illud Scripturæ : *Fiat lux*[86], optantis et precantis esse dicebat, non præcipientis. Fingebat etiam ad mundi explicationem, teste Irenæo, *Æones quosdam invisibiles*. Hinc apud Tertullianum *Præscr.*, cap. 52 : *Totus secundum Valentinum sapere* dicitur.

Ut Valentinus, ita etiam Tatianus legem Mosaicam rejiciebat, non a vero Deo, sed a Demiurgo institutam pronuntians, teste Clemente Alexandrino, *Strom.* III, p. 460, sed tamen lege et prophetis utebantur Severiani, ut ait Eusebius, qui primum auctorem et institutorem illorum fuisse Tatianum declarat. Ipse Tatianus utebatur quodam prophetæ Amos testimonio, ut vinum prohiberet[87]. Non erat necesse ejusmodi hæreticis Vetus Testamentum ab usu suo penitus removere, cum eam sibi, teste ibidem Eusebio, licentiam interpretandi sumerent, quæ nihil non posset eludere.

De Tatiano sic loquitur Clemens Alexandrinus, quasi is Valentini scholæ nomen dedisset ac inde abscessisset, ut propriam sectam conflaret. Vix enim aliter interpretari liceat hæc verba de Tatiano, *Strom.* III, pag. 465 : Ὁ δὲ ἐκ τῆς Οὐαλεντίνου ἐξεφοίτησε σχολῆς. Sed tamen Irenæus in testimonio quod modo retuli, Tatianum declarat ea mente ab Ecclesia discessisse, ut novam sectam conderet.

Valentini opinio, etsi in Deum mundi creatorem injuria erat et ad evertendam resurrectionis fidem excogitata, in hoc tamen lenior erat quam Marcionis, quod nec carnem Christi omnino tolleret, nec necessitatem imponeret ea detestandi, quæ per Demiurgum a vero Deo creata fatebatur. At Tatianus mutuari ex Marcione non dubitavit, quæ deesse Valentino ad summam impietatem videbantur. *Nuptias*, inquit Irenæus, *corruptionem esse et fornicationem similiter ut Marcion et Saturninus præ-*

dicavit. Quinetiam matrimonii institutionem diabolo acceptam referre visus est Clementi Alexandrino[88]. Nam Paulum sic interpretabatur, ut eum matrimonii usum permittendo prohibuisse et ut opus fornicationi et diabolo addictum interdixisse contenderet. Verba Tatiani habemus in Append., part. II

Illud etiam a Saturnino et Marcione Tatianus acceperat, teste Theodoreto, lib. I *Hæret. fab.*, cap. 20, ut animalium et vini usum, non modo nuptias, abominaretur. Abutebatur auctoritate Amos prophetæ ad impietatis defensionem : « De hoc loco, inquit Hieronymus in Amos, cap. 2, hæresim suam Tatianus Encratitarum princeps struere nititur, vinum asserens non bibendum, cum et lege præceptum sit, ne Nazaræi bibant vinum, et nunc accusentur a propheta, qui propinant Nazaræis vinum. » In mysteriis celebrandis solum aquam adhiberi voluit : « Similiter et mysteria quædam, inquit Epiphanius, » ad Ecclesiæ sanctæ imitationem instituit, sed ad ea tamen nihil « præter aquam adhibuit. »

III. Quæri non immerito possit annon putativam Christo carnem attribuerit Tatianus, et hac in re, ut in multis aliis, a Valentini partibus ad Marcionis castra transfugerit. Hæc enim de illo apud Hieronymum dicta legimus in *Comment. in cap.* VI ad Galat. « Tatianus qui putativam Christi carnem introducens omnem conjunctionem masculi ad feminam immundam arbitratur, Encratitarum vel acerrimus hæresiarches, tali adversum nos sub occasione præsentis testimonii usus est argumento, etc. » Hoc testimonio adductus Tillemontius Tatianum de Christi carne idem ac Marcionem docuisse existimat. Sed monet nos eruditus editor operum S. Hieronymi in perantiquo codice Cluniacensi, et in codice regio 3758, non Tatianum legi sed Cassianum. Equidem valde probaverim asservatam his in codicibus lectionem. Facile fuit et proclive, ut pro Cassiano, qui vix cuiquam præter Clementem Alexandrinum, cognitus fuit, nomen Tatiani longe celeberrimum obreperet. At multo difficilius ut pro Tatiano Cassianum librarii ponerent. Porro in Cassianum optime convenit Hieronymi testimonium. Is de matrimonio idem sentiebat ac Tatianus, ut diserte testatur Clemens, *Strom.* III, pag. 465. Quare non immerito vocari potuit Encratitarum vel acerrimus hæresiarches. Præterea ibidem Docetarum, id est eorum, qui putativam Christi carnem fingebant, princeps a Clemente appellatur, ὁ τῆς δοκήσεως ἐξάρχων. Quod quidem de Christi carne commentum illius de mundi creatione opinioni consequens erat. Dicebat enim Cassianus in libro *De continentia* : Εἰ γὰρ ἦν παρὰ Θεοῦ εἰς ὃν σπεύδομεν ἡ τοιαύτη διασκευή, οὐκ ἂν ἐμακάρισε τοὺς εὐνούχους. « Si ab eo Deo, ad quem tendimus, esset hæc corporis constitutio,

[86] Gen. I, 3. [87] Amos. II, 8. [88] Strom., III, p. 463.

Digitized by Google

non sane beasset eunuchos. » Ex quibus patet Cassianum non, ut Valentinum, omnia a vero Deo per Demiurgum creata sensisse, sed plane, ut Marcionem, vero Deo creationem mundi, aut saltem humani corporis abjudicasse. Nec proinde mirum est, si nullam prorsus carnem Christo relinquebat. At Tatianus in his quæ ad creationem spectant, totus est Valentinianus; nec quisquam de Christi carne idem illum ac Marcionem sensisse perhibet. Accurate colligunt Irenæus et Clemens et Epiphanius quid Valentinianis somniis suo marte excogitatum addiderit, quid ex Saturni et Marcionis fontibus derivaverit. At nihil prius aut potius commemorari debuit, quam hæc de Christi carne opinio, si modo ei astipulatus est Tatianus. Quinetiam Docetarum secta ab Encratitis secerni non debuit, sed una et eadem existimari, ejusque principatus non Cassiano deferendus erat, ut factum a Clemente vidimus, sed Tatiano, quem celebriorem fuisse constat, antiquiorem non obscure indicat Clemens, dum eum ante Cassianum recenset, eique Cassianum de matrimonio declarat assentiri. Videntur ergo librarii aliquid vulneris fecisse huic Hieronymi loco; atque etiamsi integer existimetur, haud tamen scio an minus hac in re Hieronymo tribuendum sit, quam aliis Patribus non modo hunc Tatiani errorem tacentibus, quem tamen maxime commemorare debuerant, sed etiam ab Encratitarum hæresi Docetas distinguentibus, et alteri Cassianum, alteri Tatianum ducem et signiferum assignantibus.

Sed forte quominus Cassiani nomen Tatiano apud Hieronymum substituamus, objicietur Tatiani facinus, qui ex Evangelio amputavit genealogias et alia omnia, *quæ Dominum*, ut ait Theodoretus, *ex semine David secundum carnem natum ostendunt.* At necesse non est ad phantasticam carnem confugere, ut hoc Tatiani scelus explicemus. Satis magnos illi stimulos ad id audendum subjicere potuit Valentinianorum hæresis, quæ Christum nihil ex Maria sumpsisse, sed carnem aliunde habuisse, et per Mariam veluti per canalem docebat transisse.

IV. Videbatur sibi Tatianus non multum laudis mereri, adjunctis ad usus suos Saturnini et Valentini commentis, nisi etiam aliquid pareret, quod novum ac proprie suum videretur. Itaque ut nomen suum posteris commendaret, salutem Adami negavit, quod ante illum nemini in mentem venerat. Hunc illius errorem, ut impietatem, detestati sunt Irenæus, Tertullianus, Epiphanius, Philastrius, Augustinus et Theodoretus. Sic autem refellit hanc hæresim Irenæus, lib. III, c. 23, ut cæteros homines salvari, si Adam non salvatus sit, ac diabolum Christo victum et superatum neget, si is, quem diabolus vicerat, et in vincula conjecerat, a Christo non sit ereptus ex ejus manibus et in libertatem vindicatus. Sic etiam Tertullianus in libro *De præscr.*, cap. 52, radicem salvam esse contendit, si rami salvi fiunt. Et Epiphanius, hæres. 46: Καὶ εἰ ὁ

A Ἀδὰμ οὐ σώζεται, τὸ φύραμα, οὐδέ τι τοῦ φυράματος σώζεται. « Si Adamus salutem minime est adeptus, hoc est ipsa quodammodo generis massa; nec ulla hujus massæ particula servari poterit. » Vix sane quidquam reperio quod Tatianum ad hæc effutienda impulerit, præter ineptum novitatis aucupium, ut existimavit Irenæus. Nam Valentiniani et alii pene omnes Gnostici, cum sophiam suam Adamo Demiurgi manibus formato semen spirituale dicerent injecisse, cumque neminem hoc semine ornatum sanctitate et salute excidere posse autumarent, necessitatem sibi imponebant agnoscendæ Adami salutis. Præterea ipse Tatianus, ut observat Epiphanius, quo magis nuptias oderat, eo in Adamum sine nuptiis creatum æquior esse debuit.

B Videtur tamen impia de matrimonio sententia illum adduxisse ut iniquum se Adamo præberet. Nam obtrectatores matrimonii, ut testatur Clemens Alex., *Strom.*, III, p. 470, gustum ligni vetiti interpretabantur usum matrimonii, quem a Creatore vetitum fingebant. Unde matrimonii non Creatorem, sed diabolum, qui Adamum et Evam pellexerat, auctorem dicebant. Sed tamen etsi Adamus præceptum Creatoris violaverat, id obstare non debebat quominus eum Christus, longe, ut negatores illi dicebant, potentior Creatore, eriperet. At matrimonii odio videtur Tatianus in matrimonii incœptorem virus suum evomuisse, eumque a Christo minime liberatum, sed irati Creatoris judicio (neminem enim a Christo damnari dicebant) relictum finxisse.

C Apud Tertullianum in loco jam citato docuisse dicitur Tatianus *Adam nec salutem consequi posse;* sed id eodem redit ac quod de Tatiano alii scriptores dixerunt. Posito enim injectum non fuisse Adamo commentitium illud semen spirituale, quod Achamoth, sive Sapientia, animabus electorum clam Creatore injiciebat; non jam salutem Adamus assequi poterat.

V. Tatiani sectatores appellantur Tatiani et Tatianitæ, Encratitæ, Severiani, Hydroparastatæ, Apotactitæ, Saccophori, Apostolici, quibus nominibus partim ipsa Tatiani secta, partim aliæ ex ista avulsæ designantur. Distinxit Epiphanius Tatianos a Severianis et Encratitis, ac Severianum D Tatiano, Tatianum Encratitis prælusisse censet. At Irenæus, Clemens, Eusebius et Theodoretus Encratitarum sectæ parentem et auctorem Tatianum dixerunt. Addit Eusebius *non multo post Severum quemdam, cum supradictæ hæresi robur ac vires addidisset, in causa fuisse, cur illius sectæ homines ex ipsius vocabulo Severiani dicerentur.* Late ergo manavit hæresis Tatiani; nec eam merito Antiochiæ et Ciliciæ et Pisidiæ finibus coercet Epiphanius, cum Encratitæ, ipso fatente, non solum in his regionibus, sed etiam in Phrygia adusta, in Isauria, Pamphylia et Galatia atque etiam in Romano tractu propagati fuerint. Adductus est etiam Epiphanius hac Tatianitarum et Encratitarum mi-

Digitized by Google

nus accurata distinctione, ut Tatiani sectam sæculo quarto interiisse crederet. At cum Encratitas hoc sæculo exstitisse ex ipso Epiphanio pateat, et maxime ex Basilio, apud quem non pauca de illorum baptismate leguntur [89], necessario sequitur institutam a Tatiano sectam, quæ non alia est quam Encratitarum, ad hoc tempus perseverasse. Basilius, etsi hæreticos solebat rebaptizare, duos tamen ex hac secta episcopos, Zoinum et Saturninum, magnæ utilitati consuetudinem posthabens, in episcopalem cathedram suscepit, ac eorum non solum baptisma, sed etiam ordinationem ratam habuit.

Suspicari videtur Epiphanius Encratitas, dum castitatem præ se ferunt, non tam a voluptatibus abhorruisse, quam latebras occultis flagitiis quæsivisse. Sic enim loquitur de Tatiano, hæres. 46: Ἐν τῷ προσχήματι τῆς ἐγκρατείας καὶ τοῦ ἐγκρατητικοῦ ἤθους κυβευτικὴν ἔσχε τὴν ἀγωγήν· ὡς λύκος ἅρπαξ ἐνδυόμενος προβάτου κώδιον, καὶ πλανῶν τῷ προσκαίρῳ προσχήματι τοὺς ἀπατωμένους. « Continentiæ ac pudicitiæ specie, velut illecebra proposita, homo vafer obrepsit; tanquam rapax quidam lupus ovem pellis induens, eoque cultu, quem ad tempus induerat, miseros homines in fraudem pelliciens. » Et de Encratitis, hæres. 47: Σεμνύνονται δὲ ὅθεν ἐγκράτειαν σφαλερῶς τὰ πάντα ἐργαζόμενοι, μέσον γυναικῶν εὑρισκόμενοι, καὶ γυναῖκας παντα-χόθεν ἀπατῶντες, καὶ συνδιαιτώμενοι, καὶ ἐξυπηρε-τούμενοι ὑπὸ τῶν τοιούτων, ἔξω μὲν τῆς ἀληθείας ὄντες, μόρφωσιν δὲ μᾶλλον κεκτημένοι, τὴν δὲ δύνα-μιν αὐτῆς τῆς εὐσεβείας ἠρνημένοι. « Quod vero continentiam jactitant, lubricum est illorum quidem ac periculi plenum facinus. Nam inter mulierculas versantur assidue, quas undecunque pelliciunt: cum iis iter faciunt, ac communiter vivunt, earumque ministeriis utuntur. Quare cum a veritate longius absint, nihil præter ementitam illius speciem ostentant; vim ipsam sinceræ pietatis abnegant. » Nihil simile Irenæus et Clemens Alexandrinus Tatiano objecerunt, qui, si eis credimus, inconsideratum castitatis studium non ad tempus ostentavit, ut placet Epiphanio, sed pertinaciter retinuit. Quod ergo reprehendit Epiphanius in Encratitis, id temporum flexu in hanc sectam inductum videtur, cum eorum majores impiam illam quidem, sed tamen constantem castitatem professi fuissent. Opponit eos Irenæus aliis hæreticis in contrariam partem peccantibus ac omnem licentiam flagitio tribuentibus. Postquam enim de Tatiano locutus est, sic ad alios transit [90]. « Alii autem rursus a Basilide et Carpocrate occasiones accipientes, indifferentes coitus, et multas nuptias induxerunt, et negligentiam ipsorum, quæ sunt idolothyta ad manducandum; non valde hæc curare dicentes Deum. » Similiter Clemens Alexandrinus duas illas hæreses, ut adversis frontibus inter se pugnantes refellit in toto libro tertio *Stromatum* [91]: Φέρε εἰς δύο διελόντες πράγματα ἁπάσας τὰς αἱρέσεις, ἀποκρινώμεθα αὐτοῖς. Ἢ γὰρ τὸ ἀδιαφόρως ζῆν διδάσκουσιν, ἢ τὸ ὑπέρτονον ἄγουσαι, ἐγκράτειαν διὰ δυσσεβείας καὶ φιλαπεχθημοσύνης καταγγέλλουσι. « Age, inquit, bifariam dividamus omnes hæreses, eisque respondeamus: vel enim indifferenter vivere docent; vel ultra modum progressæ continentiam per impietatem et odium profitentur. »

Non magis consentit cum his duobus scriptoribus Epiphanius cum testatur Encratitas resurrectionem mortuorum credere. Sic enim apud Clementem [92] resurrectionem interpretantur, ut jam se illam adeptos esse, et idcirco a nuptiis refugere dicant. Unde illos sic verberat Clemens [93]: Εἰ γὰρ οὖν τὴν ἀνά-στασιν ἀπειλήφασιν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, καὶ διὰ τοῦτο ἀθετοῦσι τὸν γάμον, μηδὲ ἐσθιέτωσαν μηδὲ πινέτωσαν· καταργεῖσθαι γὰρ ἔφη τὴν κοιλίαν, καὶ τὰ βρώματα ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ ἀναστάσει. « Si ergo resurrectionem acceperunt, ut ipsi dicunt, et idcirco matrimonium abrogant, nec manducent nec bibant. Nam dixit Apostolus ventrem et cibos destructum iri in resurrectione [94]. » Irenæus ex hæreticis Creatorem rejicientibus nullum prorsus excipit, qui resurrectionem admiserit, et hac in re a nefariis suis de creatione discesserit principiis, lib. I, c. 22.

CAPUT XII.

De scriptis Tatiani.

I. De operibus Tatiani deperditis. II. Oratio adversus Græcos non pronuntiata sed scripta, idque postquam Roma abiit. III. Scriptam ante hæresim fuisse probatur adversus doctissimum abbatem de Longuerue. IV. De audacia Tatiani in Scripturis pervertendis. V. Non exstat illius Evangelium Διατεσσάρων. VI. Videtur idem esse ac Evangelium quod Ebionæis attribuit S. Epiphanius. VII. Idem etiam ac illud quod dicebatur secundum Petrum.

1. Ex maximo librorum numero, quem Eusebius et Hieronymus a Tatiano relictum testantur, pauci ad cognitionem nostram, unus tantum in manus nostras pervenit. Scripserat, teste Clemente Alexandrino, *Strom.*, III, pag. 460, librum *De perfectione secundum Salvatorem*. In *Oratione adversus Græcos*, num. 15, citat librum a se scriptum *De animalibus*. Forte in hoc libro pertractaverat [95], quod se alibi demonstrasse dicit mirabiles quosdam effectus, non in animas hominum mortuorum, sed in dæmones refundi debere. In eadem *Oratione* promittit librum adversus ethnicos scriptores qui de Christianorum et Judæorum instituto et sacris historiis temere judicaverant. Sic enim loquitur, n. 40: Περὶ μὲν οὖν τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας, ἱστορίας τε τῆς κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, ὅσα τε εἰρήκασιν οἱ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν λόγιοι, καὶ πόσοι καὶ τίνες εἰσὶ μνημονεύσαντες, ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἀποφη-ναμένους τὰ περὶ Θεοῦ δειχθήσεται. « Sed de instituto nostro, et de legum nostrarum historia quænam apud Græcos eruditi dixerint, quamque multi et quales fuerint qui his de rebus meminere, in

[89] Epist. 188. [90] Lib. I, c. 28. [91] Pag. 448. [92] Hæres. 47, c. 1. [93] Strom., III, p. 446. [94] I Cor. VI, 13. [95] N. 10.

Digitized by Google

libro a versus eos (Græcos videlicet) qui de rebus divinis asseverarunt, demonstrabitur. » Non dissimulabo præclarum his verbis, πρὸς τοὺς ἀποφηναμένους, sensum adjungi ab auctore dissertationis non semel laudatæ. Vertit enim, *adversus eos qui rebus divinis fidem detrahunt*. Sic etiam intellexit Tillemontius. Sed illud verbum ἀποφηναμένους non videtur hanc interpretationem pati. Quosnam refellendos sibi in hoc opere proponeret Tatianus in adnotatione ad hunc locum explicare conatus sum. Perabsurde Gesnerus meditatum putat esse Tatianum eos refellere, *qui de Deo et rebus divinis demonstrationibus agunt*, hoc est Catholicos, qui fidem, quam Apelles apud Eusebium, *Hist.*, v, 13, examinandam esse negat, argumentis probabant et confirmabant.

Rhodon, insignis scriptor ecclesiasticus, qui Romæ a Tatiano eruditus fuerat, in libris adversus Marcionitas referebat, Eusebio teste, elucubratum fuisse a Tatiano librum *Problematum*, sive *Quæstionum in Scripturam sacram*. Φησὶ δὲ, inquit Eusebius [14], καὶ ἐσπουδάσθαι τῷ Τατιανῷ προβλημάτων βιβλίον, δι' ὧν τὸ ἀσαφὲς καὶ ἐπικεκρυμμένον τῶν θειῶν Γραφῶν παραστήσειν ὑποσχομένου τοῦ Τατιανοῦ, αὐτὸς ὁ Ῥόδων ἐν ἰδίῳ συγγράμματι τὰς τῶν ἐκείνου προβλημάτων ἐπιλύσεις ἐκθήσεσθαι ἐπαγγέλλεται. « Refert etiam elucubratum esse a Tatiano librum *Quæstionum*, per quas quidem cum Tatianus obscuras esse et reconditas Scripturas demonstrare instituisset, ipse Rhodon solutiones *Quæstionum* Tatiani peculiari opere editurum se esse pollicetur. » Videtur hæc hæreticus scripsisse Tatianus, et idcirco profligatus fuisse a Rhodone; quia scilicet Scripturas obscuras et reconditas dicebat, ut suam in eis detorquendis et pervertendis licentiam defenderet.

II. Omnium Tatiani operum, Eusebii et Hieronymi judicio, celeberrimum et florentissimum fuit, *Oratio adversus Græcos*. Conjicit Tillemontius hanc orationem coram ethnicis pronuntiatam fuisse; idque causæ esse suspicatur, cur nec satis elaborata, nec arte et ordine dispensata videatur. Revera auditores interdum alloqui videtur; velut cum ait : « Ego loquor et vos auditis, n. 5. Audite me tanquam ex loco excelso clamantem, n. 17. » At nemo nescit solemne esse his, qui scribunt, sic interdum lectorem compellare, quasi veris vocibus uterentur. Tatianus ipse non oratoris sed scriptoris partes sibi attribuit. Ait enim, n. 35 : « Quomodo nostra philosophia vestris antiquior sit disciplinis, cum scribere incœperim, sed propter urgentem disputationem distulerim, nunc, cum tempus est, de illius decretis dicere aggrediar. » Et perorans : « Hæc vobis, o Græci, ego Tatianus barbaræ philosophiæ addictus composui. »

Recte observat idem præstantissimus Tillemontius hanc orationem mortuo Crescentis insidiis A Justino scriptam esse; sed quod Romæ pronuntiatam existimat, id cum Tatiani verbis consistere non potest. Ridens enim Tatianus statuas apud Græcos partim meretricibus et hominibus impuris positas, partim ad memoriam rerum perabsurdarum erectas, sic fidem facit sui judicii : Ταῦτα μὲν οὖν οὐ παρ' ἄλλου μαθὼν ἐξεθέμην, πολλὴν ἐπιφοιτήσας γῆν, καὶ τοῦτο μὲν σοφιστεύσας τὰ ὑμέτερα, τοῦτο δὲ τέχναις καὶ ἐπινοίαις ἐγκυρήσας πολλαῖς, ἔσχατον δὲ τῇ Ῥωμαίων ἐνδιατρίψας πόλει, καὶ τὰς ἀφ' ὑμῶν ὡς αὐτοὺς ἀνακομισθείσας ἀνδριάντων ποικιλίας καταμαθών. Οὐ γὰρ ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς πολλοῖς, ἀλλοτρίαις δόξαις τἀμαυτοῦ κρατύνειν πειρῶμαι· πάντων δὲ ὧν ἀποποιήσομαι αὐτὸς τὴν κατάληψιν, τούτων καὶ τὴν ἀναγραφὴν συντάσσειν βούλομαι. « Hæc equidem, inquit, n. 35, non ab alio accepta exposui, qui multas regiones peragravi, ac partim in vestris exercitatus sum disciplinis, partim in artes et inventa multa incidi, ac tandem in Romanorum urbe commoratus, statuarum varietates eo a vobis exportatas vidi. Non enim, ut plerique solent, alienis opinionibus mea confirmare, sed quæcunque vidi, litteris mandare aggredior. » Hæc narratio eorum quæ Romæ Tatianus viderat, hominis est Romæ non commorantis. Quæ supra retulimus in Crescentem dicta : *Crescens igitur ille, qui in magna urbe nidum posuerat, puerorum quidem amore superabat omnes*, etc., similiter probant Tatianum tunc a Crescente, aut saltem, si is mortuus erat, Roma abfuisse.

Elaboratum opus in Græciæ aliqua urbe existimat auctor dissertationis Oxoniensi editioni additæ. Cur ita sentiret vir longe doctissimus, id credo exstitisse causæ, quod Græcos in hac oratione alloquatur Tatianus. Sed an non potuit eos etiam Græcos, qui erant in Oriente, alloqui? Quare nihil ea de re videtur certo posse constitui.

III. Sed aliud est, in quo ejusdem dissertationis auctor longius videtur a vero aberrare. Fatetur Tatianum in hoc opusculo adversariorum mucronem belle retundere. *Sed ibidem nigræ lolliginis succum æruginemque meram deprehendi* pronuntiat. « Nam errores, inquit, quos Tatianus a Gnosticorum penu depromptos dudum animo inseverat, et ante Justini mortem propter magistri reverentiam dissimulaverat, aperte defendere non erubuit. » Et infra : « Hoc in opusculo cum errores perabsurdos in propatulo doceat, eum a Christianæ veritatis forma et evangelica regula id temporis quam longissime abfuisse non ambigimus. Et cum primis hominem ex tribus veluti naturis conflatum tradit : ἐκ τῆς ὕλης, « ex materia; » ἐκ τῆς ψυχῆς, « ex anima quæ a materia originem ducit; » et ἐκ τοῦ πνεύματος, « ex spiritu qui a Deo seu a cœlis primordia capit. » Displicet etiam erudito scriptori illa apud Tatianum distinctio duorum spirituum, *quorum alter anima vocatur*, alter vero præstantius

[14] *Lib.* v, *c.* 13.

Digitized by Google

est anima, imago scilicet et similitudo Dei. Videtur sibi in his verbis *dilucide perspicere distinctionem* τοῦ ὑλικοῦ et τοῦ πνευματικοῦ, *quam Tatianus mutuatus est a Gnosticis et præsertim a Valentino.* Tatiano alios attribuit errores, nempe adversus animæ immortalitatem et simplicitatem, et Verbi æternitatem; ac ne cui in mentem veniat Tatiani patrocinium suscipere, sic concludit: « Nec mirum si male et improbe de augustioribus Christianæ religionis mysteriis sentiebat ille, qui conspiraverat jam cum Gnosticis, impiis consceleratisque hominibus, et a vera in Deum religione alienissimis. Sane quidem laterem lavabit, si quis ejus generis nugatores a culpa velit eximere; et singulatim Tatianum nemo purgare poterit, qui Valentini insanas de Æonibus opiniones animo imbiberat. »

Sententiam Tatiani de immortalitate animæ ejusque natura, et de Verbi æternitate satis explanatam puto in secunda parte præfationis et in adnotationibus. Neque etiam in eo refellendo immorandum quod ait vir eruditissimus, Tatianum etiam sub Justini disciplina nefariam hæresim esse meditatum: neque enim argumentis refellendum, quod sine ullo prorsus argumento profertur. Quod autem spectat ad ipsum opusculum Tatiani, multa in eo reperio cum Valentiniana hæresi pugnantia, nullum prorsus hujus erroris vestigium, ne in iis quidem quæ objiciuntur ab auctore dissertationis.

Fons et origo Tatiani errorum, ut supra vidimus, prava exstitit de mundi creatione sententia. Inde manarunt Æones, inde Demiurgus non lucem faciens, sed ut fiat optans et orans; inde de Christi carne, de resurrectione et de libero arbitrio stultissima commenta. At in *Oratione adversus Græcos* materiæ creationem data opera defendit. Æqualem Deo futuram contendit si increata esset [97]. Οὔτε γὰρ ἄναρχος ἡ ὕλη καθάπερ ὁ Θεὸς, οὐδὲ διὰ τὸ ἄναρχον ἰσοδύναμος τῷ Θεῷ· γεννητὴ δὲ καὶ οὐχ ὑπὸ τοῦ ἄλλου γεγονυῖα, μόνου δὲ ὑπὸ τοῦ πάντων δημιούργου προβεβλημένη. « Non enim caret initio materia, quemadmodum Deus; nec Deo, ut principii expers, parem habet potestatem: verum creata est, nec ab alio facta; sed a solo universorum opifice producta. » Feriunt hæc verba Valentinianos, eorumque de materiæ æternitate ac vero supra creatorem Deo somnia. Ut Valentinianos materia increata, et Deus a creatore diversus eo ducebat, ut corpus humanum nec vero et sublimi Deo curæ esse, nec ab opifice restitui posse crederent; ita Tatianus ex eo quod materia creata sit, et a solo universorum opifice creata, corporum resurrectionem astruit. Addit enim protinus [98]: Καὶ διὰ τοῦτο καὶ σωμάτων ἀνάστασιν ἔσεσθαι πεπιστεύκαμεν. « Propterea etiam corporum resurrectionem futuram credimus. » Humanam carnem, utpote ab inferiore deo ex materia increata conditam Valentiniani indignam judicabant, quam Filius Dei susciperet. Corpus illi tribuebant animale non ex Maria assumptum, sed per Mariam traductum, veluti per canalem quemdam. At pudori non est Tatiano Deus sub hominis forma natus [99]. Οὐ γὰρ μωραίνομεν, ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ λήρους ἀπαγγέλλομεν, Θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ γεγονέναι καταγγέλλοντες. « Non enim desipimus, o Græci, nec nugas prædicamus, Deum sub hominis forma natum nuntiantes. »

Præcipue vero in summam morum corruptelam Valentinianos præcipites dederat sublata hominis libertas, cum *semetipsos non per operationem, sed eo quod sint naturaliter spirituales, omnimodo salvari* dicerent, Iren., lib. I, c. 6. At Tatianus nihil in rebus creatis natura malum esse declarat [1]. Ἐπεὶ αὐτὸς μὲν πᾶν τὸ εὖ πως ἔχον ἐδημιούργησεν· ἡ δὲ τῶν δαιμόνων ἀσωτία, τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ πρὸς τὸ κακοποιεῖν ἐχρήσατο. « Deus, inquit, omnia bene se habentia creavit, sed dæmonum intemperantia iis, quæ in mundo sunt, ad male agendum abusa est. » Justini magistri vestigiis homines et angelos a Deo liberos docet fuisse creatos [2]. Ὅπως ὁ μὲν φαῦλος δικαίως κολάζηται δι' αὐτὸν γεγονὼς μοχθηρός· ὁ δὲ δίκαιος χάριν τῶν ἀνδραγαθημάτων ἀξίως ἐπαινῆται. « Ut malus merito puniatur per se improbus factus, justus autem ob recte facta jure laudetur. » Quæ prædicta sunt, *libera eligentium voluntate docet evenire;* nec mali originem aliunde repetit quam ex libero arbitrio [3]. Οὐκ ἐγενόμεθα πρὸς τὸ ἀποθνήσκειν, ἀποθνήσκομεν δὲ δι' ἑαυτούς. Ἀπώλεσεν ἡμᾶς τὸ αὐτεξούσιον· δοῦλοι γεγόναμεν οἱ ἐλεύθεροι, διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπράθημεν. Οὐδὲν φαῦλον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεποίηται, τὴν πονηρίαν ἡμεῖς ἀνεδείξαμεν. Οἱ δὲ ἀναδείξαντες, δυνατοὶ πάλιν παραιτήσασθαι. « Non facti sumus ut moreremur: perdidit nos libera voluntas; servi facti sumus qui liberi eramus; per peccatum venditi sumus. Nihil mali factum est a Deo; nos ipsi improbitatem produximus. Eam vero qui produxerunt, denuo repudiare possunt. » Quemadmodum homines omnes peccato Adami vitiatos fuisse, ita etiam omnibus, ut in secunda parte vidimus, necessarium esse Spiritus sancti auxilium docet, ut Dei imago in eis restituatur, nedum quemquam natura spiritualem esse crederet.

Nuptias in diis merito irridet Tatianus, n. 8, at in hominibus legitime contractas nusquam vituperat. Virgines Christianas laudat [4], *quæ divina oracula circum cola* recitabant, non ut hoc institutum instar legis omnibus præscribat, sed ut repellat dicteria ethnicorum, qui Christianos dictitabant *inter mulieres et adolescentes, inter virgines et anus nugari.* Sic etiam afflicta Christianis crimina propulsat [5], iniquam ob solum nomen condemnationem objicit ethnicis, ut catholicæ Ecclesiæ defensor, ac persecutorum telis præcipue expositus, nedum tunc inter hæreticos versaretur, quos aut

[97] N. 5. [98] N. 6. [99] N. 21. [1] N. 17. [2] N. 7. [3] N. 11. [4] N. 33 [5] N. 27.

Digitized by Google

persecutio tangere non solebat, aut negando eludebatur. Ecclesiæ catholicæ mores describit cum ait, n. 32 : Φιλοσοφοῦσί τε οὐ μόνον οἱ πλουτοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ πένητες προῖκα τῆς διδασκαλίας ἀπολαύοντι..... Τοὺς δὲ ἀκροᾶσθαι βουλομένους πάντας ὡς προσιέμεθα, κἂν πρεσβύτιδες ὦσι, κἂν μειράκια· πᾶσά τε ἀπαξαπλῶς ἡλικία παρ' ἡμῖν τυγχάνει τιμῆς. Τὰ δὲ τῆς ἀσελγείας πόρρω κεχώρισται. « Philosophantur non solum divites, sed et pauperes gratuito doctrina perfruuntur.... Quicunque autem audire voluerint, omnes hoc modo admittimus, etiam si anus, etiam si adolescentes fuerint, ac omni prorsus ætati suus est apud nos honor, sed longe abest lascivia. » Hærebant adhuc animo Tatiani, cum hæc scriberet, non solum Justini præcepta, quem virum in primis admirandum vocat, sed etiam præclari illi pietatis motus, quos olim persenserat, cum miraretur in libris sacris doctrinam hæreticis oppositam, *universæ creationis explicationem captu facilem, ac singularem universorum principatum* [6].

Immerito vituperat idem vir doctissimus quæ apud Tatianum de corpore, anima et spiritu, ac duorum spirituum distinctione dicuntur. Etiamsi Tatianus hominem ex corpore, anima et spiritu componeret, minime id reprehendi deberet, cum anima sæpe spiritus vocetur, ac Spiritus sancti donum sæpe hominis spiritus dicatur. At Tatianus animam distinguit a S. Spiritu, ut templum ab inhabitante Deo, n. 15. In hoc gravissime errabant Valentiniani, quod animæ suæ semen a Sapientia injectum dicerent, cujus beneficio salutem æternam sibi ne maximis quidem et perpetuis flagitiis eripi posse confidebant. Nihil simile Tatiano objici potest. Quinetiam in hoc laudandus quod Spiritum sanctum, quem Deum perfectum vocat, a spiritu materiam pervadente distinguat. Similis distinctio apud Theophilum, lib. I, n. 5 et 7 [7].

IV. Nequissimos errores Tatianus pervulgata hæreticorum via defendit, nec quidquam sibi in violandis Scripturis duxit impermissum. Recipiebat ille quidem plerasque Scripturas, licet prave interpretaretur. Nam, ut supra vidimus, illud Genesis : *Fiat lux* [8], precantis esse, non jubentis effutiebat : vinum ex quodam Amos testimonio [9], matrimonium ex alio Pauli interdictum esse contendebat. « Tentabat etiam, teste Irenæo, subinde uti hujusmodi a Paulo assidue dictis : *Quoniam in Adam omnes moriuntur.* [10] » Plurimi faciebat Epistolam ad Titum ; sed quamvis multa Pauli ad usus suos idonea duceret, nonnullas tamen illius epistolas rejecit, spe sublata eludendi et cavillandi. Hæc discimus ex Hieronymo, qui sic loquitur procem. comment. in Epist. ad Titum. « Sed Tatianus, inquit, Encratitarum patriarches, qui et ipse nonnullas Pauli Epistolas rejecit, hanc vel maxime, A hoc est ad Titum, apostoli pronuntiandam credidit, parvipendens Marcionis et aliorum, qui cum eo in hac parte consentiunt, assertionem. » Nonnulla etiam Apostoli dicta, inquit Eusebius, lib. IV, cap. 29, aliis verbis exprimere ausus esse fertur, quasi eorum compositionem emendans.

V. Sed præcipuum Tatiani facinus enituit in uno ex quatuor Evangeliis compingendo, quod idcirco *Διατεσσάρων* appellabat. Συνάφειάν τινα καὶ συναγωγὴν οὐκ οἶδ' ὅπως τῶν Εὐαγγελίων συνθεὶς, τὸ *Διατεσσάρων* τοῦτο προσωνόμασεν. Ὅ καὶ παρά τισιν εἰσέτι νῦν φέρεται. « Catenam, inquit Eusebius [11], et collectionem nescio quam Evangeliorum contexuit, quam Διατεσσάρων nominavit : quod opus a quibusdam etiamnum habetur. » Et Epiphanius, hæres. 46 : Λέγεται δὲ τὸ *Διατεσσάρων* Εὐαγγέλιον ὑπ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι, ὅπερ *κατὰ Ἑβραίους* τινὲς καλοῦσι. « Ferunt opus illud, quod ex quatuor Evangeliis contextum est, quodque *secundum Hebræos* nonnulli vocant, ab eo esse conscriptum. « Plura narrat Theodoretus, ex quibus hoc Evangelium quale fuerit intelligi potest. Οὗτος καὶ τὸ *Διατεσσάρων* καλούμενον συντέθεικεν Εὐαγγέλιον, τάς τε γενεαλογίας περικόψας, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγενημένον τὸν Κύριον δείκνυσιν. Ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ οὐ μόνοι οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι δόγμασι, τὴν τῆς συνθήκης πανουργίαν οὐκ ἐγνωκότες, ἀλλὰ ἁπλούστερον ὡς συντόμῳ τῷ βιβλίῳ χρησάμενοι. Εὗρον δὲ κἀγὼ πλείους ἢ διακοσίας βίβλους τοιαύτας ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαις τετιμημένας, καὶ πάσας συναγαγὼν ἀπεθέμην, καὶ τὰ τῶν τεσσάρων εὐαγγελιστῶν ἀντεισήγαγον Εὐαγγέλια. « Hic Evangelium, inquit [12], quod Diatessaron dicitur, composuit, amputatis genealogiis et aliis omnibus, quæ Dominum ex semine David secundum carnem natum ostendunt. Eoque usi sunt, non modo qui ejus erant sectæ, sed ii etiam qui apostolica dogmata sequebantur, compositionis fraudem non cognoscentes, sed simplicius tanquam compendiario libro utentes. Nactus sum etiam ipse libros hujusmodi supra ducentos in honore habitos in Ecclesiis nostris, quos omnes in unum congestos seposui, et pro his quatuor evangelistarum Evangelia introduxi. »

Ex his patet *Harmoniam evangelicam*, quæ exstat sub nomine Tatiani in *Biblioth. Patr.* [13] non esse Tatiani; quippe cum genealogias a Tatiano sublatas contineat. Hanc tamen Tatiano attribuebat sexto sæculo Victor Capuanus. Sed ea de re nulla jam inter eruditos dissensio. At Baronius et Caveus litem moverunt de alia *Harmonia* Ammonio in iisdem *Patrum Bibliothecis* tributa [14], quam quidem non Ammonii sed Tatiani esse contendunt. Sed postremum illud opus Latini scriptoris est germanissimus fetus, nec ullam prorsus notam habet, ex

[6] *Ibid.* [7] N. 15. [8] Gen. I, 3. [9] Amos II, 8. [10] I Cor. XV, 22. [11] Lib. IV, c. 29. [12] Hæret. Fab., lib. I, c. 20. [13] Edit. Paris., tom. VII; Lug., tom. II. [14] Edit. Paris. t. VII Lug., t. III.

Digitized by Google

qua Latinum e Græco factum agnoscas. Deinde vero nulla prorsus in re Tatiani hæresi consulit [15], sed legem Mosis sic commendat, idque verbis in Scriptura non exstantibus (neque enim uti solet ipsis Scripturæ verbis) ut Tatiano affingi non possit.

VI. Cum tam late manaverit hujus Evangelii fama, accuratius investigandum nobis est, quid de eo veteres dixerint. Illud in primis observandum est, quod ait Epiphanius, hoc Tatiani Evangelium a nonnullis secundum Hebræos vocari. Vix profecto credibile est Hebræos illos, quorum alii, nempe Nazaræi, legis observationem cum Ecclesiæ catholicæ doctrina jungebant; alii vero, nempe Ebionæi [16], Christum simplicem hominem ex Virgine, vel etiam ex Josepho genitum dicebant, Evangelio Tatiani, quod ad dissimillimos errores insinuandos fabricatum fuerat, usos fuisse. Ac de Nazaræis quidem minime dubium, quin ad usus suos asciverint non Tatiani Evangelium, sed illud quod S. Hieronymus Græcis ac Latinis litteris illustravit. At quod spectat ad Ebionitas, Evangelium quod eis attribuit Epiphanius in hæresi 56, quæ est Ebionitarum, idem prorsus videtur esse ac illud Tatiani diatessaron.

1° In Evangelio, quod Epiphanius Ebionitis proprium tradit, amputatæ erant genealogiæ [17]. Ἐν τῷ γοῦν παρὰ αὐτοῖς εὐαγγελίῳ *κατὰ Ματθαῖον* ὀνομαζομένῳ, οὐχ ὅλῳ δὲ πληρεστάτῳ, ἀλλὰ νενοθευμένῳ, καὶ ἠκρωτηριασμένῳ, Ἑβραικὸν δὲ τοῦτο καλοῦσιν, ἐμφέρεται, κ. τ. λ. « Igitur in eo quod penes illos est Matthæi Evangelio, inquit cap. 13, quanquam ne integrum quidem illud habent, sed adulteratum ac mutilum, idque ipsum Hebraicum vocant, ita scriptum est, etc. » Et infra [18] : Κήρινθος καὶ Καρπόκρας τῷ αὐτῷ χρώμενοι δῆθεν παρ' αὐτοῖς Εὐαγγελίῳ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου, διὰ τῆς γενεαλογίας βούλονται παριστᾶν ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας εἶναι τὸν Χριστόν. Οὗτοι δὲ ἄλλα τινὰ διανοοῦνται. Παρακόψαντες γὰρ τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ γενεαλογίας, ἄρχονται τὴν ἀρχὴν ποιεῖσθαι, ὡς προεῖπον. « Cerinthus enim et Carpocrates eodem Matthæi, ut quidem volunt, Evangelio freti, ex ejus initio Christique genealogia probare nituntur, Christum e Josephi et Mariæ semine esse procreatum. Illi (Ebionitæ) contra omnino statuunt. Nam omni genealogia amputata inde, unde diximus, initium ducunt. » Deerant ergo in illo secundum Hebræos Evangelio genealogiæ, quas ex Evangelio Διατεσσάρων, ut quæ Tatiani hæresi incommodarent, amputatas fuisse Theodoretus testatur, lib. I *Hæret. fab.*, c. 20.

2° In eodem Ebionitarum sive secundum Hebræos Evangelio multa alia occurrebant ad Tatiani de lege Mosis et de animalium usu errores accommodata. Sic loquebatur Christus in hoc Evangelio [19] : Ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὰς θυσίας, καὶ ἐὰν μὴ παύσησθε τοῦ θύειν, οὐ παύσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ ὀργή. « Ego ad abroganda sacrificia veni, et nisi sacrificare desieritis, Dei in vos ira non cessabit. » Pro eo quod Joannes dicitur ἀκρίδας, id est locustas comedisse, isti ἐγκρίδας Epichyta mellita posuerant. Illud Christi apud Lucam : *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum* [20], sic invertebatur in Evangelio Ebionitarum : quærentibus discipulis : *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha* [21] ? sic Christus respondebat : Μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα κρέας τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν; « Nunquid desiderio desideravi carnem hoc Pascha manducare vobiscum? » In his agnoscere licet non solum Tatiani deliria, sed etiam illius in pervertendis ad arbitrium Scripturis audaciam, de qua Eusebius, *Hist.*, IV, 29.

3° Evangelium secundum Hebræos, quod Epiphanio notum fuit, non, ut illud quod Hieronymus interpretatus est, solo Matthæi contextu continebatur; sed plane ut Evangelium Tatiani Διατεσσάρων, ex aliis evangelistarum locis callide assutis constabat. Perspicua res est tum ex Lucæ verbis, quæ modo in hoc Evangelio maligne detorta vidimus, tum ex alio testimonio, quod ab Epiphanio appositum, n. 13, partim ex Matthæi, partim ex Marci et Lucæ verbis conflatum est.

4° In eodem secundum Hebræos Evangelio baptismus Christi describitur, ut apud magistrum Tatiani Justinum : hæ Patris voces auditæ narrantur : *Ego hodie genui te* [22] : magnum lumen in Jordane dicitur affulsisse.

Sensit Epiphanius multa esse in hoc Evangelio cum Ebionitis pugnantia [23]. Nam cum Christum ab eis simplicem hominem existimari sciret, mirari satis non poterat, cur hæc Christi verba : *Quæ est mater mea et fratres mei* [24] ? in hunc usum adhiberent, ut Christum probarent hominem non esse, sed eos putabat secum ipsos pugnare. At incredibilis est tanta inconstantia, ut eumdem et hominem ex hominibus genitum dixerint, et hominem esse negaverint. Multa alia Ebionitis attribuit Epiphanius, cum ea opinione, quam de illis tota antiquitas confirmat, omnino pugnantia. Detestatos illis esse omnes prophetas declarat, n. 15. *At quæ sunt prophetiæ*, si Irenæo credimus, lib. I, c. 26, *curiosius exponere* nitebantur. Addit Epiphanius eos ab omnibus animatis, propterea quod e concubitu genita sunt, abstinere, aqua tantum in mysteriis celebrandis uti, ac inter Jesum ac Christum id discriminis ponere, ut Christum Dei Filium in Jesum descendisse dicant. Credere equidem malim Ebionæos ab Epiphanio cum Cerinthi aut Carpocratis aut aliis ejusmodi sectis confundi, quæ Jesum quidem hominem ex hominibus genitum esse dicebant, sed cum Christum impassibilem esse statuerent, ac Deum veteris testamenti et Creatorem

[15] Cap. 12 et 13. [16] Hæres. 46, c. 1. [17] Hæres. 56, c. 13. [18] N. 14. [19] N. 22. [20] Luc. XXII, 15. [21] Matth. XXVI, 17. [22] Act. XIII, 33. [23] Hæres. 30, n. 14. [24] Matth. XII, 48.

Digitized by Google

mundi aversarentur, plurimum affinitatis cum Tatiano habuerunt, ac ejus Evangelio non incommode ad errores suos uti potuerunt.

VII. Facile crediderim illud etiam Evangelium, quod secundum Petrum dicebatur, Tatiani Evangelio diversum non esse. Tempus et res ipsæ mirifice conveniunt, ut discimus ex testimonio Serapionis Antiocheni episcopi apud Eusebium, VI, 12. Is antequam illud Petri Evangelium per se ipse examinasset, permiserat ut legeretur in paræcia Rhossensi, ne forte discordiæ, quibus materiam dederat illud Evangelium, graviores fierent. Sed postquam illud perlegit, in gratiam eorum, qui decepti fuerant, librum composuit, in quo sic loquebatur : Ἐδυνήθημεν γὰρ παρ' ἄλλων τῶν ἀσκηκάντων τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον, τουτέστι παρὰ τῶν διαδόχων τῶν καταρξαμένων αὐτοῦ, οὓς Δοκητὰς καλοῦμεν (τὰ γὰρ πλείονα φρονήματα ἐκείνων ἐστὶ τῆς διδασκαλίας) χρησάμενοι παρ' αὐτῶν διελθεῖν· καὶ εὑρεῖν τὰ μὲν πλείονα τοῦ ὀρθοῦ λόγου τοῦ Σωτῆρος, τινὰ δὲ προσδιεσταλμένα, ἃ καὶ ὑπετάξαμεν ὑμῖν. « Mutuati enim supradictum Evangelium ab iis, qui illud usu et exercitatione promoverunt, id est a successoribus eorum qui illud incœperunt, quos Docetas vocamus (sunt enim pleræque sententiæ ex eorum doctrina) legendi copiam nacti sumus, et deprehendimus quidem in plerisque rectam Salvatoris doctrinam, sed tamen detorta esse nonnulla, quæ et vobis subjecimus. » Serapion, qui Ecclesiam Antiochenam rexit ab anno 190 usque ad annum 211, degebat cum Tatiani successoribus. Ut Tatiani diatessaron, ita illud etiam, quod Petri dicebatur, Evangelium tanta arte concinnatum erat ut Catholicis non doctissimis fucum faceret : utrumque ab eruditis episcopis, Theodoreto et Serapione, admoniti e manibus projecerunt. Præterea Docetarum usu terebatur Evangelium secundum Petrum : at pleraque commenta a Tatiano Docetæ acceperant, nec video cur non illud etiam Evangelium ab eo acceperint, aut cur novi architectandi operam susceperint, cum communibus erroribus satis provvidisset Tatianus, ac etiamsi quid inter eos de carne Christi non conveniret, in hoc tamen utrisque in commune genealogiis recisis consuluisset.

Neque illud omittendum, quod testatur Theodoretus, *Hæret. fab.*, lib. II, cap. 2, Evangelium Petri usui fuisse Nazaræis. Id profecto incredibile : nam Nazaræi id unum peccabant, quod legem Mosis obstinate retinerent. Sed cum Nazaræi sæpe confundantur cum Ebionitis, quos scribit Epiphanius Tatiani Evangelio usos fuisse, inde videtur errandi occasio oblata Theodoreto.

CAPUT XIII

De gestis et scriptis Athenagoræ.

I. Testimonium Philippi Sidetæ de Athenagora expenditur. II. An idem Athenagoras ac Athenogenes. III. Apologia ab eo oblata M. Aurelio ejusque filio Commodo. IV. Oblata anno 176, nec solum scripta. V. De alio illius libro, qui est de resurrectione mortuorum.

I. Athenagoram Atheniensem ac philosophum fuisse indicat ejus operum titulus. De rebus illius gestis non uberrima est dicendi seges, cum ipsius nomen pene oblivio deleverit. Nam si Methodium martyrem et Philippum Sidetam excipias, quorum alter unam aliquam Athenagoræ sententiam apud Epiphanium hæres. 64, et Photium cod. 224 citat, alter de illo breviter et quasi transiens locutus est, alium de hoc eximio scriptore in tota antiquitate silentium. Debuit tamen illius fama latius manare, si vera sunt quæ perhibet Philippus Sideta, præfuisse illum scholæ Alexandrinæ, eique in hoc munere discipulum Clementem successisse. Refertur hoc testimonium Philippi Sidetæ in quodam fragmento, quod ex Nicephori Callisti, ut conjicit Dodwellus, operibus excerptum ad calcem dissertationum Dodwelli in Irenæum legitur. Sic habent quæ de Athenagora ibi dicuntur : Καί φησι Φίλιππος ὁ Σιδητὴς ἐν λόγῳ κδ' · « Τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο, κατὰ τοὺς χρόνους ἀκμάσας Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου, οἷς καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστιανῶν πρεσβευτικὸν προσεφώνησεν· ἀνὴρ ἐν αὐτῷ χριστιανίσας τῷ τρίβωνι καὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς σχολῆς προϊστάμενος. Οὗτος πρὸ τοῦ Κέλσου κατὰ Χριστιανῶν γράψαι προθυμηθείς, ἐντυχὼν ταῖς θείαις Γραφαῖς εἰς τὸ ἀκριβέστερον ἀγωνίσασθαι, οὕτως εἵλετο τῷ παναγίῳ Πνεύματι, ὥστε διδάσκαλον, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον, ἀντὶ διώκτου γενέσθαι τῆς πίστεως ἧς ἐδίωκεν. » Τούτου μαθητὴν γενέσθαι φησὶν ὁ Φίλιππος τὸν στρωματέα Κλήμεντα καὶ Πάνταινον τοῦ Κλήμεντος. « Ait Philippus Sideta in serm. 24 :— Scholæ Alexandrinæ primus præfuit Athenagoras, qui temporibus Adriani et Antonini floruit, quibus etiam legatoriam orationem pro Christianis inscripsit ; vir Christianam religionem in ipso pallio professus, ac scholæ academicæ præfectus. Is cum ante Celsum in animo haberet adversus Christianos scribere, legens divinas Scripturas ad accuratius pugnandum, sic Spiritu sancto captus est, ut more ac modo magni Pauli pro persecutore doctor fieret illius doctrinæ quam insectabatur. — Hujus discipulum fuisse ait Philippus Clementem Alexandrinum et Pantænum Clementis. »

Quamvis non maxima sit auctoritas Philippi, ejusque opus, quod *Historiam Christianam* inscripserat, doctis pariter et indoctis inutile judicet Socrates, lib. VII, cap. 27, cui assentitur Photius, cod. 35, eum tamen Dodwellus ipsi etiam Eusebio in hoc de Athenagora et aliis Alexandrinæ scholæ rectoribus testimonio anteponendum putat, propterea quod Rhodonis discipulus fuit, qui Alexan-

Digitized by Google

drinæ scholæ post Didymum præfuit, et eamdem scholam; in urbem Sidam transtulit, ubi eum a se auditum narrat Philippus teste excerpti modo laudati auctore, sive is Nicephorus sit, seu quilibet alius. Haud equidem negaverim Dodwelli rationem id valere, ut si quid narret Philippus, quod cum optimis monumentis non pugnet, id probetur. At nunquam impetrabit Dodwellus, ut scriptor non magni ponderis, Proclo et Sisinnio æqualis ac diaconi munere sub Joanne Chrysostomo perfunctus, Eusebio, qui et antiquior et accuratior est, ac multo plura scholæ Alexandrinæ monumenta, pluresque eruditos viros aut ei præfectos aut in ea institutos viderat, anteponatur. Quare ut omittam longe a vero aberrare Philippum, cum *Apologiam* Athenagoræ imperatoribus Adriano et Antonino inscriptam putat; multa in eodem testimonio leguntur partim haud valde probabilia, partim falsa prorsus et absurda. Non libenter crediderim Athenagoram Alexandrinæ scholæ præfuisse. Quomodo enim in tam alto et sublimi loco ita illius scripta latuere, ut nulla prorsus ad Eusebium aura perveniret? Illud certe dici non potest quod ait Philippus Athenagoram huic scholæ primum præfuisse. Nam diserte testatur Eusebius [25] litterarum sacrarum scholam jam inde a priscis temporibus, antequam ei præesset Pantænus, in urbe Alexandrina institutam fuisse.

Non minus absurde idem Philippus Athenagoram Clementis Alexandrini, Clementem Pantæni magistrum fuisse statuit. Dubitari non potest quin Clemens Alexandrinus non magister Pantæni sed discipulus fuerit. Acceptam a Pantæno doctrinam grato animo memorabat in *Hypotyposibus*. Rem testatur Eusebius, *Hist.*, v, cap. 11 : Ὃς δὴ καὶ ὀνομαστὶ ἐν αἷς συνέταξεν Ὑποτυπώσεσιν ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται. « Clemens in Institutionum libris a se conscriptis diserte Pantæni ut magistri meminit. » Et Photius, cod. 109, de eodem Clemente : Μαθητὴς δὲ, ὡς αὐτός φησι, γέγονε Πανταίνου. « Fuit autem, quemadmodum ipse testatur, discipulus Pantæni. » Fidem ergo non meretur Philippus, cum de rebus Clementis tantopere discrepat ab ipso Clemente. Atque hinc etiam perspici potest non inani conjectura, ut visum est Dodwello, sed firmis indiciis Eusebium niti, cum magistrum illum, quem Clemens ordine et tempore ultimum, at merito longe principem in Ægypto audierat, Pantænum fuisse concludit. Nam cum Clemens uni tantum magistro, ut ipse testatur, operam in Ægypto dederit, cumque Pantænus in Ægypto docuerit, et auditore usus sit Clemente, an inanis conclusio est magistrum illum, quem solum Clemens (*Strom.*, I, p. 271) in Ægypto audivit, non alium esse Pantæno? Fabulam itaque redolet ejusmodi historia. Nec tamen in Philippi Sidetæ testimonio pariter rejecerim, quæ de mirabili Athenagoræ conversione, et Christianæ religionis in ipso pallio professione narrantur. Hæc enim minime repugnant; sed certiora essent, si Philippus majorem in historia scribenda fidem ac diligentiam declarasset.

II. Suspicantur viri præstantissimi, Baronius [26] et Tillemontius Athenagoram eumdem esse ac S. Athenogenem martyrem, cujus hymnum quemdam laudavit Basilius in libro *De Spiritu sancto*, cap. 29, compositum a S. martyre et discipulis relictum instar cujusdam amuleti, cum igne jamjam comburendus esset. Revera præter nominis similitudinem, quæ fucum librariis facere potuit, videtur Athenogenes eruditione ac discipulis floruisse, quod quidem non minus apte in philosophum Atheniensem convenit. Athenagoram passum esse pro Christo nulla perhibent historiæ monumenta. Sed ut ejus scripta pene in oblivione jacuerunt, ita et martyrium latere potuisset. Nec profecto mirarer si vitam pro Christo profudisset, qui sub eo imperatore, sub quo delatus Christianus pœnam capitalem non effugiebat, non modo seipsum deferre ausus est, sed etiam Christianam religionem sic defendere, ut imperatorem superstitioni addictissimum alloquens, Christiani cultus sanctitatem et intaminatos Christianorum mores cum turpibus gentilium sacrificiis et simulacris ac vita corruptissima compararet. Sed, ut observatum est ad laudatum Basilii locum, verisimilius est Athenogenem illum a S. Basilio memorari, quem sub Diocletiano *Martyrologia* ad diem 16 Julii cum nonnullis aliis passum esse Sebastiæ in Armenia testantur.

III. Cum plura non suppetant, quæ de rebus Athenagoræ disseramus, veniendum ad illius scripta quorum longe præstantissimum *Legatio*, sive *Apologia pro Christianis*. Oblatam fuisse M. Aurelio ejusque filio Commodo idque anno 177 Baronius, Petavius et Tillemontius existimant. Contra Labbæus, Pagius et Dodwellus, imperatoribus M. Aurelio et Lucio Vero inscriptam contendunt; Dodwellus quidem anno 168, Pagius vero anno 166. In hac sententiarum varietate non difficilis deliberatio est utros sequamur. Baronii enim et Tillemontii sententiam in clarissima luce exponunt hæc Athenagoræ verba [27] : Τίνες γὰρ καὶ δικαιότεροι ὧν δέονται τυχεῖν, ἢ οἵτινες περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα, ἵνα παῖς μὲν παρὰ πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον διαδέχησθε τὴν βασιλείαν, αὔξησιν δὲ καὶ ἐπίδοσιν ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων ὑποχειρίων γιγνομένων, λαμβάνῃ; « Quinam enim digniores, qui ea quæ petunt impetrent, quam qui pro imperio vestro precamur, ut filius a patre, prout æquissimum est, regnum accipiatis, et accessionibus ac incrementis imperium vestrum, omnibus ditioni vestræ subjectis, augeatur? » Hæc profecto ad M. Aurelium et L. Verum referri non possunt. Ambo adoptati fuerant ab Antonino; neuter alterius pater; nec æquissimum erat ut Lucius

[25] Hist., lib. v, c. 10. [26] Baron. ad 18 Jan. [27] N. 37.

Digitized by Google

a M. Aurelio, quicum pari jure jam tum imperabat, sed potius ut Marci filius regnum a patre aliquando acciperet.

In eamdem sententiam hæc leguntur, n. 18: Ἔχοιτε ἐφ' ἑαυτῶν καὶ τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν ἐξετάζειν· ὡς γὰρ ὑμῖν πατρὶ καὶ υἱῷ πάντα κεχείρωται, ἄνωθεν τὴν βασιλείαν εἰληφόσιν (*βασιλέως γὰρ ψυχὴ ἐν χειρὶ θεοῦ* [28], φησὶ τὸ προφητικὸν Πνεῦμα), οὕτως ἑνὶ θεῷ καὶ τῷ παρ' αὐτοῦ Λόγῳ, Υἱῷ νοουμένῳ ἀμερίστῳ, πάντα ὑποτέτακται. « Licet autem ex vobismetipsis regnum cœleste spectetis. Quemadmodum enim vobis patri et filio, parent omnia, quippe cum sursum regnum acceperitis (*Anima enim regis in manu Dei*, inquit spiritus propheticus [28]), sic uni Deo ejusque Verbo, quem Filium ejus nunquam separabilem intelligimus, subjecta sunt omnia.» Præclara sane comparatio, si de M. Aurelio et Commodo agatur, cum præsertim satis indicet Athenagoras, quid intersit inter divinam et humanam generationem, dum Filium Dei a Patre separari non posse declarat. At indigna prorsus et absurda comparatio fuisset, si de M. Aurelio et Lucio Vero locutus fuisset Athenagoras, quos fratres fuisse non potuit ignorare. Atque etiam si sibi finxisset Lucium Verum a M. Aurelio adoptatum fuisse; nihil tamen magis pugnabat cum aliis ejus de Trinitate principiis, quam ut æternum Dei Filium cum adoptivo filio compararet.

Huc accedit quod *Oratio* in omnibus codicibus inscribitur imperatoribus *M. Aurelio Antonino, et L. Aurelio Commodo, Armeniacis, Sarmaticis et, quod maximum est, philosophis.* Porro Lucius, ex quo Veri nomen cum imperio accepit, nunquam Commodus appellatus est, nisi forte ab Hieronymo non sine gravi hallucinatione, quæ in scriptorem æqualem non cadit. Neque etiam Lucio Vero congruit Sarmatici cognomen, quod ne ipse quidem M. Aurelius ante annum 170 aut forte etiam 174 assumpsit. Quod ait Athenagoras Proteum semetipsum περὶ τὴν Ὀλυμπίαν combussisse, id ita accipit Dodwellus, quasi idem valeret ac in hac Olympiade. At, etiamsi Olympicos ludos designasset hac voce Athenagoras, non eam Olympiadem designasset in qua scribebat: non magis profecto quam cum ait, n. 14, eædem a Theagene Ὀλυμπιάσι perpetratam. Ejusmodi vocibus antiqui nunc ipsam urbem, nunc cum urbe ipsos ludos designant. Sic Philostratus, *Vit. Apol.*, IV, 8: Ὄντων Ὀλυμπίων· cap. 9, ἐν Ὀλυμπίᾳ, κατ' Ὀλυμπίαν, et c. 11, μετὰ τὴν Ὀλυμπίαν· Ælianus, lib. IV, c. 9, ἐν Ὀλυμπίᾳ, et lib. IX, cap. 34, εἰς Ὀλύμπια.

IV. Hoc opus ante annum 176 aut 177 scribi non potuisse probat summa illa pax, quam toto orbe regnare ait Athenagoras, num. 1. Nam, ut observant Baronius et Tillemontius, in toto M. Aurelii imperio vix ullum tempus, præter annum 176 et 177, a bellis vacuum reperias.

A Placet Tillemontio annus 177, quia Commodus imperatoris titulum, quem ei Athenagoras defert, ante mensem Novembrem anni 176 non est adeptus. Sed cum paternos titulos manifestum sit cum Commodo communicari ob filii nomen et jus hæreditatis a natura acceptum; cur non etiam ei imperatoris titulus tribui potuit, antequam illum solemni decreto acciperet? Sic etiam cum ait Athenagoras: *Vobis patri ac filio parent omnia*, non ascitum esse in imperii societatem Commodum significat (etsi enim Augustus factus est anno 177, non tamen credibile est eum, quandiu vixit pater, gubernandarum rerum plurimas partes sustinuisse), sed civium affectum exprimit, filium patri in omni obsequio et observatione adjungentium. Tanti ergo esse non vi-
B detur allata a Tillemontio ratio, ut hanc *Apologiam* anno 177 addicamus. Sed illius ad annum 176 referendæ necessitatem imponere videtur susceptum hoc anno iter a M. Aurelio in Græciam, Syriam et Ægyptum. Sive enim Athenis vixerit Athenagoras, ut ex philosophi Atheniensis titulo colligi posset, sive Alexandriæ; imperatoris præsentia his in locis percommodam attulit occasionem offerendæ *Apologiæ*: nec quemquam dicturum puto Athenagoram prætermissa hac occasione Romam anno sequenti venisse, ut hoc sui in Ecclesiam amoris specimen ederet.

« Bælius in *Lexico historico* Gallice edito, inquit Fabricius [29], nunquam oblatam publico Christiano
C rum nomine putat, sed tantum scriptam privatim ab Athenagora, perinde ut in Gallia ab anno 1684 multi e reformatis persecutionem passis libellos ejusmodi supplices et apologias ad regem scripserunt ediderunt que, regi nunquam oblatas. » Iniquam esse hanc de Athenagora opinionem fatebitur quisquis ipsam *Apologiam* accuratius expendet. Ipse titulus Athenagoram legati quodam munere perfungi docet. Eo spectat tota illius oratio, ut imperatoris benevolentiam Christianis conciliet; dissimulat imperatoris in Christianos odium causam esse per-
D secutionis, sed Christianos vexari et occidi ait, quia illos non tuetur patrocinio suo imperator: in exordio et conclusione et pluribus aliis in locis illius laudes plena manu in astra tollit, eique ac ejus domui Christianos maximo studio et obsequio affixos esse asseverat [30]. Quot adhibet argumenta, totidem utitur occasionibus deliniendi imperatoris et perhonorifice appellandi. Quis non videt ita disserenti scriptori idem ac Justino et Tatiano in *Orationibus adversus Græcos*, Clementi in *Protreptico*, Origeni in libris *contra Celsum*, propositum non esse, ut veritatem religionis Christianæ tantummodo demonstret ac errores gentilium arguat, sed illud etiam maxime ut persecutionis finem impetret? Videtur sibi ad imitandum proposuisse *Apologias S. Justini*, cujus exemplo nec atheismum cum sanctæ Trinitatis cultu, nec alia facinora cum moribus et doctrina Chri-

[28] Prov. XXI, 1. [29] Biblioth. Gr., tom. V. [30] N. 4 et 38.

Digitized by Google

stianorum consistere posse demonstrat. Ducem sequi Justinum videtur, cum queritur, quod solum nomen in Christianis damnetur, num. 2, cum postulat ut eadem in illos ac in alios homines judicii forma servetur ; cum persecutiones non aliunde oriri declarat, quam ex antiqua vitii cum virtute pugna, num. 3, cum Christianos ab hac vita ad aliam longe meliorem cum Deo et apud Deum traducendam proficisci docet, num. 12, et cum de angelorum lapsu loquitur, num. 24.

Justinum longe superat Athenagoras expolito dicendi genere, ordinis venustate et peracutis ad captandam benevolentiam circuitionibus. Simplicior enim Justinus et parcior in laudando. Quod si non tam multa e Scripturis et Christi mysteriis repetit Athenagoras, quam multa apud Justinum his de rebus occurrunt : videtur petitis ex ratione argumentis singularitatem Dei, et simulacrorum cultus stultitiam demonstrare maluisse et in his immorari, quia hanc disputandi rationem philosophi imperatoris auribus gratiorem futuram sperabat. Dum autem in his occupatur, visus est Petavio (lib. I, *De Deo*, pag. 85) accidentia in Deo admittere. Vocat ille [21] quidem Dei attributa τὰ ἐπισυμβεβηκότα, ac bonum Deo inesse dicit κατὰ συμβεβηκός, sed cum ipse mentem suam aperiat, non videtur ei ob verbum lis impingenda, ubi sententia in tuto est. Simili indulgentia utendum in Tertullianum, apud quem eodem sensu attributa Dei vocantur appendices, lib. I *in Marc.*, cap. 25.

V. Athenagoram multa scripsisse conjicere possumus ex initio libri *De resurrectione*, ubi testatur, *se nonnunquam sermones pro veritate iis, quæ de veritate habentur, præmittere*, idque illo in libro facere statuisse. Quo tempore hoc opus scriptum fuerit, statuere non possum ; sed tamen *Apologia* posterius videtur, quam sic absolvit, ut disputationem de resurrectione nondum suscepisse, sed in aliud tempus differre videatur. Sic enim loquitur : Ἀλλὰ ἀναχείσθω μὲν ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγος. « Sed hac de resurrectione disputatione supersedeamus. » Quamvis minime dubium sit quin hæc disputatio non pronuntiata sed scripta fuerit, sic tamen loquitur, n. 23, quasi ei propositum sit *summatim his, qui convenere, indicare quid de resurrectione sentiendum sit, et argumenta, quibus hoc dogma nititur, ad audientium facultatem accommodare.* Quamvis adhibita in hoc opere argumenta ipsos etiam hæreticos feriant, videtur tamen philosophos potissimum voluisse refellere. Nam quidquid objicitur ab adversariis, id ratiunculis continetur : quidquid argumentorum adhibet Athenagoras, id ex hominis natura et Dei justitia repetit. Unde etiam, n. 3, *informis, ut illi existimant*, nempe philosophi, materia dicitur. At ea non tangit quæ ex Scripturis et Christi mysteriis Catholici ad probandum hoc dogma, et hæretici ad evertendum ducebant. Sub nomine Athenagoræ prodiit anno 1569 opus *De vero et perfecto amore*, verbis quidem e Græco sermone Gallicum factum, sed revera a personato interprete Fumæo fabricatum, cui larvam egregie detractam vide apud Fabricium, tom. V, *Biblioth. Gr.*, p. 88.

Displicuit Petavio quod ait Athenagoras in hoc *De resurrectione* libro, n. 11, aut saltem quod doctissimo theologo visus est dicere, « quod Deus potest id eum velle, et quod vult id omnino posse, » καὶ τὸ δυνατὸν βουλητὸν καὶ τὸ τῷ Θεῷ βουλητὸν πάντως εἶναι δυνατόν. Sed nihil superest difficultatis si locus accurate expendatur. Non enim illud βουλητόν dicit Athenagoras, quod Deus facturum se decrevit, sed quod velle potest. Sic antea, n. 10, ἀβούλητον intelligit id quod Deus velle non potest. Ait enim idcirco ἀβούλητον esse, quia vel injustum est vel indignum Deo. Τὸ γὰρ ἀβούλητον, ἢ ὡς ἄδικον, αὐτῷ ἐστιν ἀβούλητον, ἢ ὡς ἀνάξιον. Itaque ἀβούλητον interpretari non dubitavi id quod in Dei voluntatem non cadit, et βουλητόν id quod velle potest. Quos refellit hoc in libro Athenagoras, hi minime inquirebant utrum resurrectionem Deus necne promiserit hominibus, sed eam fieri omnino non posse contendebant. Quare Athenagoras statuit eos, si cum aliquo rationis colore increduli esse velint, demonstrare debere resurrectionem vel in Dei potestatem, vel in ejus voluntatem non cadere.

CAPUT XIV.

An Athenagoras Montani sectæ adhæserit.

I. Athenagoræ loca ex quibus nata suspicio. II. Res dijudicanda ex primordiis Montanistarum. III. Multi anni fluxere antequam schisma conflarent. IV. Tertullianus ante Montanista quam schismaticus. V. Difficile est statuere quo tempore absolutum schisma. VI. Athenagoras eorum nec schismatis nec doctrinæ particeps. VII. Illorum exstases probatas ei fuisse nullo patet argumento.

I. Examinanda nobis quæstio non parvi et ad famam Athenagoræ et ad antiquitatem ecclesiasticam momenti. Tillemontius, cujus non minus laudanda in antiquis rebus dijudicandis æquitas, quam in comportandis et colligendis eruditio, suspicatur Athenagoram Montanistam fuisse. « Haud scio, inquit, t. II, p. 350, an adhibita ab eo et de prophetis, quo tempore exstases Montani Ecclesiam perturbare incipiebant, et de secundis nuptiis loquendi ratio, metuendi locum afferat ne his partibus implicatus fuerit. » De prophetis sic loquitur Athenagoras, *Apol.*, num. 9 : Οἱ κατ' ἔκστασιν τῶν ἐν αὐτοῖς λογισμῶν, κινήσαντος αὐτοὺς τοῦ θείου Πνεύματος, ἃ ἐνηργοῦντο ἐξεφώνησαν· συγχρησαμένου τοῦ Πνεύματος ὡσεὶ καὶ αὐλητὴς αὐλὸν ἐμπνεύσαι. « Qui mente et animo extra se rapti, impellente Spiritu sancto, quæ ipsis inspirabantur, ea sunt loculi, utente illis Spiritu sancto, velut si tibiam inflet tibicen. » De secundis autem nuptiis hæc habemus, n. 33 : Οὐ γὰρ μελέτῃ λόγων, ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα· ἢ οἷός τις ἐτέχθη, μένειν, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ. Ὁ γὰρ δεύτερος εὐπρεπὴς

[21] N 23 et 24.

Digitized by Google

ἐπι μοιχεία. Ὃς γὰρ ἂν ἀπολύσῃ, φησὶ, τὴν γυναῖκα A αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· οὔτε ἀπολύειν ἐπιτρέπων ἧς ἔπαυσέ τις τὴν παρθενίαν, οὔτε ἐπιγαμεῖν. Ὁ γὰρ ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῆς προτέρας γυναικὸς, καὶ εἰ τέθνηκε, μοιχός ἐστι παρακεκαλυμμένος, παραβαίνων μὲν τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐν ἀρχῇ ὁ θεὸς ἕνα ἄνδρα ἔπλασε καὶ μίαν γυναῖκα· λύων δὲ τὴν σάρκα πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν πρὸς μίξιν εἰς τοῦ γένους κοινωνίαν. « Neque enim meditatione sermonum sed demonstratione et disciplina actionum res nostræ continentur, ut quisque vel qualis natus est, maneat, vel unicis in nuptiis. Secundæ enim decorum adulterium. *Quicunque enim dimiserit*, inquit, *uxorem suam et aliam duxerit, mœchatur*[32]; nec eam dimitti sinens, cujus virginitati finem quis imposuit, nec aliam insuper duci. Nam B qui se ipse prima uxore spoliat, etiamsi mortua sit, occulta quadam ratione est adulter; tum quod manum Dei transgrediatur (nam initio Deus unum hominem finxit ac unam mulierem), tum quod carnis cum carne conjunctionem quodam veluti vinculo ad commiscendum genus colligatam dissolvat. » Cum his nimium videntur congruere quæ apud Tertullianum leguntur de secundis nuptiis. Has *nuptialibus et dotalibus si forte tabulis a mœchiæ et fornicationis opere diversas* esse ait *De pud.*, c. 1. Ut neque repudium, ita nec matrimonii numerum ab initio fuisse observat *De monogam.*, cap. 9. Sic loquitur, cap. 14: « Neque lex abstulit repudium; habuit quod auferret: nova prophetia secundum matrimonium, C non minus repudium prioris. »

II. Sed tamen si consideremus quibus gradibus Montanistæ eo pervenerint, ut ab omnibus damnarentur; nec apertæ illorum hæresis affinem reperiemus Athenagoram; imo ne eorum quidem fautorem, quæ in primordiis moderatius sentiebant. Non enim statim atque prodiit Montanus, jejunia instar legis imponere, fugam in persecutionibus vetare, secundas nuptias adulterii notis ausus est inurere. Rem multo callidius administravit. Jejunia his, qui illum audiebant, ad alicujus causæ occasionem, non toti Ecclesiæ ad perpetuam annorum redeuntium vicem imponebat. « Spiritus sanctus, inquit Tertullianus *De jejun.*, c. 13, cum in quibus vellet terris et per quos vellet prædicaret, ex providentia D imminentium, sive ecclesiasticarum tentationum, sive mundialium plagarum, qua Paracletus, id est advocatus, ad exorandum judicem, hujusmodi officiorum remedia mandabat. Puta nunc, ad exercendam sobrietatis et abstinentiæ disciplinam, hunc qui recipimus, necessario etiam quæ tunc constituit observamus. » Neque etiam fugam omnino in persecutionibus damnabat. Testatur Tertullianus eum hortatum esse ad martyrium; fugam ab eo penitus prohibitam dicere non audet. « Spiritum vero si consulas, quid magis sermone illo Spiritus probat? Omnes pene ad martyrium exhortatur. »

Hæc ille in libro *De fuga*, c. 9, ubi etiam duo refert testimonia Montani, quæ exhortationem habent ad martyrium, at fugam minime condemnant. Secundas nuptias abstulerunt Montanistæ, nova sane et inaudita audacia, sed tamen in primordiis ita moderate, ut cum digamis in Ecclesia communicare non dubitarent. Quomodo enim se hac in re gesserint, spectari potest ex eorum in aliis rebus agendi ratione. Nescio quo pacto inducta fuerat in aliquas Ecclesias non consentanea præcepto Apostoli consuetudo, ut virgines in ecclesia velum excuterent. Virgines novis prophetiis addictæ velum servarunt, sed tamen aliis velo carentibus molestæ non erant; donec istæ impetrarunt, ut hoc discrimen, quod eas urebat, tollerctur. Sic rem enarrat Tertullianus, lib. *De vel. virg.*, cap. 3: « Tolerabilius apud nos usque proxime utrique consuetudini communicabatur. Arbitrio permissa res erat, ut quæque voluisset aut tegi aut prostitui, sicut et nubere: quod et ipsum neque cogitur neque prohibetur. Contenta era. veritatis pacisci cum consuetudine, ut tacite sub consuetudinis nomine frueretur se vel ex parte, sed quoniam cœperat agnitio proficere, ut per licentiam utriusque moris indicium melioris partis emergeret; statim ille adversarius bonorum, multoque institutorum, fecit opus suum. Ambiunt virgines hominum adversus virgines Dei, nuda plane fronte in temerariam audaciam excitatæ.... Scandalizamur, inquiunt, quia aliter aliæ incedunt... Cur non magis hæ querantur scandalo sibi esse petulantiam, impudentiam ostentatitiæ virginitatis? »

Suam Montanum hæresim in primordiis aliquo lenitatis fuco dissimulasse, illud etiam argumento est, quod de ejus prophetiis variæ ac discrepantes fuere Catholicorum sententiæ. Nam ut prophetæ munus ac nomen sibi arrogare cœpit, multi illum, teste Eusebio[33], ejusmodi donis ornatum esse crediderunt, quæ tunc rara in Ecclesia non erant. At si statim ea vomuisset, quæ postea effutiit, nulla esse potuisset inter Catholicos ambigendi ratio. Illius anathemati moram non attulissent exstases, si sese aperiens statim dixisset, id quod ab eo aut ab ejus mulieribus dictum refert Tertullianus *De pudic.*, cap. 21: « Potest Ecclesia donare delictum; sed non faciam ne et alia delinquant. »

III. Operæ pretium est observare multos annos ab initio sectæ effluxisse, antequam aut tolerari desinerent Montanistæ, aut se ultro ab omnibus Ecclesiis abscinderent. Anno 177, id est, sex annis a sectæ primordio, confessores Lugdunenses et Viennenses, vel a fratribus Asiæ et Phrygiæ consulti de hac dissensione, vel charitate propria incitati, *partim ad fratres in Asia et Phrygia degentes*, inquit Eusebius, *Hist.*, lib. v, c. 3, *partim ad Eleutherum Romanæ urbis episcopum scripserant, pro pace Ecclesiarum quasi legatione fungentes.* Nullum hic

[32] Matth. xix, 9. [33] Hist., v, 3.

Digitized by Google

schisma, sed vehemens dissensio, cujus sedandæ spes affulgebat.

Trium Romanorum pontificum communionem et approbationem sibi conciliare conati sunt Montanistæ, sed operam luserunt. Rem discimus ex his Tertulliani verbis *contra Prax.*, c. 1 : « Idem (Praxeas) tunc episcopum Romanum agnoscentem jam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, et ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ et Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis prophetis et Ecclesiis eorum asseverando, et præcessorum ejus auctoritates defendendo, coegit et litteras pacis revocare jam emissas, et a proposito recipiendorum charismatum concessare. » Hujus pontificis, qui pene a Montanistis deceptus fuit, præcessores indicati hoc loco alii esse non possunt, quam Soter sub quo secta prodiit, et Eleutherus cui Victor successit anno 192. Itaque Victore Ecclesiam Romanam regente aut saltem in primordiis illius pontificatus, id est annis viginti et amplius post Montani primordia, nondum Montanistæ ab Ecclesia discesserant, nondum ab ea erant ejecti. Verisimile est homines superbos repulsam hanc non tulisse patienter; sed tamen plures anni ab hoc eventu effluxerunt, antequam schisma palam et aperte erumperet. Nam Tertullianus, quem verisimile est Romæ, cum hæc agerentur, fuisse, in hac urbe Montanista factus est, si eam Hieronymo fidem habemus, quæ illi hac in re non videtur deneganda. Is enim in libro *De script. eccles.* narrat Tertullianum *invidia et contumeliis clericorum Ecclesiæ Romanæ ad Montani dogma delapsum.* Rediit tamen in Africam nondum schismaticus : nam Catholicis permistus erat, iisque audientibus Praxeam, qui ex Italia in Africam venerat, ibique errorem suum spargebat, fregit et convicit, atque hæresim coegit ejurare ; tum demum schisma conflatum. Totam rem sic ipse narrat, cap. 1 *in Prax.*: « Fruticaverant avenæ Praxeanæ, hic quoque superseminatæ, dormientibus multis in simplicitate doctrinæ ; traductæ dehinc per quem Deus voluit, etiam avulsæ videbantur. Denique caverat pristinum doctor de emendatione sua : et manet chirographum apud psychicos, apud quos tunc gesta res est : exinde silentium. Et nos quidem postea agnitio Paracleti et defensio disjunxit a psychicis. » Accurata est Tertulliani ratio loquendi : non illum sola agnitio falsi Paracleti, sed maxime defensio disjunxit a Catholicis. Nimirum agnoverat antequam schismatice defenderet.

IV. Tertullianum non statim ac Montanista factus est, ab Ecclesiæ communione exteriore discessisse testis est liber *De velandis virginibus*, cujus scribendi occasio, ut jam vidimus, exstitit orta inter Montanistarum et Catholicorum virgines in iisdem ecclesiis et sub iisdem pastoribus dissensio. Necesse est enim utrasque in easdem convenisse ecclesias et eidem auctoritati paruisse; cum aliæ non velarentur, aliæ socias suas velari moleste ferrent, et idcirco apud eos, qui auctoritate præerant, agerent ut velum detraheretur. Tota res in Ecclesia agebatur, nec dum ab ea Tertullianus discesserat. « Apud nos usque proxime utrique consuetudini communicabatur. » Quinetiam in hoc libro opponit adversariis suis exteras ecclesias, quibuscum et se et adversarios communione conjunctos esse declarat. « Non possumus, inquit, cap. 2, respuere consuetudinem, quam damnare non possumus, utpote non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus scilicet communicamus jus pacis et nomen fraternitatis. Una nobis et illis fides, unus Deus, unus Christus, eadem spes, eadem lavacri sacramenta. Semel dixerim una Ecclesia sumus. » Quam dissimilia hæc sunt impiis et inhonestis conviciis, quæ postea Tertullianus nec modum ullum nec consilium retinens in Ecclesiam effudit : velut cum ait in libro *De pudicitia*, cap. 1 : « Erit igitur et hic adversus psychicos titulus, adversus meæ quoque sententiæ retro penes illos societatem, quo magis hoc mihi in notam levitatis objectent. Nunquam societatis repudium delicti præjudicium est, quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur. » Scripturam Pastoris ait, cap. 11, inter apocrypha referri, *ab omni concilio Ecclesiarum etiam vestrarum*, inquit, Catholicos alloquens. Negat Catholicis inesse Spiritum sanctum quia illum in Montano non agnoscunt. « Itaque isti, inquit [31], qui alium Paracletum in apostolis et per apostolos receperunt, quem nec in prophetis propriis agnitum, jam nec in apostolis possident, age nunc vel de apostolico instrumento doceant maculas carnis post baptisma respersæ, pœnitentia dilui posse. » Et cap. 21 : « Quid nunc et ad Ecclesiam, et quidem tuam psychice? »

Tillemontius, qui Montanistas existimat sectam ab Ecclesia abscissam fuisse antequam ei nomen daret Tertullianus, hanc opinionem accepit ab his libri *De fuga* verbis : « Dicitis enim, quoniam incondite convenimus, simul convenimus et plures concurrimus in Ecclesiam; quærimur a nationibus et timemus ne turbentur nationes, » cap. III. Existimavit vir doctissimus hic describi synaxes Montanistarum : at ipsos Catholicos, a quibus consultus fuerat, hæc dicentes inducit Tertullianus, atque hanc causam afferentes, cur fugiendum sit, et a conventibus abstinendum, quia nimirum, si Christiani solitas synaxes obeant, hæc multitudo facile deprehendatur a gentilibus. Unde Tertullianus addit : Annon scitis quod Deus omnium sit Dominus? Et si velit Deus, tunc persecutionem patieris; si vero noluerit, tunc silebunt nationes. » Illinc etiam auctor est ei qui consulebat, ut si interdiu non potest, saltem nocte et cum paucis conveniat, si non licet cum multitudine. « Postremo, si colligere interdiu non

[31] Cap. 12.

Digitized by Google

potes, habes noctem luce Christi luminosam adversus eam. Non potes discurrere per singulos; sit tibi et in tribus Ecclesia. » In hoc igitur libro, in quo Paracletum suum citat, ac Montani deliriis ita addictus est, ut negare inter tormenta satius esse putet quam fugere, reverebatur tamen ecclesiasticos conventus, eisque præesse Christum putabat. Nihil enim aliud est hoc loco *Ecclesia in tribus*, nisi fidelium, quibus inest Spiritus sanctus, etiamsi pauci sint, conventus. His adde Fabium, qui Tertullianum consulnerat, catholicum fuisse; nec psychicos in hoc libro Catholicos appellari: hoc tantum in eis culpat, quod in multis rebus hærere et incerti esse debeant, quia Paracleti oracula non recipiunt. « Procuranda autem examinatio penes vos, si forte Paracletum non recipiendo deductorem omnis veritatis, merito adhuc etiam aliis quæstionibus obnixi (*forte* obnoxii) estis, cap. 1. Nec prætereunda est S. Rutilii martyris honorifica in hoc libro commemoratio, quem Tertullianus, c. 5, sanctissimum martyrem vocat, quamvis *toties fugisset persecutionem de loco in locum, etiam periculum ut putabat nummis redemisset.*

Ex his refelli possunt et qui a Tertulliano hæresis notam propulsant, quia unitatem videtur etiam Montanista retinere, et qui illius de auctoritate et unitate principia nullius volunt esse ponderis, quia hæc eum jam schismaticum disseruisse putant. Utrique errant graviter. A schismatis crimine non ideirco insons et purus erit, quia quibusdam veluti gradibus in hoc tristissimum exitium lapsus est. Premunt illum, non tuentur, unitatis aliquandiu retentæ indicia cum posterioribus manifesti schismatis notis collata. Quibus autem argumentis Ecclesiæ unitatem et infallibilitatem demonstravit, de eorum pondere et momento an detrahere debuit superveniens schisma.

Non dissimulandum est Tertullianum etiam in libris, quos schismaticus scripsit, Ecclesiæ apostolicæ auctoritate ad refellendos hæreticos uti. « Soleo, inquit, lib. v, *in Marcionem*, cap. 19, in præscriptione adversus hæreses omnes de testimonio temporum compendium figere, priorem vindicans regulam nostram omni hæretica posterioritate. » Idem argumentum tangit lib. 1, cap. 1; lib. IV, c. 4, et *adv. Praxeam*, c. 2. Atque in his quidem locis objicit hæreticis auctoritatem Ecclesiarum apostolicarum: at nequaquam, ut in iis quæ schisma præcesserunt, communione junctum se illis Ecclesiis esse gloriatur, non jus pacis et unitatis unamque Ecclesiam prædicat. Libenter utebatur præscriptionis argumento, quia nihil illud sectæ Montani officere putabat, utpote antiquam symboli fidem retinenti; necesse esse putabat [35], ut *ante quis de Deo hæreticus sit et tunc de instituto.* Paracleto controversiam fieri, et propter hoc novas prophetias recusari dicebat, *non quod alium Deum prædicent Montanus et Priscilla et Maximilla, nec quod Jesum Christum solvant, nec quod aliquam fidei aut spei regulam evertant; sed quod plane doceant sæpius jejunare quam nubere.* At pudorem adeo non projecerat Tertullianus, ut in ipso schismate communionem sibi cum apostolicis Ecclesiis attribueret. De universæ Ecclesiæ contra Montanistas consensu ita dijudicabat, quasi pauci cum pluribus ac non potius minuta secta cum universa Ecclesia pugnaret. « Nunquam societatis repudium, inquit [36], delicti præjudicium est, quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur. » At in libro *De præscript.* Montanistas, qui apostolicam de secundis nuptiis, de pœnitentia, imo et de Ecclesiæ auctoritate doctrinam deseruerant, æque ac alios profligabat hac præclarissima sententia. « Age nunc omnes erraverint. Ecquid verisimile est ut tot ac tantæ in unam fidem erraverint? » In hoc præstantissimo libro multa alia occurrunt cum iis penitus pugnantia, quæ Tertullianus jam Montanista, licet nondum schismaticus, docuit: illud in primis quod in libro *De præscript.* [37] diserte probat Catholicis nihil jam quærendum superesse, quippe qui veritatem invenerint, aut saltem in Ecclesia et a fratribus quærendum. At in libro *De velandis virginibus* [38] auctoritatem omnem commentitio Paracleto attribuit in solvendis quæstionibus, et Catholicos in libro *De fuga* [39] multis quæstionibus obnoxios esse pronuntiat, quia non recipiunt *Paracletum deductorem omnis veritatis.* Statuere ergo licet librum *De præscriptionibus* non modo ante schisma, sed etiam ante adoptata Montani somnia scriptum fuisse.

V. Plurimum lucis huic quæstioni accederet, si statuere possemus quo potissimum anno Montanistæ ab Ecclesia penitus defecerint. Jam schisma penitus conflatum erat, cum scriberet Tertullianus quartum adversus Marcionem librum, id est anno, ut ipse declarat, decimo quinto imperatoris Severi. Ibi enim declarat inter Montanistas et psychicos controversiam esse de exstasi, cap. 22. Id confirmat S. Clemens Alexandrinus qui sub eodem imperatore scribebat. Nam, cum is librum quartum *Stromatum* componeret, Catholicos Montanistæ psychicos vocare incipiebant. Sic enim de illis Clemens, p. 511: Ἤδη γὰρ καὶ οὗτοι (Φρύγες) τοὺς τῇ νέᾳ προφητείᾳ μὴ προσέχοντας ψυχικοὺς καλοῦσι.. « Jam enim ii quoque eos, qui novæ prophetiæ non attendunt, animales appellant. » Idem in *Strom.*, VII, p. 765, Montanistas vocat hæresim ex gente denominatam. Testatur antiquus scriptor apud Eusebium, *Hist.*, v, 16, damnatos fuisse et excommunicatos in multis Asiæ conciliis Montanistas; sed quo tempore hæc concilia habita fuerint, minime declarat. Fieri potuit ut citius in nonnullis Ecclesiis, serius in aliis damnarentur.

Pseudoprophetas illos vocat Irenæus, eosque ut

[35] De monogam., c. 2; De jejun., c. 1. [36] De pudic., c. 1. [37] De præscript., c. 11, 12, 13, 14.
[38] Cap. 1. [39] Cap. 1.

Digitized by Google

prophetiæ insignia sine prophetica gratia sibi arrogantes egregie depingit, lib. IV, cap. 33, n°. 6. At schismatis scelus falsæ prophetiæ adjunctum ab eis fuisse non dicit. Non tamen dubium esset quin tunc schismatici fuerint, si de illis dictum esset illud Irenæi [40] : « Alii vero ut donum Spiritus frustrentur, quod in novissimis temporibus secundum placitum Patris effusum est in humanum genus, illam speciem non admittunt, quæ est secundum Joannis Evangelium, in qua Paracletum se missurum Dominus promisit ; sed simul et Evangelium et propheticum repellunt Spiritum. » Miror eruditis viris Tillemontio et novissimæ editionis auctori visum esse Irenæum de Montanistis loqui. Quomodo enim S. Joannis Evangelium ob sancti Spiritus promissionem rejecissent, quos constat in illis Joannis locis, ubi Spiritus promittitur, præcipuum sectæ suæ præsidium constituisse? Quæ sequuntur Irenæum de Montanistis non loqui confirmant, etsi augent difficultatem dignoscendi quosnam potissimum exagitet. Addit enim : « Infelices vere, qui pseudoprophetæ quidem esse volunt, propheticam vero gratiam repellunt ab Ecclesia ; similia patientes his qui propter eos qui in hypocrisi veniunt, etiam a fratrum communione se abstinent. Datur autem intelligi, quod hujusmodi neque apostolum Paulum recipiant. » Discimus ex his verbis nonnullos exstitisse, qui a communione sese removerent, ne cum hypocritis communicarent. Cum his comparat eos qui S. Joannis Evangelium rejiciebant, quia in hoc maxime Evangelio promittitur Spiritus sanctus. Utrique ergo peccabant inconsiderato eorum qui sanctis rebus abutuntur, odio; atque ut ii, qui a communione abscedebant, ita se gerebant, quia plus æquo infensi erant hypocritis communicantibus ; ita necesse est ut eos qui Evangelium Joannis et promissionem sancti Spiritus rejiciebant, id fecisse dicamus propter eos qui Evangelio et promissione abutebantur. Quare non Montanistæ Evangelium S. Joannis rejecisse dicendi sunt, sed potius dum eo, ad causæ suæ defensionem abutuntur, illius rejiciendi ansam immoderatis adversariis dedisse.

Si minus statuere possumus quo potissimum tempore Montanistæ schismatici fuerint ; illud saltem asseverare licet, scribente *Apologiam* Athenagora et multis post annis, nondum eos ab Ecclesia catholica discessisse.

VI. Hæc accurate explorare conatus sum, ut habeamus quid de fide Athenagoræ statuamus. Ac 1° quidem asseverare possumus secundas nuptias ab eo minime damnatas fuisse. Quomodo enim illas damnasset, quas ne Montanus quidem tunc temporis condemnare audebat? 2° Etiamsi Athenagoras Montani partibus se addixisset, non tamen illius nomini labes schismatis inhærere deberet, cum anno 176 quo scribebat, ac pluribus postea elapsis annis nondum ad extremum illud schismatis scelus nequitia Montanistarum pervenerit. 3° Ne illud quidem probabile est Athenagoram ulla cum Montano consuetudine aut doctrinæ consensione conjunctum fuisse. Nam quod de secundis nuptiis statuit, id ex Christi verbis, *Quicunque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, mœchatur* [41], subtiliter ratiocinando deducit : at novæ prophetiæ auctoritas minime illi in mentem venit. Atque in hoc manifesta est illius a Montanistis dissensio. Isti enim unicas nuptias neque a Christo neque ab apostolis præscriptas fatebantur, sed a Paracleto, quem a Christo datum Montano et Priscillæ et Maximillæ dicebant, *ut quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur et ordinaretur et ad perfectum perduceretur disciplina ab illo vicario Domini Spiritu sancto*, TERTULL. *De vel. virg.*, c. 1. Nihil simile Athenagoras designat ; solis Christi verbis nititur. Neque etiam de Montanistis, sed de Christianis ait, num. 33, unumquemque vel qualis natus est manere, *vel unicis in nuptiis.*

VII. Non justior accusandi Athenagoræ causa ex illius de prophetarum exstasi dictis ducitur. Nam 1° etiamsi non fuisset ex illorum numero, qui statim animadverterunt quid vitii inesset exstasibus Montanistarum et oritura ex his hominibus mala prospexerunt ; non idcirco Montani non dico schismati, sed vel doctrinæ addictus dici posset. In illa enim dissensione, quam de Montanistis inter Catholicos exortam narrat Eusebius, *Hist.*, IV, 3, quicunque prophetias Montani non damnabant vel etiam probabant, non idcirco Montano regendos se committebant : et quandiu Catholicis permisti fuere Montanistæ, haud dubium quin multi eos laudaverint et ab eis laudati fuerint, nec tamen eorum vivendi et sentiendi rationes secuti sint. Ex quo etiam patet quam iniquum quamque absurdum foret, exprobrare Ecclesiæ catholicæ cultum mulierum Montani sectæ addictarum, quia scilicet sanctæ Perpetuæ et sanctæ Felicitatis Acta collecta sunt ab homine *sicut prophetias*, ut est in præfatione, *ita et visiones novas* agnoscente et honorante. Difficile est Montanistis invidere scriptorem ita illis temporibus de novis prophetiis loquentem : Montani sectatorem fuisse contendit Valesius, negat Ruinartius. Sed si is Montanista fuit, non idcirco Montanistis sanctæ illæ martyres tradendæ; aut certe eamdem notam non effugiet S. Rutilius martyr, quem quidem, etsi Montanum sperneret, magnis tamen laudibus ornavit Tertullianus, lib. *De fuga in persec.*, c. 5.

2° Ne illud quidem dici potest Montanistas ab Athenagora rejectos et damnatos non fuisse. Nam S. Clemens Alex. hanc sectam inter hæreses recenset, sed tamen prophetas, itidem ut Athenagoras, in exstasi locutos agnoscit, et pseudoprophetas omnes, qui ante Christum fuerant, fores

[40] Lib. III, c. 11, n. 9. [41] Matth. XIX, 9.

Digitized by Google

fuisse probat [42], quia *revera prophetabant in extasi*, nimirum imitante et suffurante diabolo propheticam exstasim. Vide S. Ambrosium in psal. XXXIX.

3° Nihil hic Athenagoræ cum Montanistis : tota illi cum ethnicis disputatio. Prophetas extra se raptos fuisse dicit, non quod necesse esse crederet, *ut in spiritu homo constitutus*, ut ait Tertullianus [43], *excidat sensu, obumbratus scilicet virtute divina*, sed quia cum exstasis in gentilium oraculis divinæ inspirationis nota haberetur, prophetas divinitus fuisse inspiratos argumento ad permovendos gentiles idoneo probare volebat. Non multo aliter locutus in *Cohortatione* Justinus [44], qui etiam Sibyllæ potentem afflatum laudat. Sic etiam Theophilus, lib. II, n. 9. Idem Philoni videtur propositum fuisse, cum de prophetarum exstasi loquitur, nempe ut gloriam et decus eorum extollat ac inspirationem probet. Vid. lib. II, *Legis allegor.*, p. 52, et librum : *Quis rerum divinarum hæres.*

CAPUT XV.

De gestis et scriptis sancti Theophili Antiocheni episcopi.

I. De conversione et episcopatu S. Theophili. II. De illius deperditis operibus. III. Theophili non sunt commentarii in Evangelia. IV. Qua occasione scripti ad Autolycum tres libri. V. Sub Commodi imperio scripti. VI. Refellitur Dodwellus qui alium Theophilum excogitavit.

I. Natus est ac institutus Theophilus in superstitionum ethnicarum tenebris; idemque illi contigit, quod de se ipsi Justinus et Tatianus, de Athenagora Philippus Sideta testantur, ut legendis Scripturis ad Christianam religionem converteretur. Rem ipse sic narrat sub finem libri primi *ad Autolycum* : « Ne sis igitur incredulus, sed potius crede. Nam et ipse non credebam resurrectionem futuram ; sed nunc credo, postquam hæc attentius consideravi ; simul quod in sacras Scripturas incidi sanctorum prophetarum, qui per Spiritum sanctum et præterita eodem quo gesta sunt modo, et præsentia eodem quo geruntur prædixerunt, et futura eodem ordine quo perficientur. Cum igitur ea quæ eveniunt et prædicta olim demonstrationem mihi exhibeant ; non sum incredulus, sed credo obtemperans Deo.

Hunc Theophilum Dodwellus, quem infra refellemus, justo longius ab apostolica ætate removere et episcopali dignitate spoliare ausus est ; alii nonnulli cum eo, cui Actus apostolorum inscripti, minus belle confudere. Longe ab hoc Theophilo distat ille noster, qui mortuo Erote quinto Antiochiæ episcopo, circa annum M. Aurelii octavum, id est annum Christi 168, Antiochenæ sedi præfectus fuit. Testatur enim Eusebius anno hujus imperatoris octavo Romæ Soterem Aniceto, Alexandriæ Celadioni Agrippinum successisse ; ac statim addit [45] : Τηνικαῦτα καὶ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας Θεόφιλος ἔκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐγνωρίζετο. « Tunc autem et in Antiochena Ecclesia sextus ab apostolis Theophilus florebat. » Quibus verbis non id mihi videtur indicari tres illos patriarchas eodem M. Aurelii anno electos fuisse, sed tantum eodem illos tempore Ecclesiam gubernasse. Nam si Eusebii verba stricte sumantur, ex his illud potius sequetur, jam tum Antiochiæ floruisse Theophilum, cum Soter Aniceto, Agrippinus Celadioni successit.

II. Præter quotidianum laboris ac sollicitudinis pensum, quod omnibus episcopis impositum, haud parum negotii hæreses, quæ tunc Ecclesiam oppugnabant, Theophilo nostro addiderunt. Illius vigilantia et excubiæ pro commissis ovibus spectari possunt ex studio, quod in profligandis hæreticis et a grege suo avertendis significavit. Sic enim de illo Eusebius [46] : Τῶν γε μὴν αἱρετικῶν οὐδὲν χεῖρον καὶ τότε ζιζανίων δίκην λυμαινομένων τὸν εἰλικρινῆ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας σπόρον, οἱ πανταχόσε τῶν Ἐκκλησιῶν ποιμένες, ὥσπερ τινὰς θῆρας ἀγρίους τῶν τοῦ Χριστοῦ προβάτων ἀποσοβοῦντες αὐτοὺς ἀνεῖργον· τοτὲ μὲν, ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς νουθεσίαις καὶ παραινέσεσι· τοτὲ δὲ, πρὸς αὐτοὺς γυμνότερον ἀποδυόμενοι, ἀγράφοις τε εἰς πρόσωπον ζητήσεσι καὶ ἀνατροπαῖς· ἤδη δὲ καὶ δι' ἐγγράφων ὑπομνημάτων τὰς δόξας αὐτῶν ἀκριβεστάτοις ἐλέγχοις διευθύνοντες. Ὅ γέ τοι Θεόφιλος σὺν τοῖς ἄλλοις κατὰ τούτων στρατευσάμενος δῆλός ἐστιν ἀπό τινος οὐκ ἀγεννῶς αὐτῷ κατὰ Μαρκίωνος πεπονημένου λόγου, ὃς καὶ αὐτὸς μεθ' ὧν ἄλλων εἰρήκαμεν, εἰσέτι νῦν διασέσωσται. Τοῦτον μὲν οὖν ἕβδομος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας διαδέχεται Μάξιμος. « Porro cum nihilominus hac etiam tempestate hæretici zizaniorum instar sinceram apostolicæ doctrinæ sementem labefactarent, Ecclesiarum toto orbe pastores, eos tanquam feras atque immanes belluas ab ovili Christi fugare atque arcere properabant ; partim hortando et commonendo fratres, partim adversus ipsos hæreticos fortiter colluctando : quos vel propositis cominus interrogationibus viva voce, vel libris accuratissime scriptis, opiniones eorum refellendo, confutabant. Theophilus igitur una cum cæteris adversus illos hæreticos depugnavit, ut constat ex quodam illius libro haudquaquam spernendo, quem contra Marcionem elaboravit, qui liber cum aliis quos retuli etiamnum exstat. » Scripserat etiam Theophilus, Eusebio et Hieronymo testibus, alium adversus Hermogenis hæresim librum, in quo testimoniis ex Joannis Apocalypsi desumptis utebatur. Cum his adversus hæreticos elucubrationibus interière alii ejusdem libri, *in quibus elementa fidei exposita fuisse* testatur Eusebius : Καὶ ἕτερα δέ τινα κατηχητικὰ αὐτοῦ βιβλία, sive, ut interpretatur Hieronymus, *breves elegantesque tractatus ad ædificationem Ecclesiæ pertinentes.*

Forte in his pertractationibus numerandi sunt libri, quos a se scriptos testatur Theophilus. In lib. II *Ad Autolycum* citat primum *De historiis li-*

[42] Strom., I, p. 349. [43] L. IV in Marc., c. 22. [44] N. 9 et 37. [45] Hist., lib. IV, c. 19 et 20. [46] Hist., IV, 24.

Digitized by Google

brum, in quo de generationibus primorum hominum egerat. Sic autem loquitur, num. 30 : Καὶ γὰρ ἐκ μέρους ἤδη γεγένηται ἡμῖν λόγος ἐν ἑτέρῳ λόγῳ ὡς ἐπάνω προειρήκαμεν, τῆς γενεαλογίας ἡ τάξις ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ τῇ *περὶ ἱστοριῶν*. « Jam enim a nobis aliqua ex parte instituta est hæc disputatio in alio opere, ut supra diximus, nempe genealogiæ series in primo *De historiis* libro. » Ait paulo post se in eodem libro egisse de rebus Noe. Libri illi *Historiarum*, quorum in primo Theophilus genealogiæ seriem texebat, inscripti videntur fuisse *Genesis mundi*. Ait enim, n. 28, se disputationem de dæmone prætermittere, quia longa est oratio, ac ea de re alibi egit. Mox, n. 29, sic loquitur : Τὰ μὲν οὖν κατ' αὐτοὺς πλείω ἔχει τὴν ἱστορίαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐξηγήσεως · διὸ τὰ τῆς ἱστορίας δύναται ἀκριβέστερον διδάξαι αὐτὴ ἡ βίβλος ἥτις ἐπιγράφεται *Γένεσις κόσμου*. « Ac ea quidem, quæ ad illos spectant (Abelem et Cain) plurimam habent historiam, imo narrationis œconomiam : quare discendi cupidos accuratius potest de hac historia liber ipse, qui *Genesis mundi* inscribitur, edocere. » Videtur prima specie hic indicari primus Pentateuchi liber, quem eruditus Wolfius Genesim mundi observat appellari in ms. Alexandrino et apud Epiphanium in libro *De ponderibus et mensuris*. Hæ voces, *liber ipse*, ipsam Genesim apte designant, ut fontem ex quo omnis de his rebus disputatio deducitur. Sed tamen cum primus Pentateuchi liber non soleat inscribi, *Genesis mundi*, sed tantum *Genesis*, nihil prohibebat Theophilum quominus opus suum inscriberet *Genesim mundi;* et cum paulo ante dixisset se in alio opere egisse de dæmone, qui Adam et Evam tentavit, mox discendi cupidos ad ipsum librum dimittere potuit. Sed quod mihi necessitatem imposuit hujus libri, qui inscribebatur *Genesis mundi*, Theophilo attribuendi ; cum Theophilus dicat, n. 30, a se jam citatum fuisse librum in quo de genealogiis agebat ; nullus alius occurrit locus, in quo hoc opus citet præter eum, in quo legendi studiosos dimittit ad *Genesim mundi*, Cum de rebus Noe declaret se in eodem libro egisse, non alium videtur indicare in libro tertio, num. 19, ubi ait se alibi demonstrasse arcam non a Deucalione, sed a Noe, cujus nomen idem sonat ac requies, constructam fuisse.

III. De commentario Theophili in Evangelium et in Proverbia sic loquitur Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis :* « Legi sub nomine ejus in Evangelium et in Proverbia Salomonis commentarios, qui mihi cum superiorum voluminum elegantia et phrasi non videntur congruere. » Idem in epistola ad Algasiam, quæst. 6, utitur testimonio quodam Theophili Antiocheni, quod in Appendice referimus. Quo autem ex opere Theophili desumptum sit, Hieronymus declarat. « Theophilus, inquit, Antiochenæ Ecclesiæ septimus post Petrum apostolum episcopus, qui quatuor evangelistarum in unum opus dicta compingens, ingenii sui nobis monumenta dimisit, hæc super hac parabola in suis commentariis est locutus. » Duo ergo navavit Theophilus : primo evangelistarum dicta collegit, et quæ similia erant ita contexuit, quasi unum essent opus. Deinde commentarios suos adjunxit. Opus profecto longe ab eo diversum quod Tatianus elaboravit ; nec merito suspicatus est Valesius memoria lapsum esse Hieronymum, et Theophilo attribuisse opus Tatiani. Nam Tatianus commentarios non adjunxerat evangelistarum dictis. Narrat alibi Hieronymus legisse se commentarios Theophili [67].

Ex hac observatione illud etiam manifestum fit, Theophilo nostro attribui non posse breves illos commentarios, qui sub ejus nomine in Bibliothecis Patrum editi singulos evangelistas separatim libris quatuor exponunt. Præterea quis Latinum scriptorem non agnoscat his in verbis [68] ? « Per iota, Vetus significat Testamentum, quo Decalogus continetur ; iota enim pro decem est apud Græcos. Apex autem quatuor litteras habens, per Evangelium quadruplex, Testamentum indicat Novum. » His adde nonnulla in his commentariis occurrere ex Latinis Patribus desumpta [69] ; ex Hieronymo quatuor causas, cur ex desponsata Christus natus sit, ex S. Cypriani epistola ad Magnum insignem locum de corpore et sanguine Domini ; ex eodem Hieronymo interpretationem Latinam eorum quæ Theophilus de parabola œconomi disseruerat. Inutili prorsus labore Grabius hæc S. Cyprianum et S. Hieronymum a Theophilo mutuatos esse opinatur [70]. Sed si hæc Theophilus Græce scripsisset, haud libenter crediderim interpretem illius tam accurate venatum esse citata a Latinis Patribus loca, ut eorum verba in suam interpretationem transferret. Præterea si Hieronymus a Theophilo acceperat quatuor illas causas, ob quas Christus ex desponsata natus, cur quartam S. Ignatio, nullam prorsus S. Theophilo acceptam refert?

IV. Nunc de tribus *ad Autolycum* libris examinandum nobis est quæ fuerit illorum scribendorum causa, et quo potissimum tempore scripti fuerint.

Videtur Autolycus amicitia cum Theophilo nostro conjunctus fuisse. Amicum enim illum vocat Theophilus sub finem libri primi, et ad frequens colloquium invitat sub finem secundi. Inerant huic homini non parva ethnicarum virtutum ornamenta, et indefessum legendi studium. Optimum illum salutat Theophilus eique prudentiæ laudem tribuit : plurima legisse testatur, ac in omni eruditione, sive, ut ipse appellat, in omnibus operosis nugis tanto studio versari, ut noctes in bibliothecis consumere non dubitaret. Sed has Autolyci laudes penitus obruebat indigna homine docto in omne si-

[67] Prolog. in Matth. [68] Lib. I. [69] Lib. II et III. [70] Spicileg., p. CCXXI.

Digitized by Google

malacrorum genus pietas, et periniqua de Christianis ex rumore populari opinio. Nam qui cæterarum rerum diligens erat indagator, Christianos negligenter audiebat, eosque malesanis commentis credulus cum sororibus misceri, et carnes humanas vorare existimabat. Talem nobis Autolycum variis in locis depingit Theophilus.

Ἱδρυσάμεσθα, πημάτων παραψυχὰς (84),
B Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων, ἢ χαλκέων (85),
Ἢ χρυσοτεύκτων, ἢ ἐλεφαντίνων τύπους·
Θυσίας τε τούτοις, καὶ καλὰς παννυχίδας
Τεύχοντες (86), οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Ἀλλὰ καὶ Φιλήμων, τὰ ἀρχαῖα εὐπορήσας φράσαι, κοινωνεῖ τῇ περὶ τῶν ὄντων γνώσει, ὡς γράφει·

Θεὸν δὲ ποῖον, εἰπέ μοι, νομιστέον;
Τὸν πάνθ' ὁρῶντα, καὐτὸν οὐχ ὁρώμενον.

Μαρτυρήσει δέ μοι καὶ Ὀρφεὺς, ὁ παρεισάγων τοὺς τριακοσίους ἑξήκοντα θεοὺς, ἐν τῷ Διαθήκαις ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ, ὁπότε μετανοῶν ἐπὶ τούτῳ φαίνεται ἐξ ὧν γράφει·

Φθέγξομαι (87) οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε [βέβηλοι
Πάντες ὁμῶς· σὺ δ' ἄκουε φασσφόρου ἔκγονε
C [Μήνης
Μουσαῖ· ἐξερέω γὰρ ἀληθέα· μηδέ σε τὰ πρὶν
Ἐν στήθεσσι φαεννὰ φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ·
Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε,
Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος, εὖ τ' ἐπίβαινε

Ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα.
Εἷς ἐστ' αὐτογενὴς, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτε- [κται·
Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περιγίνεται, οὐδέ τις αὐτὸν
Εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.
Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι,
Καὶ πόλεμον κρυόεντα, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.
Οὐδέ τις ἐσθ' ἕτερος, χωρὶς μεγάλοιο ἄνακτος·
Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω. Περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται·

Πᾶσι γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὀσσοις,

Ἀσθενέες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα.

(79) Ἄπλαστον. Sic emendavit Grotius pro ἁπλατος, et mox νέφει τε pro νεφέλῃ τε.—Potterus observat satius esse legere ἄπλατος ὁρμῇ, vel, ut apud Eusebium, ἄπλατον ὁρμῇ, quam illam Grotii emendationem adoptare, ἄπλαστον ὁρμῇ, siquidem ἄπλατος est apud grammaticos ἀπρόσιτος, ἄπειρος, πολύς. In iisdem versibus Æschyli scribendum monet χ' ὕδατος συστήματα. — *Ex Addendis et Emendandis.*

(80) *Πάντα δύναται.* Hic versus non legitur apud Grotium; sed apud Clem. et Euseb. sic legitur : Δεσπότου πάντα, δυνατὴ γὰρ δόξα ὑψίστου Θεοῦ.

(81) Ἐμυήθη. R. St. ad calcem et Clarom. ad marg. ἐτιμήθη.

(82) Hunc versum plerique interpretes, quos secutus sum, ita reddiderunt, *Unus profecto*, etc. Gesnerus in *Legat.* Athenag.: *Unus revera est*, etc. Sed accuratius videtur hunc in modum reddi posse : *Est unus, idque certum habe, unus est Deus.*

(83) Ἔτευξε. Clarom. prima manu ἔτυχε ad marg. et sic R. St. ad calcem.

(84) Παραψυχάς. Clem., Euseb. et Theodoret. παραψυχὴν.

(85) Ἢ χαλκέων. Theodoret. ἐκ λίθων τε καὶ ξύλων. Sic Grotius videtur legendum existimasse. Vertit enim : *Simulacra divum facta saxo aut arbore.*

(86) Τεύχοντες. Sic etiam Grotius, Cyrillus I Jul., p. 52. At Clemens *Strom.* v et Euseb. et Theodoret. habent στέφοντες, *coronantes.* Sic etiam R. St. ad calcem. Melius multo Clemens Alex. in *Exhort. ad gentes* habet νέμοντες.

(87) Φθέγξομαι. Hic versus cum sequenti deest in codicibus nostris mss. et apud Stephanum. Sed in editionibus Græco-Latinis desumpti fuere ex *Cohort.*, n. 15, ubi consuli possunt quæ observavimus. Vide initium lib. III Theophili.

Digitized by Google

Οὗτος γὰρ χάλκειον ἐπ' οὐρανὸν ἑστήρικται,
Χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ, γαίης δ' ἐπὶ ποσσὶ βέβηκε,
Χειρά τε δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος Ὠκεανοῖο
Πάντοθεν ἐκτέτακεν. Περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μα-
[κρὰ,
Καὶ ποταμοὶ, πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης.

A *Hic enim æreo in cœlo constitutus est,*
Aurato in solio, terram pedibus calcat,
Manum autem dextram ad terminos Oceani
Undique extendit. Circum enim tremunt montes
[*magni,*
Et fluvii, et cani profundum cærulei maris.

Καὶ ταῦτα οὕτως φράζει, ὡς αὐτόπτης γεγονὼς τοῦ μεγέθους Θεοῦ. Κοινωνεῖ δ' αὐτῷ καὶ Πυθαγόρας ἐν οἷς γράφει·

Atque hæc ille ita eloquitur, quasi majestatem Dei oculis suis vidisset. Consentit autem ei et Pythagoras, qui sic scribit :

Εἴ τις ἐρεῖ, Θεός εἰμι, πάρεξ ἑνὸς, οὗτος ὀφείλει
Κόσμον ἴσον τούτῳ στήσας εἰπεῖν, Ἐμὸς οὗτος·
Οὐχὶ μόνον στήσας εἰπεῖν Ἐμὸς, ἀλλὰ κατοι-
[κεῖν
Αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε· πεποίηται δ' ὑπὸ τού-
[του (87*)

Si quis dicat, Deus sum, præter unum, hic debet
Mundum isti similem creare, ac dicere, Hic meus est :
Nec solum creare ac dicere, Meus est, sed etiam habi-
[*tare*
Ipse in eo quem fecit, certe ab isto factus est.

3. Καὶ περὶ τοῦδε ὅτι μόνος δυνατός ἐστι, καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ συντελουμένων πράξεων, καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγνωσίας κρίσιν ἐνστήσασθαι, οἰκείους μάρτυρας παραστῆσαι ἔχω· καὶ πρῶτόν γε Σοφοκλέα καὶ περὶ τούτου λέγοντα·

3. Hunc solum de rebus in vita gestis et de numinis ignoratione judicium instituere posse, domesticis testibus demonstrare possum, ac primo quidem Sophocle, qui sic ea de re loquitur : B

Ἔσται γὰρ ἔσται κεῖνος αἰώνων χρόνος,
Ὅταν (88) πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν σχάσῃ
Χρυσωπὸς αἰθήρ· ἡ δὲ βοσκηθεῖσα φλὸξ,
Ἅπαντα τὰ ἐπίγεια καὶ μετάρσια
Φλέξει μαρεῖσ'. Ὅταν δὲ ἐκλίπῃ τὸ πᾶν,
Φρενὸς μὲν ἔσται κυμάτων ἅπας βυθὸς,
Γῆ δενδρέων ἔρημος, οὐδ' ἀὴρ ἔτι (89)
Πτερωτὰ φῦλα βαστάσει πυρούμενος.
Καὶ γὰρ καθ' (90) ἅδην δύο τρίβους νομίζομεν,
Μίαν δικαίων, χ' ἑτέραν ἀδίκων ὁδόν.
Κἄπειτα σώσει πάνθ' ἃ πρόσθ' ἀπώλεσεν.

Jam veniet ille, veniet haud dubie dies,
Laxabit ignis cum redundantes opes
Auratus æther; lege tum spreta furens
Terras et illis quidquid est sublimius
Depascet ardor. Inde cum defecerit
Hoc omne, nulla jam ferent undas vada,
Neque ulla ramos eriget tellus, neque
Exustus aer pascet aligerum genus.
Namque esse scimus duplicem ad inferos viam,
Unam nefastis, alteram innocentibus.
Tum salva faciet cuncta quæ destruxerat.

Ἀλλὰ καὶ Φιλήμων (91) πάλιν·

Rursus Philemon :

Οἶει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικόστρατε,
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
Καὶ γῆν καλύψειν, ὡς ἀπὸ τοῦ πάντ' εἰς χρόνον C
Περευγέναι τὸ θεῖον ὡς λεληθότας;
Ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Εἰ γὰρ ὁ δίκαιος καὶ ἀσεβὴς ἓξουσιν ἓν,
Ἁρπαζ' ἁπελθὼν, κλέπτ', ἀποστέρει, κύκα.
Μηδὲν πλανηθῇς, ἔστι κἂν ᾅδου κρίσις,
Ἥτις ποιήσει Θεὸς ὁ πάντων δεσπότης,
Οὗ τοὔνομα φοβερὸν, οὐδ' ἂν ὀνομάσαιμ' ἐγώ.

Vitane functos æstimas, Nicostrate,
Qui luxu in omni molliter vitam egerant,
Latere terra conditos, ceu effugerint
In omne tempus, et fefellerint Deum?
Justitiæ oculus est, qui intuetur omnia.
Nam si una justum sors et impium manet,
I, rape, dolisque cuncta misce et fraudibus,
Ne erres, in ipsis inferis jus dicitur;
Eritque judex Dominus omnium Deus,
Cujus tremendum nomen, haudque ego dixerim.

Καὶ Εὐριπίδης·

Et Euripides :

Ἄρθρον (92) βίου μῆκος δίδωσι πρὸς κρίσιν.
Ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται τοὐμφ' ἡμέραν,
Κακόν τι πράσσων, τὸν Θεὸν λεληθέναι,
Δοκεῖ πονηρὰ (93), καὶ δοκῶν ἁλίσκεται
Ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη.
Ὁρᾶθ' ὅσοι νομίζετ' οὐκ εἶναι Θεὸν,

Longos dat annos, ut severe judicet.
Mortalium at quisquis in diem admittens mali
Aliquid, latere fidit hæc ipsum Deum,
39 *Is stulta sperat, atque sperans tollitur,*
Feriata tandem pœna cum supervenit.
Videte quicunque esse non vultis Deum,

(87*) Hos quatuor versus, quos ab interitu vindicavit solus Martyr, Pythagorei cujusdam fetum existimat Goezius. Otto.

(88) Ὅταν. Clemens Alexandrinus. *Strom.* v, p. 607, ἐπάν. Sic etiam Grotius. Aliquos versus inter hanc vocem et præcedentem interjectos fuisse testatur Clemens.

(89) Γῆ δενδρέων... οὐδ' ἀὴρ ἔτι. Sic apud Grotium, multo aptius, quam apud Justinum et Clementem γῆ δ' ἐδράνων... οὐδὲ ἀὴρ ἔτι. Clemens οὐδὲ γάρ τ' ἔτι. Mox idem Grotius πυρούμενος. Justinus et Clemens πυρωμένη.

(90) Καὶ γὰρ καθ'. Hic versus cum sequenti deest apud Clementem et Grotium; sed leguntur inter sequentes Philemonis versus, nempe ante hunc versum, Εἰ γὰρ ὁ δίκαιος.

(91) Φιλήμων. Diphilo, ut observat Sylburgius, tribuit hos versus Clemens Alexandrinus, *Strom.* v, p. 609, apud quem non tam accurate referuntur, quam apud Justinum et Grotium.

(92) Ἄρθρον. Hunc versum Grotius cum præcedentibus conjungit. Non hunc solum, sed et cæteros, qui sub Euripidis nomine sequuntur, eidem D Diphilo attribuit Clemens, et post eum Eusebius *Præp. ev.*, l. XIII, c. 13. Mendose apud hos omnes scriptores legitur, ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσι πρὸς βίον μῆκος δίδωσι. Melius multo Justinus, apud quem tamen aptius legeretur βίου ἄφθονον. — Valckenarius (*Diatr. de Aristobulo Jud.* ed. Luzac. Lugd. Bat. 1806, in-4°, p. 1 sqq.) eumque secutus Bœckhius (*Æschyli, Sophoclis, Euripidis, num ea quæ supersunt et genuina omnia sint*, etc. Heidelb. 1808, in-8°, p. 158 sq.) quatuor versus : Ὅστις δὲ θνητῶν... τυγχάνῃ Δίκη, quibus addunt ex Stobæo quintum : Τιμωρίαν ἔτισεν ὧν ἦρξεν κακῶν Euripidis genuinos esse, cæteros a Judæo aliquo vel Christiano subditos recte contendunt. De scripturæ diversitate cf. Matthiæ. *Euripidis tragœd. et fragm.*, tom. IX, p. 297 sq. Otto.

(93) Πονηρά. Sic emendavi ex Clem. et Euseb. Male in edit. nostris πονηρός.

Digitized by Google

Duplex merentes mente non sana scelus.
Est ille namque, est; prosperæ res sed cui erunt,
Cum non probus sit; tempus apponat lucro.
Huic namque pœnas inferet tandem dies.

4. Libaminibus autem et incensis malorum non placari Deum, sed summa æquitate pœnas ab eo cuique irrogari, testis iterum accedet Philemon :

Si proferens quis victimas, o Pamphile,
Boum caprumve copiam, vel per Jovem
Alia similia; aut arte facta munera,
Aurove chlamydes splendidas vel purpura,
Sive ex smaragdo signa, sive eburnea,
Placare sperat talibus donis Deum;
Haud sanus errat ac levem mentem gerit.
Probum esse namque oportet omnino virum,
Non inferentem stupra nuptæ aut virgini,
Lucrive causa furta vel cædes; neque
Aliena spectantem, ac deinde conjugis
Male appetentem aut superbarum ædium,
Aut prædiorum, vel puellæ, aut vernulæ,
Pecorisve, taurumve, aut equum. Quo hæc pertinent?
Acum vel unam haud concupiscas, Pamphile,
Te namque cernit haud procul sedens Deus,
Quem facta mulcent æqua, iniqua displicent :
Laboriosum rebus uti prosperis
Sinit, colentem rura noctu et per diem.
Deo æquitatem semper observans lita,
Magisque corde splendeas quam vestibus.
Tonitru audias si, ne procul confugeris,
O here, tibi ipse si nihil conscieveris.
Te namque cernit haud procul sedens Deus.

Et rursus Plato in *Timæo* « Horum autem explorationem et probationem si quis ipso opere aggrediatur; is divinæ ac humanæ naturæ ignoret discrimen : quippe cum Deus multa in unum commiscere, ac rursus unum in multa possit dissolvere, utpote scientia et potestate præditus; neutri autem quisquam hominum aut nunc idoneus sit, aut unquam sit futurus. »

5. De illis autem qui apud nonnullos existimantur participes es e sancti et perfecti nominis, quod quidem vana traditione quidam, tanquam dii, acceperunt, Menander ait in *Heniocho*, sive Auriga :

Non mihi placebit ambulans foris Deus,
Anum comitem habens, atque ventitans domos
Cum tabula : oportet quippe justus ut Deus,
Domi manendo sit salus colentibus.

40 Idem Menander in *Hierea*, sive in Sacerdote :

Homini salutem non Deus dat alterum,
Mulier, per hominem; namque homo si quem Deum

A Δὶς ἐξαμαρτάροντες (94) οὐκ εὐγνωμόνως.
Ἔστιν γὰρ, ἔστιν· εἰ δέ τις πράσσει κακῶς (95),
Κακὸς κεφυκὼς, τὸν χρόνον κερδαινέτω·
Χρόνῳ γὰρ οὗτος ὕστερον δώσει δίκην.

4. Καὶ ὅτι οὐ σπονδῇ καὶ θυμιάματι κακούργων προσφέρεται ὁ Θεὸς, ἀλλ' εὐθύτητι τὰς τιμωρίας προσνέμει ἑκάστῳ, μαρτυρήσει (96) μοι Φιλήμων πάλιν·

Εἴ τις δὲ θυσίαν προσφέρων, ὦ Πάμφιλε,
Ταύρων τι πλῆθος, ἢ ἐρίφων (97), ἢ νὴ Δία
Ἑτέρων τοιούτων, ἢ κατασκευάσματα,
Χρυσᾶς ποιήσας χλαμύδας, ἤτοι πορφύρας,
Ἢ δι' ἐλέφαντος ἢ σμαράγδου ζώδια,
Εὔνουν νομίζει τὸν Θεὸν καθεστάναι,
Πλανᾶτ' ἐκεῖνος, καὶ φρένας κούφας ἔχει.
Δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα χρήσιμον καθεστάναι,
Μὴ παρθένους φθείροντα, καὶ μοιχώμενον,
Κλέπτοντα, καὶ σφάζοντα χρημάτων χάριν,
B *Τἀλλότρια βλέποντα, κἀπιθυμοῦντα*
Ἤτοι γυναικὸς, πολυτελοῦς ἢ δώματος,
Ἢ κτήσεως, παιδός τε, παιδίσκης θ' ἁπλῶς,
Ἵππων, βοῶν τὸ σύνολον, ἢ κτηνῶν. Τί δή;
Μηδὲ βελόνης ἔρ' ἄμμ' ἐπιθυμῇς, Πάμφιλε·
Ὁ γὰρ Θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών,
Ὡς ἔργοις ἥδεται δικαίοις, οὐκ ἀδίκοις·
Πονοῦντα δ' ἐᾷ τὸν ἴδιον ὑψῶσαι βίον,
Τὴν γῆν ἀροῦντα νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν.
Θεῷ δὲ θῦε διὰ τέλους δίκαιος ὤν,
Μὴ λαμπρὸς ὢν ταῖς χλαμύσιν, ὡς τῇ καρδίᾳ.
Βροντῆς ἀκούσας, μηδαμῶς πόρρω φύγῃς,
Μηδὲν συνειδὼς αὐτὸς αὐτῷ (98), δέσποτα.
Ὁ γὰρ Θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.

Πάλιν τε Πλάτων ἐν *Τιμαίῳ*· « Εἰ δέ τις τούτων ἔργῳ (99) σκοπούμενος βάσανον λαμβάνοιτο, τῆς ἀνθρωπίνης καὶ θείας φύσεως ἠγνοηκὼς ἂν εἴη τὸ διάφορον, ὅτι Θεὸς μὲν τὰ πολλὰ (1) εἰς ἓν συγκεράννυται, καὶ πάλιν ἐξ ἑνὸς εἰς πολλὰ διαλύειν ἱκανὸς, C ὡς (2) ἐπιστάμενος ἅμα καὶ δυνατὸς ὤν· ἀνδρῶν δὲ οὐδεὶς οὐδέτερα τούτων ἱκανὸς οὔτ' ἐστὶ νῦν, οὔτ' εἰσαῦθις ἔσται ποτέ. »

5. Περὶ δὲ τῶν δοκούντων παρὰ τισὶ μετέχειν τοῦ ἁγίου καὶ τελείου ὀνόματος, ὅπερ παραδόσει ματαίᾳ τινὲς ἀπηνέγκαντο ὡς Θεῷ (3), Μένανδρος ἐν *Ἡνιόχῳ* λέγει·

Οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω Θεὸς,
Μετὰ γραὸς (4), οὐδ' εἰς οἰκίας παρεισιὼν
Ἐπὶ τοῦ σανιδίου. Τὸν δίκαιον δεῖ Θεὸν
Οἴκοι μένειν σώζοντα τοὺς ἱδρυμένους.

Ὁ αὐτὸς Μένανδρος ἐν *Ἱερείᾳ*·

D *Οὐθεὶς δι' ἀνθρώπου Θεὸς σώζει, γύναι,*
Ἑτέρου τὸν ἕτερον· εἰ γὰρ ἕλκει τινὰ Θεὸν

(94) Δὶς ἐξαμαρτάροντες. Deest hic versus apud Clem. et Euseb.

(95) Πράσσει κακῶς. Postulat omnino sententiæ series, ut legamus καλῶς. Neque enim πράσσει hoc loco idem valet ac *perpetrat*, sed res prosperas aut adversas significat; et cum adversæ hic non congruant, legendum καλῶς.

(96) Φιλήμων. Menandro tribuuntur hi versus apud Clementem, Eusebium et Grotium. — Spurios esse primus monuit Bruncklus, Ἠθικὴ ποίησις, sive *Gnomici poetæ Græci* (Argentor. 1784, 8°), p. 556; in iis tamen Bœckhius (*Gr. tragœdiæ principum Æsch., Soph., Eurip., num ea quæ supersunt genuina omnia sint*, etc., p. 137 sq.) non dubitat quin nonnulla vere Menandri sint, alia ab interpolatore mutata aut adjecta videri. Otto.

(97) Ἐρίφων. Clemens ῥίφων, metri servandi causa.

(98) Αὐτῷ. Sic ex Grotio emendavi. Habebant editi nostri σαυτῷ.

(99) Ἔργῳ. Ita Plato, p. 1072, edit. Francofurt. Editi nostri τῶν ἔργων. Mox βάσανον ex Platone desumpsi.

(1) Τὰ πολλά. Sic etiam Plato. Editi nostri πάντα. Codices mss. et R. St. ad calcem μετὰ πάντα.

(2) Καὶ πάλιν... ἱκανὸς, ὡς. Hæc desumpsi ex Platone, ut prorsus necessaria ad sententiæ seriem. Mox idem Plato suppeditavit vocem ἱκανός post τούτων.

(3) Ὡς Θεῷ. Legendum ὡς θεοί.

(4) Μετὰ γραός. Hæc addita ex Clemente. *Exhort.*, p. 49 et Grotio, qui toti etiam versui emendando opem tulerunt. Sic enim habebant editi nostri : Οὐδεὶς οἰκίαν παρείπων ἐπὶ τοῦ σανιδίου.

Digitized by Google

Τοῖς κυμβάλοις ἄνθρωπος εἰς ὃ βούλεται,
Ὁ τοῦτο ποιῶν, ἐστὶ μείζων τοῦ Θεοῦ.
Ἀλλ' ἔστι τόλμης καὶ βίου ταῦτ' ὄργανα,
Εὑρήμαθ' ἀνθρώποις ἀναιδέσιν, Ῥόδη,
Εἰς καταγέλωτα τῷ βίῳ πεπλασμένα.

Ἐν Μισουμένῳ δὲ πάλιν ἀποφαίνων τῶν* εἰς θεοὺς παραλαμβανομένων τὰς γνώμας, μᾶλλον δὲ ἐλέγχων ὡς οὐκ ὄντας, ὁ αὐτὸς Μένανδρος·

Εἰ γὰρ ἐπίδοιμι τοῦτο, καὶ ψυχὴν ἀνα-
Λάβοιμ' (5) *ἐγώ. Νυνὶ γὰρ ἀλλ' ἀπ' οὐ θεοὺς*
Οὕτως δικαίους ἔστιν εὑρεῖν, ὦ Γέτα;

Καὶ ἐν *Παρακαταθήκῃ*·

Ἔστιν κρίσις ἄδικος, ὡς ἔοικε, κἀν θεοῖς.

Καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳδιογράφος ἐν *Ὀρέστῃ*·

Φοῖβος κελεύσας μητρὸς ἐκπρᾶξαι φόνον,
Ἁμαθέστερός γ' ὢν τοῦ καλοῦ καὶ τῆς δίκης.
Δουλεύομεν θεοῖς, ὅ τί ποτ' εἰσὶ θεοί.
Ὁρᾷς δ' Ἀπόλλων', ὃς μεσομφάλους ἕδρας
Ναίων, βροτοῖσι στόμα νέμει σαφέστατον,
Ὃ πειθόμεσθα πάντ' ὅσ' ἂν κεῖνος λέγῃ.
Τούτῳ πειθόμενος τὴν τεκοῦσαν ἔκτανον.
Ἐκεῖνον ἡγεῖσθ' ἀόσιον, καὶ κτείνετε·
Ἐκεῖνος ἥμαρτ', οὐκ ἐγώ. Τί χρή με δρᾶν,
Ἢ οὐκ ἀξιόχρεως ὁ Θεὸς ἀναφέροντί μοι
Μίασμα, σῶσαι (6)*;*

Ὁ αὐτὸς καὶ ἐν *Ἱππολύτῳ*·

Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα κρίνουσιν θεοί.

Καὶ ἐν τῷ *Ἴωνι*·

Ἀτὰρ θυγατρὸς τῆς Ἐρεχθέως τί μοι
Μέλει; προσῆκέ μ' οὐδέν (7)*. Ἀλλὰ χρυσέοις*
Πρόχοισιν ἐλθὼν εἰς ἀπορρήτων ἕδρα
Δρόσον καθήσω. Νουθετητέος δέ μοι
Φοῖβος, τί παρέχει (8)*. Παρθένους βίᾳ γαμῶν*
Προδίδωσι [τοὺς] παῖδας, ἐκτεκνούμενος λάθρα,
Θνήσκοντας ἀμελεῖ. Μὴ σύ γ'· ἀλλ' ἐπεὶ κρατεῖς,
Ἀρετὰς δίωκε· καὶ γὰρ ὅστις ἂν βροτῶν
Κακὸς πεφύκῃ (9)*, ζημιοῦσιν οἱ θεοί.*
Πῶς οὖν δίκαιον, τοὺς νόμους ὑμᾶς βροτοῖς
Γράφαντας, αὐτοὺς ἀδικίας (10) *ὀφλισκάνειν;*
Εἰ δ' οὐ πάρεστε, τῷ λόγῳ κεχρήσομαι·
Δίκας βιαίων δώσετ' ἀνθρώποις γάμων,
Σὺ καὶ Ποσειδῶν, Ζεύς θ' ὃς οὐρανοῦ κρατεῖ.
Νικῶν τίνοντες δ' ἀδικίας (11) *κενώσατε·*
Τὰς ἡδονὰς γὰρ τῆς προμηθίας πάρος
Σπεύδοντες, ἀδικεῖτ'. Οὐκέτ' ἀνθρώπους κακοὺς
Λέγειν δίκαιον, εἰ τὰ τῶν θεῶν καλὰ (12)
Μιμούμεθ', ἀλλὰ τοὺς διδάξαντας τάδε.

Καὶ ἐν *Ἀρχελάῳ*·

Πόλλ', ὦ τέκνον (13)*, σφάλλουσιν ἀνθρώπους θεοί.*

Καὶ ἐν *Βελλεροφόντῃ*·

Εἰ θεοί τι (14) *δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶ θεοί.*

Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ·

Φησίν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανῷ θεούς.
Οὐκ εἰσίν, οὐκ εἰσ'. Εἴ τις ἀνθρώπων λέγει,
Μὴ τῷ παλαιῷ μωρὸς ὢν χρήσθω λόγῳ.
Σκέψασθε δ' αὐτά, μὴ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις

A *Quocunque libeat, cymbalis pertraxerit,*
Hoc exsecutus fit Deo potentior.
Audaciæ hæc sunt et lucri molimina,
Inventa hominibus impudentibus, Rhode,
Nostrique ficta in sæculi ludibrium.

Rursus in *Misumeno*, sive Odioso, de iis, qui in deos recepti sunt, sententiam exponens, vel potius eos non esse demonstrans, sic idem Menander :

Id si viderem, redditum statim mihi
Animum putarem; namque nunc ubi gentium,
O Geta, justos invenire fas deos?

Et in *Paracatatheca*, sive in Deposito:

Videtur ipsos jus iniquum apud deos.

Et Euripides tragœdus in *Oreste :*

Phœbus jubendo, matri ut inferrem necem,
Ipse est honesti ac juris inscientior.
Quicunque tandem sint dî, honoramus deos.
B *Videsne Phœbum, qui sedens oracula*
In umbilico clara dat mortalibus
Cuique fidem habemus, quidquid is pronuntiet.
Illi obsecutus imuli matri necem.
Illum scelestum dicite, et morti date.
Peccavit ille, non ego. Quid me decet
Fecisse? Is in quem transfero culpam Deus
Servare an aptus non erit?

Idem in *Hippolyto :*

Sed, ut par esset, hæc dii non judicant.

Et in *Ione :*

Sed ista curæ quid mihi est Erechthei
Natæ? nihil ad me pertinet : sed aureis
Lustrationis ad locum vadens scyphis
Vim fundam aquarum. Commonendus at mihi
Phœbus. Quid egit, virgines vi comprimens?
Prodensque natos, clanculum in lucem editos,
In morte : sed tu haud negligas, sed dum potes,
C *Sectare recta, namque si mortalium*
Improbus erit quis, puniunt illum dii.
Nonne ergo iniquum est, jura qui mortalibus
Scribitis, ut ipsi non vacetis crimine?
Quod si haud adestis, quæ supersunt eloquar.
Dabitis hominibus perfidi pœnas stupri
Neptunus, et tu, et Jupiter polum regens;
Eruntque vacua tempta, dum luitis sceles.
Prudentiæ nam blanda dum præponitis,
Facitis inique. Haud jam amplius fas est malos
Homines vocare, si deum exprimunt bona
41 *Imitando, at illos dic malos qui nos docent.*

Et in *Archelao :*

Dant sæpe verba, nate, di mortalibus.

Et in *Bellerophonte :*

Si turpe quid dî fecerint, non sunt dii.

Et rursus in eodem :

D *Est qui esse fidens dicat in cœlo deos;*
Hi prorsus, hi haud sunt; esse sed si quis dicat,
Ne prisca stultus ille dicta proferat.
Spectate rem ipsam, nec meis sententiam

* Legendum περὶ τῶν, sicque legit interpres. EDIT. PATROL.

(5) *Ἀναλάβοιμι.* Sic ex Grotio metrum explevi. Editi nostri λάβοιμι. Paulo ante legendum περὶ τῶν εἰς θεούς.

(6) *Σῶσαι.* Legitur apud Euripidem λῦσαι, ut Langus et Sylburgius notaverunt.

(7) *Προσῆκέ μ' οὐθέν.* Legitur apud Euripidem προσήκει τ' οὖδας; *Quid ad me pertinet solum Atticæ?* Mox ibidem χρυσέαις πρόχουσιν.

(8) *Τί παρέχει.* Legitur apud Euripidem et Grotium τί πάσχει. Mox Grotius, τοὺς παῖδας τεκνούμενος. Deest articulus apud Euripidem. Editi nostri ἐκτεκνούμενος.

(9) *Πεφύκῃ.* Euripid. et Grot. πεφύκει.

(10) *Ἀδικίας.* Euripid. et Grot. ἀνομίαν; et mox οὐ γὰρ ἔσται, pro οὐ πάρεστε.

(11) *Νικῶν τίνοντες δ' ἀδικίας.* Sic emendavimus ope contextus Euripidis. Habebant enim editi nostri, καὶ οἱ στένοντες ἀδικίαν.

(12) *Τῶν θεῶν καλά.* Legitur κακά apud Euripid. et Grot.

(13) *Πόλλ', ὦ τέκνον.* Ita Grotius. Editi nostri πολλῷ τέκνων. — Vide Matthiæum, *Euripid. Trag. et fragm.*, t. IX, p. 91. OTTO.

(14) *Εἰ θεοί τι.* Ita Grotius. Editi nostri εἰ θεοί τε.

Digitized by Google

Firmate verbis. Dico ego tyrannidem
Spoliare vita, prædiisque plurimos,
Vastare et urbes per dolum fracta fide.
Atque hæc agenti melius est quam lenibus,
Numenque, quotquot sunt dies, colentibus.
Urbesque parvas, quæ deos colunt, scio,
Servire magnis, quæ impiæ sunt, ensium
Frequentiorum perditas mucronibus.
Puto illud equidem, si quis ex vobis piger
Deos precetur, nec manu victum paret;
Ex rebus ipsis is brevi cognoverit,
An arceant di tristia infortunia.

Et Menander in *Diphilo* :

Qui semper ergo Dominus est rerum omnium
Paterque, solus debet hic semper coli,
Ut tot bonorum inventor atque conditor.

Idem quoque in *Piscatoribus* :

Quod namque nutrit me, illud arbitror deum.
Nutrire sed quod suevit, id non indiget,
Ut sublevetur sumptibus precantium.

Idem in *Adelphis* :

Semper est Deus bonis
Mens ipsa, quisque censet ut doctissimus.

Et in *Tibicinis* :

Sunt cuncta rationi bonæ
Templum : ipsa nam mens est Deus qui disseret.

Et in *Phrixo* Tragicus :

Quod si piorum, et qui modum in mirum impii
Sors una ; quis rem pulchre habere se putet,
Si sentit æqui Juppiter nil optimus ?

In *Philoctete* :

Videte ut ipsis lucra honesta sint diis :
Mirabilisque plurimum in templis qui habet
Auri; quid ergo te vetat lucrum sequi,
Cum liceat ipsis esse dis haud imparem ?

In *Hecuba* :

Quicunque Zeus es, novi enim verbo tenus,
Zeus sive factum, sive mens mortalium,
Te deprecabor.

A Γνώμην ἔχοντες. Φήμ' ἐγὼ τυραννίδα
Κτείνειν τε πλείστους, κτημάτων τ' ἀποστερεῖν,
Ὅρκους τε παραβαίνοντας ἐκπορθεῖν πόλεις.
Καὶ ταῦτα δρῶντες, μᾶλλον εἰσ' εὐδαίμονες
Τῶν εὐσεβούντων ἡσυχῇ καθ' ἡμέραν.
Πόλεις τε μικρὰς οἶδα τιμώσας θεοὺς,
Αἳ μειζόνων κλύουσι δυσσεβεστέρων (15),
Λόγχης ἀριθμῷ πλείονος κρατούμεναι.
Οἶμαι δ' ἂν ὑμᾶς (15'), εἴ τις ἀργὸς ὢν θεοῖς
Εὔχοιτο, καὶ μὴ χειρὶ συλλέγοι βίον,
Βραχεῖ παρ' αὐτῶν (16) πραγμάτων λαβεῖν
Τὰ θεῖ' ἀπείργουσ' εἰ κακὰς τὰς συμφοράς.

Καὶ Μένανδρος ἐν Διφίλῳ·

Διότι τὸν ὄντα (17) κύριον πάντων ἀεί,
Καὶ πατέρα, τοῦτον διὰ τέλους τιμᾶν μόνον,
Ἀγαθῶν τοσούτων εὑρετὴν καὶ κτίστορα.

Ὁ αὐτὸς καὶ ἐν Ἁλιεῦσι·

Τὸ γὰρ τρέφον με, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν.
B Τὸ δ' εἰθισμένον τρέφειν,
Οὐ δεῖται τῆς παρὰ τοῦ δεομένου χορηγίας.

Ὁ αὐτὸς ἐν Ἀδελφοῖς·

Θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεί
Ὁ νοῦς γάρ, ὡς ἔοικε τοῖς σοφωτάτοις (18).

Καὶ ἐν Αὐλητρίσι·

Πάντ' ἐστὶ τῷ καλῷ λόγῳ
Ἱερόν. Ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων θεός.

Ἐν Φρίξῳ ὁ Τραγικός·

Εἰ δ' εὐσεβὴς ὢν τοῖσι δυσσεβεστάτοις
Ἓς ταὐτ' ἔπραττεν (19), πῶς τάδ' ἂν καλῶς ἔχοι,
Εἰ Ζεὺς, ὁ λῷστος, μηδὲν ἔνδικον φρονεῖ;

Ἐν Φιλοκτήτῃ·

Ὁρᾶτε δ' ὡς κἂν θεοῖσι κερδαίνειν καλὸν,
Θαυμάζεται δ' ὁ πλεῖστον ἐν ναοῖς ἔχων
Χρυσόν· τί δῆτα καὶ σε κωλύει λαβεῖν (20)
Κέρδος, παρόν γε κ' ἐξομοιοῦσθαι θεοῖς;

C Ἐν Ἑκάβῃ·

Ζεῦ, ὅστις εἶ Ζεύς· οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ
Ζεὺς εἶτ' ἀνάγκη φύσεως, εἴτε νοῦς βροτῶν,
Προσηυξάμην σε.

6. Hic igitur indicium est virtutis ac animi **42** prudentiam amantis, ad conjunctionis communio-

6. Ἐνταῦθα τοίνυν ἐστὶν ἔλεγχος ἀρετῆς καὶ γνωμης σύνεσιν ἀγαπώσης, ἐπαναδραμεῖν ἐπὶ τὴν τῆς

(15) *Δυσσεβεστέρων*. Sic apud Grotium legitur. Editi δυσσεβεστέρῳ.

(15') *Ὑμῖν*, etc. Maranus Grotium secutus edidit : Ὑμᾶς . . . βίον Βραχεῖ παρ' αὐτῶν πραγμάτων λαβεῖν τὰ θεῖ' ἀπείργουσιν εἰ κακὰς τὰς συμφορὰς (Matthiæus aliud quid etiam excidisse opinatur, ut αἱ ἔνδειαι τὰ θεῖα πυργοῦσ', etc.), prorsus contra omnes codd. mss. et editos, in quibus non exstant nisi hæcce : Ὑμᾶς. . . βίον τὰ θεῖα πυργοῦσιν αἱ κακαί τε συμφοραί. Sylburgius et Hutchinus πυργοῦσ'. Ille non minus apte ἡμᾶς scribi dicit, πυργοῦν contendens si capiatur pro *tanquam turre superstructa onerare* sat bene constare sententiam. Quod me fateor haud intellexisse. Equidem existimabam cæteris non immutatis legi posse ὑμῶν, ut poeta auditores alloquatur : « Si quis vestrum (h. e. hominum) qui piger est deos precetur nec manu victum paret, ista, opinor, hæc tristia infortunia deorum auctoritatem stabiliunt. » Verum enim vero nescio an præferendum sit ὑμῖν, ut ipsi dii compellentur : « Vobis (h. e. diis), opinor (οἶμαι absolute cum indignatione quadam et ironia pronuntiatum est), si quis piger deos precetur nec manu victum paret, divinam dignationem ipsæ tristes calamitates fulciunt s. augent. » Uterque enim significatus, qui in verbo πυργόω inest, quadrat ad sententiam. Nam vult poeta exprimere, ipsa inopia atque calamitatibus deorum opinionem non destrui, sed procreari potius vel erigi, cum qui in statu deteriore sunt, eo tantum solatio sustententur, quod exspectant a diis, deos credentes auxilia adjumentaque allaturos. Igitur recte cod. Vimar. : « Quin et reor, si quis deos iners roget victumque quæritare negligat manu, vel ipsa calamitas ei faciet deos. » Qua in translatione, id quod etiam potest fieri, ὑμῖν non ad deos, sed ad homines refertur; θεῖον enim non modo id, quod ad deos pertinet, eorumque est, h. e. divinitatem, majestatem vel simile quid valet, verum sæpenumero etiam voce ista D ipsum designatur numen divinum, Deus. Otto.

(16) *Βραχεῖ παρ' αὐτῶν*. Totum hunc versum Grotio debeo, qui et sequentis emendandi auctor fuit. Sic enim legebatur in editis nostris : τὰ θεῖα πυργοῦσ' αἱ κακαί τε συμφοραί.

(17) *Διότι τὸν ὄντα*. Grotius, τὸν ὄντα πάντων Κύριον γενικώτατον. Nullam ejusmodi fabulam scripsit Menander, ut Perionius et alii monuere. Tribuuntur ipsi Diphilo poetæ hi versus a Clemente *Strom.* v. Scite observat Sylburgius hoc nomen e margine in textum venisse et ex poeta nomen fabulæ factum fuisse. Legitur τίμα apud Clementem.

(18) *Τοῖς σοφωτάτοις*. Sic Grotius : editi nostri οἱ σοφώτατοι.

(19) *Ἔπραττεν*. Ita Grotius. Editi nostri ἔπρατ-τον.

(20) *Λαβεῖν*. Hanc vocem, quæ deerat in editis nostris, Grotio debemus.

Digitized by Google

συζυγίας κοινωνίαν (21), καὶ προσάψαι ἑαυτὸν συνέσει εἰς σωτηρίαν, αἱρεῖσθαί τε τὴν τῶν κρεισσόνων ἐκλογήν, κατὰ τὸ ἐπ' ἀνθρώπῳ κείμενον αὐτεξούσιον, μὴ τοὺς ἀνθρωποπαθεῖς ἡγουμένους τῶν ὅλων δεσπότας, ὅπου γε οὐδὲ ἀνθρώποις ἴσην ἔχοντες φανήσονται. Παρ' Ὁμήρῳ γὰρ ὁ μὲν Δημόδοκος αὐτοδίδακτος φησὶν εἶναι,

Θεὸς δέ μοι (22) *ἔμβαλεν οἶμους*,

θνητὸς ὤν (23). Ἀσκληπιὸς καὶ Ἀπόλλων παρὰ Χείρωνι τῷ κενταύρῳ ἰᾶσθαι διδάσκονται, τὸ καινότατον παρὰ ἀνθρώπῳ θεοί. Τί γὰρ δίειμι περὶ Διονύσου, ὃν μαινόμενόν φησιν ὁ ποιητής· ἢ Ἡρακλέους, ὃν καὶ αὐτὸν σχέτλιον λέγει; Τί δέ μοι ἀναγορεύειν Ἄρη καὶ Ἀφροδίτην τοὺς τῆς μοιχείας ἀρχηγούς, καὶ ἐξ ἁπάντων τούτων κρίσιν ἐπάγειν τοῖς δεικνυμένοις; Εἴ γάρ τις, μὴ μαθὼν, τὰς περὶ τὰ λεγόμενα θεῖα πράξεις μιμήσαιτο, κἂν ἐπὶ τῶν κιβδήλων ἀλλότριος βίου καὶ ἀνθρωπότητος λογισθείη· γνοὺς δέ τις, εὔλογον ἕξει τὴν τῶν τιμωρῶν ἀποφυγὴν, οὐ παρανομίαν δεικνύων τὴν τῶν θεϊκῶν τολμημάτων μίμησιν. Εἰ δ' ἄρα τις τοῖς ἔργοις ἐπιμέμψαιτο, ἀνελεῖ καὶ τὰ ἐκ τούτων γνωσθέντα ὀνόματα. καὶ μηδὲ πιθανωμέναις καὶ στωμύλοις ῥήσεσιν ἐπισκεπάσει (24) αὐτοῖς. Ἀσπάζεσθαι δὲ χρὴ τὸ ἀληθινὸν καὶ ἄτρεπτον ὄνομα, οὐχὶ διὰ τῆς ἐμῆς φωνῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν εἰσαγαγόντων ἡμᾶς εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς παιδείας κηρυσσόμενον, ἵνα μὴ ἀργῶς τελειώσαντες τὸν ἐνταῦθα τοῦ ζῆν χρόνον, οὐ μόνον ὡς ἀγνῶτες τῆς οὐρανίου δόξης, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀχάριστοι τῷ κριτῇ τὰς εὐθύνας παρέξωμεν.

A nem recurrere, seque ipsum prudentiæ ad salutem tradere, ac meliora pro insito homini arbitrio eligere, non existimantem eos, qui humanis affectionibus obnoxii sunt, universorum dominos esse; quippe cum ne pares quidem hominibus deprehendantur. Nam apud Homerum [25] Demodocus se a seipso doctum dicit,

Deus mihi afflavit cantus,

quamvis mortalis sit. Æsculapius autem et Apollo apud Chironem Centaurum mederi discunt, quod maxime novum est, apud hominem dii. Quid enim de Baccho memorem, quem furentem poeta, aut de Hercule, quem miserum dicit? Quid attinet Martem et Venerem, duces illos adulterii ac principes, recensere, et ex his omnibus susceptam de- B monstrationem perficere? Si quis enim eorum qui feruntur deorum actiones, cum non noverit imitetur, is adhuc impurus et a vita et humanitate alienus existimetur. Si quis autem noverit, probabilem habebit pœnæ effugiendæ ansam, delictum non esse demonstrans divinorum facinorum imitationem. Quod si quis actiones vituperet, nomina quoque ex his nota tollet; nec eas probabilibus et speciosis verbis obteget. Itaque complectendum nobis est verum et immutabile nomen, non mea solum voce prædicatum, sed eorum etiam, qui vos in prima doctrinæ elementa introducunt; ne, si hujus vitæ tempus in otio et inertia traduxerimus, non solum ut gloriæ cœlestis ignari, sed etiam ut ingrati rationem judici reddamus.

[25] Odyss. xv, 347.

(21) *Τῆς συζυγίας κοινωνίαν*. Initio dicebat nos accepisse συζυγίαν συνέσεως καὶ σωτηρίας, *conjunctionem intelligentiæ et salutis*.

(22) *Θεὸς δέ μοι*. Hæc a Phemio dici Perionius monet.

(23) *Θνητὸς ὤν*. Langus et Sylburgius legerunt ἀθάνατος, referendo ad Æsculapium.

(24) *Ἐπισκεπάσει*. Id est, si quis a diis malas actiones arceat; simul cum actionibus deos ipsos C tollet, qui ex his tantum rebus noti sunt; nec liberum erit scelera deorum, ad physiologiam confugiendo, delinire, et Jovis ac Junonis, verbi gratia, flagitia ad terræ et aeris conjunctionem revocare. Sic etiam Justinus *Cohort.* n. 2, contendit deos vel nullos, vel tales esse, quales a poetis describuntur. Vid. Athenag. *Legat.* n. 22. Infra legendum εἰσαγαγόντων ὑμᾶς.

ANALYSIS PRIMÆ APOLOGIÆ.

43 *Primam hanc Apologiam, quæ secunda in superioribus editionibus loco non suo volvebatur, obtulit Justinus circa annum* 150, *imperatori Antonino Pio, ejusque filiis adoptivis M. Aurelio et L. Vero, ac ipsi etiam senatui populoque Romano. Elucet in hoc opere eximia dicendi libertas sine temeritate, summa in imperatores reverentia sine assentatione. Sic autem communem causam S. martyr defendit, ut qui veritatem apud antiquos libenter investigant, ii in hoc eximio monumento doctrinam et mores ac instituta veterum Christianorum oculis suis subjecta spectare et perspicere possint.*

Totam orationem dividere possumus in tres partes, quarum in prima Justinus Christianos indicta causa non debere condemnari demonstrat, eorumque innocentiam exponit. In altera probat religionem Christianam certissimis argumentis niti. In tertia denique quid in mysteriis Christianorum peragatur edisserit.

Declarat initio (n. 1) *S. martyr unum se esse ex Christianis; summa cum libertate postulat ab imperatoribus, ut æquitatem servent* (n. 2), *et Christianos aliorum reorum more jubeant judicari* (n. 3). *Perinique enim solum nomen indicta causa damnari* (n. 4): *hujus rei causam dæmonibus tribuit* (n. 5). *Si de his dæmonibus agatur, fatetur* (n. 6) *atheos esse Christianos; at id vituperari posse negat; quippe cum Deum Patrem, ejusque Filium et Spiritum sanctum colant. Si qui forte ex hominibus ita credentibus convicti fuerint sceleris, id nocere non debet aliis* (n. 7), *quorum eo illustrior innocentia* (n. 8), *quod negare possent, si vellent; sed confitentur libenter, ut mendacium vitent, et ad Deum suum citius perveniant. Neque etiam vituperari debent Christiani* (n. 9), *quod simulacra non colant, cum hoc cultu nihil absurdius sit; nec quod materialibus donis Deum egere non putent* (n. 10), *a quo omnia creata, et regnum æternum recte viventibus promittitur. Neque enim humanum regnum exspectant Christiani* (n. 11); *nihil ejusmodi ab eis metuendum; quinetiam eorum principia ad pacem et reipublicæ tranquillitatem maxime conducunt* (n. 12). *Si quis ista sentientes insectetur, is non solum contra rationem agat, sed etiam operam perdat eosque magis in Christi doctrina confirmet.*

Cum posset desinere Justinus, re satis probata, rursus aggreditur ad innocentiam Christianorum defendendam, eosque atheos non esse demonstrat (n. 13) *ex purissimo cultu, quem exhibent Patri et Filio et Spiritui sancto, et ex mirabili morum mutatione, quam præ se tulerunt* (n. 14), *postquam a dæmonibus discesserunt. Atque ut res certo constet, in medio*

Digitized by Google

ponit eximia Christi præcepta, et quomodo observentur a Christianis declarat (n. 15), nempe de castitate, de charitate in omnes et liberalitate in pauperes, de patientia (n. 16) et de vitando jurejurando, et de obedientia regibus præstanda (n. 17), et solvendis vectigalibus. Tam bene affectos cives si spernant imperatores, minatur eis Justinus futurum post mortem judicium (n. 18), quod ipsi gentiles scriptores agnoscunt, Christiani vero multo magis, qui et resurrectionem sperant, eamque non difficiliorem Deo esse putant (n. 19), quam ipsam creationem. Huic dogmati nonnulla affinia dixere gentiles (n. 20); quare æquum non est ut soli Christiani flagrent invidia. Sic etiam quæ de Filio Dei ejusque in cœlum ascensione (n. 21), de Verbi generatione (n. 22), ejusque incarnatione et morte docent, absurda videri non debent, cum tam multa poetæ de filiis Jovis nugati fuerint.

In secunda parte pollicetur (n. 23) se tria probaturum. 1° Veritatem a solis Christianis doceri. 2° Filium Dei vere incarnatum. 3° Fabulas opera dæmonum inventas, ut Christi adventus fabula videretur.

Veritatem a Christianis doceri, eosque non aliam ob causam vexari probat. 1° Quia (n. 24) illis solis non licet quod aliis omnibus permittitur. 2° Quia (n. 25) solus veritatis amor adducere eos potuit, ut cultum Dei morte proposita amplecterentur. 3° Quia (n. 26) si quis veritatem religionis Christianæ erroribus corrumpat, hunc persecutio non attinget, saltem ob hæresim. Non audet asserere Justinus hæreticos nefanda illa scelera commitiere; sed Christianos ita ab eis abhorrere declarat, ut ne pueros quidem exponere fas esse putent (n. 27). Sibi ipsis nocent qui Christianos calumniantur (n. 28), et cum diabolo in ignem mittentur. Quanta sit morum castitas apud Christianos, demonstrat (n. 29) ex cujusdam adolescentis facto, cui opponit Antinoum.

Filium Dei vere incarnatum esse demonstrat (n. 29, 31) ex pluribus prophetarum oraculis, in quibus recensendis regulas tradit (n. 36, 39) ad discernendum quisnam in Scripturis loquatur: fatum ex his prædictionibus minime sequi declarat (n. 33, 34); eosque minime innocuos esse monet (n. 46), qui ante Christi incarnationem vixerunt. Ex his autem prophetiis resurrectionem mortuorum, quæ nondum evenit, confirmari probat (n. 52): tum concludit (n. 53) certissimis argumentis niti fidem Christianorum, qui oculis suis vident impleri quæ olim prædicta fuerunt de conversione gentium, et reprobatione Judæorum.

Probat denique (n. 54) fabulas de filiis Jovis (id enim ad religionis veritatem et antiquitatem valere existimabat) inspiratione dæmonum inventas fuisse, ut Filii Dei adventus fabula videretur. Nihil tamen de cruce suspicati poetæ (n. 55), cujus potentiam et utilitatem Justinus ex rebus sub aspectum cadentibus et magni apud ethnicos momenti commendat. Eodem consilio (n. 56, 58) dæmones induxere Simonem et Marcionem. Sed nihil aliud perficere potuerunt (n. 57), nisi ut Christianos improbi odissent. Ipse etiam Plato quæ de mundi creatione (n. 59) et de Filii decussatione (n. 60) tertiis circa tertium dixit, ea ex Moyse derivavit.

In tertia parte (n. 61) Justinus exponit quomodo sese Christiani Deo consecrent in baptismo, de quo cum aliquid audissent dæmones (n. 62), aspersiones et lavacra induxerunt. Sic etiam ex his quæ Christus Moysi dixerat, instituerunt ut calceos solverent qui templa ingrediebantur. Non enim Deus Pater apparuit Moysi (n. 63), sed Filius; et Judæi, qui Patrem apparuisse volunt, nec Patrem nec Filium norunt. Eidem dæmonum artificio tribuuntur (n. 64) fabulæ de Proserpina et Minerva. Redit ad propositum Justinus: quomodo consecretur Eucharistia (n. 65), et quid sit (n. 66), et quæ tota series eorum (n. 67), quæ in Synaxibus agebantur, exponit: ac imperatores in conclusione admonet (n. 68), ut si ea, quæ hactenus dixerat, nugæ videantur, saltem capitali supplicio digna non videantur. Subjungit Apologiæ epistolam Adriani in gratiam Christianorum datam.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΡΩΤΗ ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ

ΠΡΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ ΤΟΝ ΕΥΣΕΒΗ

—

EJUSDEM JUSTINI APOLOGIA PRIMA

PRO CHRISTIANIS

AD ANTONINUM PIUM.

—

1. Imperatori Tito Ælio Adriano Antonino Pio Augusto Cæsari, et Verissimo filio philosopho, et Lucio philosopho Cæsaris natura filio, Pii autem adoptivo, doctrinæ amatori, sacroque senatui, et

1. Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ Σεβαστῷ Καίσαρι, Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ (25) Καίσαρος φύσει υἱῷ, καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἐραστῇ παιδείας (26), ἱερᾷ τε

(25) *Φιλοσόφῳ.* Legitur φιλοσόφου apud Eusebium, *Hist.* lib. IV, c. 12, ubi hoc exordium *Apologiæ* S. Justini refertur. Sed vitium videtur hæc apud Eusebium scriptura. 1° Etsi legitur φιλοσόφου in multis codicibus, non desunt alii in quibus habemus φιλοσόφῳ. Quatuor ejusmodi citantur a Valesio, quibus alius ex Colbertinis adjungendus. 2° De eodem Lucio legimus in Apol. 2, n. 2, φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδί, sicque habent non solum codices quibus usus est Valesius, sed etiam multi alii quos consului; uno tantum excepto. 3° Verisimilius multo est hunc philosophi titulum Lucio Vero viventi, laudandi causa, quam veluti quoddam cognomen ipsius patri mortuo tributum fuisse.

(26) *Παιδείας.* Valesius in contextu apud Eusebium loco mox citato vertit, *doctrinæ amatori.* At in adnotationibus reddendum putat, *litterarum studioso.* Unde concludit legendum esse φιλοσόφου, non φιλοσόφῳ, quia cum Lucius vocetur litterarum studiosus, quod de philosopho dici non solet, philosophi nomen ipsius patri potius tribuendum. Ipse Grabius, etsi legit φιλοσόφου, fatetur tamen παιδείας nomine rhetoricen et poeticen, non philosophiam, designari. Sed eruditis illis viris non favent antiqui scriptores. Nam Plato in *Sophista*, p. 229, edit. H. St., παιδείαν opponit ignorationi. In *Gorgia*

Digitized by Google

συγκλήτῳ, καὶ δήμῳ παντὶ Ῥωμαίων, ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων καὶ ἐπηρεαζομένων, Ἰουστῖνος Πρίσκου, τοῦ Βαχχείου (27), τῶν ἀπὸ Φλαυΐας νέας πόλεως (28) τῆς Συρίας, Παλαιστίνης, εἷς αὐτῶν τὴν προσφώνησιν καὶ ἔντευξιν ποιήματι.

2. Τοὺς κατὰ ἀλήθειαν εὐσεβεῖς καὶ φιλοσόφους μόνον τἀληθὲς τιμᾶν καὶ στέργειν ὁ λόγος ὑπαγορεύει, παραιτουμένους δόξαις παλαιῶν ἐξακολουθεῖν ἂν φαῦλαι ὦσιν. Οὐ γὰρ μόνον μὴ ἕπεσθαι τοῖς ἀδίκως τι πράξασιν ἢ δογματίσασιν ὁ σώφρων λόγος ὑπαγορεύει· ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τὸν φιλαλήθη, κἂν θάνατος ἀπειλῆται, τὰ δίκαια λέγειν τε καὶ πράττειν αἱρεῖσθαι δεῖ. Ὑμεῖς μὲν οὖν ὅτι λέγεσθε (29) εὐσεβεῖς καὶ φιλόσοφοι, καὶ φύλακες δικαιοσύνης καὶ ἐρασταὶ παιδείας ἀκούετε παντα- B χοῦ, εἰ δὲ καὶ ὑπάρχετε, δειχθήσεται (30). Οὐ γὰρ κολακεύσοντες ὑμᾶς διὰ τῶνδε τῶν γραμμάτων (31), οὐδὲ πρὸς χάριν ὁμιλήσοντες, ἀλλ' ἀπαιτήσοντες κατὰ τὸν ἀκριβῆ καὶ ἐξεταστικὸν λόγον τὴν κρίσιν ποιήσασθαι, προσεληλύθειμεν, μὴ προλήψει μηδ' ἀνθρωπαρεσκείᾳ τῇ δεισιδαιμόνων κατεχομένους, ἢ ἀλόγῳ ὁρμῇ, καὶ χρονίᾳ προκατεσχηκυίᾳ φήμῃ κακῇ, τὴν καθ' ἑαυτῶν ψῆφον φέροντας. Ἡμεῖς μὲν γὰρ πρὸς οὐδενὸς πείσεσθαί τι κακὸν δύνασθαι λελογίσμεθα, ἢν μὴ κακίας ἐργάται ἐλεγχώμεθα, ἢ πονηροὶ διεγνώσμεθα· ὑμεῖς (32) δ' ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὔ.

3. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἄλογον φωνὴν καὶ τολμηρὰν δόξῃ τις ταῦτα εἶναι, ἀξιοῦμεν τὰ κατηγορούμενα αὐτῶν C ἐξετάζεσθαι, καὶ ἐὰν οὕτως ἔχοντα ἀποδεικνύωνται, κολάζεσθαι, ὡς πρέπον ἐστί, μᾶλλον δὲ κολάζειν (33). Εἰ δὲ μηδὲν ἔχοι τις ἐλέγχειν, οὐχ ὑπαγορεύει ὁ

A universo populo Romano, pro iis qui ex omni hominum genere vocati præter æquum odio habentur et vexantur, Justinus Prisci filius, Bacchii nepos, Flaviæ Neapolis in Syria Palæstinæ civium, unus ex illorum numero, orationem et supplicationem conscripsi.

2. Præscribit ratio, ut qui vere pii et philosophi sunt, verum unice colant et diligant, recusantes majorum opiniones sequi, si pravæ sint. Neque enim id solum sana ratio præcipit, ut ne eos sequamur, qui injuste quid fecere aut docuere; sed omnino vel præ sua ipsius anima, veritatis amatori, quamvis mors intentetur, statuendum et eligendum est, ut æqua dicat et faciat. Quod igitur pii et philosophi appellamini, et justitiæ custodes, ac doctrinæ amatores ubique auditis, utrum tales sitis B demonstrabitur. Neque enim ea mente accessimus, ut vobis hoc scripto assentaremur, aut ad gratiam alloqueremur, sed ut postularemus, ut judicium ad accuratam et diligentem in inquirendo rationem faciatis, nec anticipata opinione, aut superstitiosis hominibus placendi studio detenti, aut impetu a ratione alieno, aut dudum insidente animis malo rumore, sententiam in vosmetipsos feratis. Sic enim tenemus, nihil nos mali a quoquam perpeti posse, nisi maleficii arguamur, aut improbi deprehendamur. Vos autem occidere quidem potestis, lædere vero nequaquam.

3. Sed ne hæc quis alienam a ratione et temerariam vocem esse existimet, oramus ut quæratur C de criminibus, quæ Christianis objiciuntur, **45** ac, si rem ita se habere pateat, ut quemlibet alium punire decet, ita puniantur. Sed si nihil ar-

antem p. 485, φιλοσοφίας μὲν, ὅσον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν· Socrates apud Plutarchum p. 580, de Socratis genio dicitur φιλοσοφώτερον χαρακτῆρα παιδείας καὶ λόγον περιβάλλεσθαι. Lucianus in *Convivio* p. 1042, sic loquitur de Aristæneto, qui selectos ex unaquaque secta ad nuptias filii vocaverat: Ἀλλὰ καὶ παιδείας μέλει αὐτῷ καὶ πλεῖστον τοῦ βίου τῆς τοιούτους ξύνεστιν. *Sed et doctrinæ studiosus est ac maximam vitæ partem cum ejusmodi hominibus traducit.*

(27) *Τοῦ Βαχχείου.* Hieronymus Justini patrem hoc habuisse cognomen existimavit, idemque error illusit Christophorsono et Justini interpretibus. Ruffinus probe vidit avum Justini sic appellatum; D unde sic reddit: *Justinus Prisci filius Bacchiadis.* Ruffinum secuti sunt Valesius et Grabius.

(28) *Νέας πόλεως.* Legitur apud Eusebium νέας πόλεως Συρίας τῆς Παλαιστίνης. Mox idem habet εἷς αὐτῶν ὢν... ποιοῦμαι. Vid. n. 68. Citat sequentia Joan. Damas., *Paral.* p. 753.

(29) *Ὅτι λέγεσθε.* Conjicit Henricus Stephanus hæc Justini non esse, sed ad marginem apposita ad explicandum illud ἀκούετε, inde in textum obrepsisse. Sed illud ὅτι λέγεσθε satis commode titulos et veluti cognomina, ἀκούετε autem laudes significat, quas hominum fama tribuebat. Vocabantur pii et philosophi, audiebant justitiæ custodes et doctrinæ amatores. Particula δὲ ante καὶ ὑπάρχετε redundat, ut paucis post lineis ante κολάζειν et sæpe alias apud Justinum. *Vid.* n. 35.

(30) *Δειχθήσεται.* Frustra H. Steph. legendum putat δείξετε.

(31) *Γραμμάτων.* In utroque codice Regio et Clarom. legitur ad marginem πραγμάτων. Mox recte observavit Sylburgius legi convenientius προσεληλύθαμεν.

(32) *Ὑμεῖς.* Simile Socratis dictum: Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δὲ οὔ, apud Clementem Alex. *Strom.* IV, p. 505 et Origen. VIII *contra Celsum.* Vide Socrat. *Apol.* p. 23, apud Plat.

(33) *Μᾶλλον δὲ κολάζειν.* Ex levissima immutatione exstitit sententia Justini proposito hærens aptissime. Pro ὡς πρέπον ἐστί, μᾶλλον δὲ κολάζειν, lego ὡς πρέπον ἐστὶν, ἄλλον δὲ κολάζειν, *ut quemlibet alium punire decet, ita puniantur.* Postulat Justinus, ut Christiani eodem jure sint ac alii rei, nec nomen crimini vertatur, sed, ut ait infra n. 7, si quis ex illis arguatur, puniatur ut improbus, non ut Christianus. Probabiles non videntur conjecturæ tum Sylburgii qui πικρότερον addendum putat adductus hac Langi interpretatione: *seu potius ut acrius puniantur;* tum etiam Grabii, qui sic interpretatur, *seu potius ipsi puniatis.* — *Κολάζεσθαι, ὡς πρέπον ἐστί.* His verbis vulgo additur μᾶλλον δὲ κολάζειν. Sed ita locum corruptum esse, omnes editores viderunt. Quare Sylburgius, Langi versione (*seu potius ut acrius puniantur*) ductus, legi vult μᾶλλον δὲ κολάζεσθαι πικρότερον (ac sic fere habet Athenagor. *Legat p. Christ.* c. 2, p. 3. A. ed. Colon.), Grabius vero additione illa rejecta reddit: *Si crimina Christianis objecta fuerint probata, puniantur, quin* (vel *seu*) *potius vos ipsi puniatis.* Porro Fabricius (*Biblioth. Gr.* ed. Harl., vol. VII, p. 59, sq.) Grabium corrigens ita interpretatur: *Volumus in crimina Christianis objecta inquiri, atque si ita se habere probata*

Digitized by Google

guere quisquam habeat, ratio vera non præcipit, ut ob malum rumorem hominibus innocentibus injurias faciatis, vel potius vobismetipsis, qui non judicio, sed affectu negotia facessere in animum inducitis. Atque hanc quidem præclaram esse solamque justam conditionem sanus quisque pronuntiabit, ut innoxiam quidem privati et inculpatam vitæ et doctrinæ suæ rationem exhibeant; similiter autem et qui præsunt, non vim et tyrannidem, sed pietatem et philosophiam sequentes, sententiam dicant. Sic enim et in iis qui præsunt, et in iis qui parent, præclare agatur. Dixit enim alicubi quidam veterum : « Nisi philosophentur et qui regunt et qui reguntur, fieri non possit ut beatæ sint civitates. » Nostrum igitur munus est, ut vitæ et doctrinæ nostræ inspiciendæ copiam omnibus faciamus, ne pro iis, qui res nostras sibi videntur ignorare, pœnam eorum, quæ cæcutientes peccaverint, ipsi debeamus. Vestrum autem, ut audita, quemadmodum ratio præscribit, causa, boni judices reperiamini. Nihil enim deinceps excusationis, re cognita, apud Deum relinquetur, si æqua non feceritis.

A ἀληθὴς λόγος διὰ φήμην πονηρὰν ἀναιτίους ἀνθρώπους ἀδικεῖν, μᾶλλον δὲ ἑαυτοὺς, οἳ οὐ κρίσει, ἀλλὰ πάθει τὰ πράγματα ἐπάγειν (34) ἀξιοῦτε. Καλὴν δὲ καὶ μόνην δικαίαν πρόκλησιν (35) ταύτην πᾶς ὁ σωφρονῶν ἀποφανεῖται, τὸ τοὺς ἀρχομένους τὴν εὐθύνην τοῦ ἑαυτῶν βίου καὶ λόγου ἄληπτον παρέχειν· ὁμοίως δ' αὖ καὶ τοὺς ἄρχοντας μὴ βίᾳ μηδὲ τυραννίδι, ἀλλ' εὐσεβείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ ἀκολουθοῦντας, τὴν ψῆφον τίθεσθαι. Οὕτως γὰρ ἂν καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχόμενοι ἀπολαύοιεν τοῦ ἀγαθοῦ. Ἔφη γάρ που καί τις τῶν παλαιῶν (36)· « Ἂν μὴ οἱ ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι καὶ οἱ ἀρχόμενοι, οὐκ ἂν εἴη τὰς πόλεις εὐδαιμονῆσαι. » Ἡμέτερον οὖν ἔργον, καὶ βίου καὶ μαθημάτων τὴν ἐπίσκεψιν πᾶσι παρέχειν, ὅπως ὑπὲρ τῶν (37) ἀγνοεῖν τὰ ἡμέτερα νομιζόντων, τὴν τιμωρίαν ὧν ἂν πλημμελῶσι τυφλώττοντες αὐτῶν, αὐτοῖς ὀφλήσωμεν· ὑμέτερον δὲ, ὡς αἱρεῖ λόγος, ἀκούοντας, ἀγαθοὺς εὑρίσκεσθαι κριτάς. Ἀναπολόγητον γὰρ λοιπὸν μαθοῦσιν, ἢν μὴ τὰ δίκαια ποιήσητε, ὑπάρξει πρὸς Θεόν.

B

4. Nominis quidem appellatione nec bonum nec malum dijudicatur sine subjectis nomini actionibus; etenim quantum ad nomen, quo appellamur, optimi sumus: sed quia æquum esse non censemus, ut propter nomen, si mali esse arguamur, absolutionem petamus; rursus si nec ob nominis appellationem, nec ob vivendi rationem quidquam peccamus, vestrum est elaborare, ne plectendis injuste hominibus non convictis pœnas justitiæ debeatis. Ex nomine enim nec laus nec pœna merito exstiterit, nisi quid egregie possit, aut improbe factum probari. Nam quicunque coram vobis accusantur,

4. Ὀνόματος μὲν οὖν προσωνυμίᾳ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποπιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων· ἐπεὶ, ὅσον τε ἐκ τοῦ κατηγορουμένου (38) ἡμῶν ὀνόματος, χρηστότατοι ὑπάρχομεν. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐ τοῦτο δίκαιον ἡγούμεθα, διὰ τὸ ὄνομα, ἐὰν κακοὶ ἐλεγχώμεθα, αἰτεῖν ἀφίεσθαι, πάλιν, εἰ μηδὲν διά τε τὴν προσηγορίαν τοῦ ὀνόματος, καὶ διὰ τὴν πολιτείαν εὑρισκόμεθα ἀδικοῦντες, ὑμέτερον ἀγωνιᾶσαί ἐστι, μὴ, ἀδίκως κολάζοντες τοὺς μὴ ἐλεγχομένους, τῇ δίκῃ κόλασιν ὀφλήσητε. Ἐξ ὀνόματος μὲν γὰρ ἢ ἔπαινος, ἢ κόλασις οὐκ ἂν εὐλόγως γένοιτο, ἢν μή τι ἐνάρετον ἢ φαῦλον δι' ἔργων ἀποδείκνυσθαι

C

fuerint, pro eo atque par est puniri, seu potius (ipsimet nos) illa punire. Sed hæc quoque interpretatio non satisfacit. Maranus igitur pro ὡς πρέπον ἐστὶ, μᾶλλον δὲ κολάζειν legit ὡς πρέπον ἐστὶν, ἄλλον δὲ κολάζειν· *ut quemlibet alium punire decet, ita puniantur.* At vero, ut jam Thalemannus intellexit, obstat δέ; debebat esse τινά. Quæ cum ita sint, recte omnino Thirlbius verba μᾶλλον δὲ κολάζειν delenda esse existimavit. Nam, ut Heumannus (*Miscell.* Lips. nov., vol. III, p. II, p. 225, sq.) observat, aliquis hujus loci lector, qui κολάζεσθαι perperam scriptum esse putavit, adscripsit in margine μᾶλλον κολάζειν, quæ verba librarius in textum recepit et connexionis causa δέ inseruit. Sed erravit V. D. in eo, quod correctorem recte mutasse censet; etenim Braunio notante κολάζεσθαι (sc. αὐτούς) hoc loco vim obtinet passivam, id quod ex antecedente ἐξετάζεσθαι apparet aliisque ex locis, quorum hunc tantummodo afferemus nostro haud dissimilem : Κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας — ἀξιοῦμεν (infra num. 16, in fine.) Otto.

D

(34) *Τὰ πράγματα ἐπάγειν.* Billius legendum putat, ἐτάζειν, *examinare*, lib. II *Observat. sacr.* cap. 6; sed necessaria non videtur hæc emendatio.

(35) *Πρόκλησιν.* Conditionem reddidi : neque enim hac voce designatur provocatio in jus, sed potius, ut sæpe alias, lata ad componendam aut avertendam discordiam conditio. Pyrrhus apud Plutarchum, p. 389, accepit τὴν πρόκλησιν *conditionem* Lysimachi postulantis ut Macedoniam inter se partirentur. Sylla apud eumdem, p. 466, accepit conditionem Archelai pacem postulantis. In lib. *De consuetud. Rom.* Ædituus Herculis προκλήσεσιν ἐμμένων, *stans conditionibus*, Larentiam convivio exceptam Herculi tradidit. Ex his illustrari potest Philostorgii locus lib. IX, p. 519, non belle a Valesio redditus. Demophilus et qui cum eo Cyzicum ordinandi episcopi causa venerant, dicuntur accepisse τὴν πρόκλησιν *conditionem* a Cyzicenis latam, et Actium ac Eunomium anathemate damnasse, τοῦτο γὰρ ἡ πρόκλησις, *hæc enim erat conditio.*

(36) *Τις τῶν παλαιῶν.* Dictum est Platonis, lib. V *De rep.*, quod a Philone quoque refertur p. 445 et a Cicerone ep. ad Q. fratrem. Idem et Marco Antonino semper in ore fuisse adnotatum a Julio Capitolino in Vita ejus cap. 27. Sylburg.

(37) *Ὅπως ὑπὲρ τῶν.* Recte admonuit Billius, lib. II *Observat. sacr.* cap. 6, legendum esse ὅπως μὴ ὑπὲρ τῶν. Idem existimat delendum esse αὐτῶν post τυφλώττοντες. Sed tamen fieri potest hæc scriptura, ut Justini stylo non aliena. Idem enim valet ac οἱ τυφλώττοντες αὐτῶν, *qui ex eis sive inter illos cæcutiunt.* Ibidem legendum videtur αὐτοὶ ὀφλήσωμεν. Non belle Grabius legit αὐτὰ ὀφλήσωμεν.

(38) *Κατηγορουμένου.* Nomen, quod crimini datur, nequaquam significatur hac voce, sed ipsum nomen quo appellantur Christiani. Sic infra n. 7, τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα aliam interpretationem non patitur. Et n. 27 : τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας.

Digitized by Google

(26) *Καὶ ἐν γραφαῖς στεφάνους.* Meursius, Clericus et Fabricius legunt ἐν ταφαῖς, *in sepulcris*, cui conjecturæ favet illud ex dialogo Minuc. Fel.: « Coronas etiam sepulcris denegatis. » Salmasius aliter emendat in notis ad Vitam M. Anton. ac legendum putat ἐν ῥαφαῖς στεφάνους pro ῥαπτούς, *sutiles coronas*, quemadmodum dicuntur *marmora in exemplis.* figuris ornata; *pocilla in gemmis*, id est gemmata, ἄρτοι ἐν τύποις, *panes figuris vel formis expressi.* At eruditæ et acutæ hominum doctissimorum emendationes non videntur necessariæ. Loquitur Justinus de coronis quæ mortuorum statuis apponi solebant. Vox illa γραφαί non picturas solum, ut videtur eruditis illis viris, designat, sed etiam statuas, ut multis exemplis demonstrari potest. Himerius apud Photium cod. 243, pag. 1127, Lysippi insignis statuarii ingenium ex eo commendat, quod Occasionem pereleganter finxerit. Utitur autem his vocibus: Ἐγγράφει τοῖς θεοῖς τὸν Καιρόν, *diis Occasionem effinxit.* Basilius seu quivis alius in l.b. *De bapt.* c. 2, n. 23, ut probet baptizatum, sive liber, sive servus sit, modo veterem hominem exuerit, Deo acceptum esse, utitur hoc exemplo: Ἡ σανὶς ἐξ ὁποίας δήποτε ὕλης οὖσα, ἀποθεμένη τὸ ἀνώμαλον καὶ ἀποξυσθεῖσα τὸ τραχὺ, οὕτως ἐνδύεται τὴν γραφὴν τῆς εἰκόνος τοῦ βασιλέως· καὶ τότε οὐκ ἐν τῇ τοῦ ξύλου, ἢ χρυσοῦ ἢ ἀργύρου διαφορᾷ γνωρίζεται τις διαφορὰ τῆς εἰκόνος, etc. Liquet in hoc exemplo γραφὴν vocari statuam auream aut argenteam aut ligneam. Tam fictæ quam pictæ imagines vocantur γραφαί apud Gregorium Naz. orat. 3, p. 83. Loquens enim de imaginibus imperatorum ἐν πλάσμασί τε καὶ χρώμασι, id est tum fictis tum pictis, ait imperatores ejusmodi imaginibus solere aliud alios προσπαραγράφεσθαι; Julianus vero ut Christianis insidias struerent, ταῖς εἰκόσι συμπαραγράφων τοὺς δαίμονας, ὡς δή τινας ἄλλας ἐξ ἔθους γραφὰς, προυτίθει δήμοις καὶ πόλεσι.

(27) *Οὐ τὰ αὐτὰ παρ' οἷς μὲν θεοί.* Frustra Grabius retinendum esse contendit illud οὐ. Tollendum omnino si quid sententiæ velis ex hoc loco eruere; vel legendum ὅτι γὰρ οὖν. Solent enim alii scriptores id exprobrare gentilibus, quod eadem res nunc victima sit, nunc Deus. Hoc argumento utitur Athanasius orat. *in gentes*, n. 23. Vide Tatianum n. 10 et Athenagoram. *Apol.* n. 14. His adjungere libet Anaxandridis versus, quos refert Athe- C næus lib. VII, p. 299:

Βοῦν προσκυνεῖς, ἐγὼ δὲ θύω τοῖς θεοῖς·
Τὴν ἔγχελυν μέγιστον ἡγῇ δαίμονα,
Ἡμεῖς δὲ τῶν ὄψων μέγιστον παραπολύ.

Bovem colis tu, dis ego hostiam immolo.
Anguillam adoptas maximos inter deos,
Obsoniorum ducimus nos maximum.

(28) *Δεύτερον.* Secundum argumentum, cur veritas solis Christianis nota sit, inde deducit Justinus, quod a cultu deorum, qui flagitia patrasse narrantur, ad purissimum unius Dei cultum, quamvis morte proposita, conversi fuerint.

(29) *Οἱ παλαιοί.* Liquet legendum esse οἱ πάλαι, ut antea n. 14, idque jam multi observaverunt.

(30) *Οἰστρηθείσας.* Scribit Apollodorus lib. III, inquit illustrissimus Huetius *Demonstr. evang.* p. 58, in Adonidis etiamnum infantis forma commo- D tam Venerem, clam diis omnibus eum occuluisse in arca, et Proserpinæ tradidisse; hanc pupum tam bellum conspicatam retinuisse, atque ea re excitatam inter deas contentionem Jovem sedasse, hac lege atque omine, ut tertiam anni partem penes se maneret Adonis, tertiam penes Venerem, penes Proserpinam tertiam. Itaque illud verbum οἰστρηθείσας de contentionis œstro simul et libidinis accipi debet. Legitur in utroque cod. ms. ad marg. et apud R. Stephanum ad calcem κόρην καὶ Ἀφροδίτην τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν ἐρηθείσας. Legendum ἐριsθείσας, *Puellam et Venerem, quæ de Adonide inter se contenderunt.* Frustra ergo Sylburgius et Grabius legunt: Τὴν μὲν διὰ τὸν Ἄδωνιν, τὴν δὲ διὰ τὸν Ἀΐδωνέα οἰστρηθεῖσαν.

(31) *Διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Eadem loquendi ratio occurrit n. 49 et n. 61. Quare frustra Sylburgius et Grabius non minus apte legi posse existimant, διὰ Ἰησοῦν Χριστόν, *propter Jesum Christum.*

Digitized by Google

pter Briseidem 59 pellicem perniciem afferret [60]. Miseret nos eorum qui ista credunt, horumque auctores esse dæmones novimus.

26. Tertio, post Christi in cœlum ascensum dæmones immisere homines quosdam, qui se deos esse dicerent; quos non modo non insectati estis, sed etiam auctoritatis honoribus. Simonem quemdam Samaritanum e vico Gittum dicto, qui sub Claudio Cæsare, cum magica miracula, dæmonum in eo operantium arte, in regia vestra urbe Romæ edidisset, deus existimatus est, et a vobis, tanquam deus, statua honoratus, quæ statua erecta est in insula Tiberina inter duos pontes, habens hanc Romanam inscriptionem : *Simoni deo sancto.* Hunc Samaritani pene omnes et ex aliis gentibus nonnulli primum deum esse confitentur, eumque adorant : ac Helenam quandam, quæ eum hoc tempore ubique assectata est, cum antea in lupanari prostitisset, primam ejus notionem esse dictitant. Menandrum etiam quemdam, pariter Samaritanum e vico Capparetæa, ac Simonis discipulum, dæmonum quoque operatione fretum multis, cum Antiochiæ versaretur, arte magica illusisse scimus. Is sectatoribus suis illud etiam persuasit, nunquam ipsos esse morituros; et ex illius disciplina adhuc supersunt nonnulli hoc profitentes. Marcionem etiam quemdam Ponticum, qui etiamnum superest ac discipulos docet alium quemdam agnoscere majorem mundi opifice Deum. Hic in omni hominum genere dæmonum adjumento perfecit, ut multi in

A νων· καὶ τοὺς πειθομένους ἐλεοῦμεν· τοὺς δὲ τούτων αἰτίους δαίμονας γνωρίζομεν.

26. Τρίτον δ' ὅτι (32) καὶ μετὰ τὴν ἀνέλευσιν (33) τοῦ Χριστοῦ εἰς οὐρανόν, προεβάλοντο (34) οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεούς· οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν κατηξιώθησαν. Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα, τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γίττων (35), ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει (36) ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ, θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς θεὸς τετίμηται, ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται (37) ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ, μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, *Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ* (38). B Καὶ σχεδὸν πάντες μὲν Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, προσκυνοῦσι (39)· καὶ Ἑλένην τινὰ, τὴν συμπερινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, πρότερον ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν (40), τὴν ἀπ' αὐτοῦ (41) ἔννοιαν πρώτην γενομένην λέγουσι. Μένανδρον δέ τινα, καὶ αὐτὸν Σαμαρέα, τὸν ἀπὸ κώμης Καππαρεταΐας, γενόμενον μαθητὴν τοῦ Σίμωνος, ἐνεργηθέντα καὶ ὑπὸ τῶν δαιμονίων, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον, πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης οἴδαμεν. Ὃς καὶ τοὺς αὐτῷ ἑπομένους ὡς μηδὲ ἀποθνήσκοιεν ἔπεισε· καὶ νῦν εἰσί τινες ἀπ' ἐκείνου τοῦτο ὁμολογοῦντες. Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικὸν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινὰ νομίζειν μείζονα (42) τοῦ δημιουργοῦ Θεόν· ὃς κατὰ C

[60] Iliad. VI.

(32) *Τρίτον δ' ὅτι.* Tertium hoc argumentum, ut veritatem in Christianis solam odio haberi constet. Si quis a dæmonibus immissus Christianam religionem erroribus corrumpat, hunc persecutio non attingit. Inde manifesta conclusio persecutionum auctores esse dæmones, ac solam illos veritatem insectari.

(33) *Μετὰ τὴν ἀνέλευσιν.* Legitur ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου apud Eusebium, qui totum hunc de Simone locum inseruit lib. II *Hist.*, cap. 13. Habent etiam ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου Syncellus *Chronograph.* p. 333 et Zonoras *Annal.* tom. II, p. 187, ut observat Thirlbius, qui ἀνέλευσιν aut ἄνοδον a Justino usurpari solere ait, non vero ἀνάληψιν, ac exempla repetit ex dialog. n. 39, 82, 87.

(34) *Προεβάλοντο.* Ita ex Eusebio posui. Editi nostri προεβάλλοντο.

(35) *Γίττων.* Ita Eusebius. At R. Stephanus et uterque codex mss. τρίτον.

(36) *Ἐν τῇ πόλει.* Euseb. ἐπὶ τῇ πόλει ὑμῶν τῇ.

(37) *Ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται.* Hæc desunt apud Eusebium; vitiosam esse Eusebii scripturam adversus Antonium Van Dale probat Thirlbius ex verborum constructione absurda admodum, si hæc verba desint, futura, ἀνδριάντι ὡς θεὸς τετίμηται μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν ἔχων ἐπιγραφήν, etc. Equidem verba hæc non delebo, sed his textum carere posse fateor.

(38) *Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ.* Vide Præfationis tertiam partem, ubi de hac Justini narratione disserimus.

(39) *Προσκυνοῦσι.* Male in editionibus Justini legebatur, ἐκεῖνον καὶ προσκυνοῦσι. Melius Eusebius quem secuti sumus.

(40) *Σταθεῖσαν.* Addit Eusebius ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης. Paulo ante translata ex Eusebio in editiones Græco-Latinas vox συμπεριστήσασαν, cum R. Stephanus et mss. habeant περινοστήσασαν.

(41) *Τὴν ἀπ' αὐτοῦ.* Sic emendavi Eusebio auctore fretus, pro ὑπ' αὐτοῦ. Tertullianus ἔννοιαν reddidit injectionem. « Et se quidem, inquit, lib. *De anima*, cap. 34, finxit summum patrem, illam vero injectionem suam primam, qua injecerat angelos et archangelos condere. » Injectio aliis in locis apud Tertullianum eodem sensu usurpatur velut D cum in lib. *De pudic.* c. 13, citat illud ex secunda ad Cor. *Non ignoramus injectiones ejus.* Corrupta sunt quæ de Simone apud eumdem leguntur in appendice ad librum *De præscript.* « Hic ausus est summam se dicere virtutem, id est, summum Deum, mundum autem ab angelis suis institutum. A dæmone se oberrante, qui esset sapientia, descendisse quærendum apud Judæos. » Liquet legendum, « ad Æonem se oberrantem, » etc. Docebant Gnostici, quorum parens erat Simon magus, unum ex Æonibus, quos vocabant Achamoth, id est sapientiam, a summo Deo in inferiora decidisse. Hæc autem erat Helena Simonis, quam quidem, velut ovem perditam, Simon a se quæsitam esse, seque eo consilio descendisse dicebat, ut post Irenæum testatur Tertullianus *De anima* cap. 34. Mox Euseb. οἰστρηθέντα καὶ αὐτὸν ὑπό.

(42) *Μείζονα.* Euseb. εἶναι νομίζειν μείζω, *Hist.* lib. IV, c. 11.

Digitized by Google

πᾶν (43) γένος ἀνθρώπων διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως, πολλοὺς πεποίηκε βλασφημίας λέγειν, καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς Θεόν· ἄλλον δέ τινα, ὡς ὄντα μείζονα, τὰ μείζονα (44) παρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. Πάντες οἱ ἀπὸ τούτων (45) ὁρμώμενοι, ὡς ἔφημεν (46), Χριστιανοὶ καλοῦνται, ὃν τρόπον καὶ οἱ οὐ κοινωνοῦντες τῶν αὐτῶν δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινὸν ἔχουσιν. Εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι, λυχνίας μὲν ἀνατροπὴν, καὶ τὰς ἀνέδην μίξεις, καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βορὰς (47), οὐ γινώσκομεν· ἀλλ' ὅτι μὴ διώκονται, μηδὲ φονεύονται ὑφ' ὑμῶν, κἂν διὰ τὰ δόγματα (48), ἐπιστάμεθα. Ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων συντεταγμένον (49)· ᾧ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν.

A blasphemias erumperent, ac universi creatorem Deum Christi patrem esse negarent, et alium quemdam, utpote majorem, majora quam illum perfecisse profiterentur. Qui ab istorum disciplina profecti sunt, ii omnes, ut diximus, appellantur Christiani; quemadmodum et qui judicia cum philosophis communia non habent, commune nomen ex philosophia ductum habent. An vero etiam nefanda illa et fabulosa facinora perpetrent, lucernæ eversionem, promiscuos concubitus, carnium humanarum epulas, non scimus. At 60 eos a vobis nec vexari nec occidi, saltem ob ipsorum opiniones, novimus. Est autem liber a nobis contra omnes quæ exstiterunt hæreses compositus, quem, si legere libeat, vobis trademus.

B

27. Ἡμεῖς δὲ, ἵνα μηδένα διώκωμεν (50), μηδὲ ἀσεβῶμεν, ἐκτιθέναι καὶ τὰ γεννώμενα (51), πονηρῶν εἶναι δεδιδάγμεθα· πρῶτον μὲν, ὅτι τοὺς πάντας σχεδὸν ὁρῶμεν ἐπὶ πορνείᾳ προάγοντας οὐ μόνον τὰς κόρας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρσενας· καὶ ὃν τρόπον λέγονται οἱ παλαιοὶ ἀγέλας βοῶν ἢ αἰγῶν ἢ προβάτων τρέφειν, ἢ ἵππων φορβάδων, οὕτω νῦν καὶ παῖδας (52)

27. Nos autem ne quem vexemus, aut quidquam impie faciamus, pueros etiam recens natos exponere hominum improborum esse didicimus. Primo quidem quia omnes fere hujusmodi videmus ad stupra non puellas solum, sed etiam masculos produci: et quemadmodum narrantur antiqui greges et armenta boum vel caprarum, vel ovium, vel gre-

(43) *Ὃς κατὰ πᾶν*, etc. Euseb. ὃς καὶ κατὰ πᾶν... πέπεικε βλάσφημα λέγειν καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς Πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ. — Duos Marcion inducebat deos, alterum opificem, qui mundum fabricavit, alterum majorem, qui præstantiora condidit; illum negandum docebat, hunc confitendum. Otto.

(44) *Τὰ μείζονα.* Hæc desunt apud Eusebium; unde magnum in Valesii interpretatione erratum. Sic enim reddit: *Alium vero quemdam longe illo præstantiorem hoc universum condidisse affirmarent.* Nihil magis pugnat cum principiis Marcionis, qui mundum a summo illo Christi Patre conditum negabat. Ipse Valesius in notis agnoscit legendum esse τὰ μείζονα ut apud Justinum. Cum Marcion hunc mundum a vero Deo creatum negaret, dicebat esse et illi conditionem suam et suum mundum et suum cœlum; Tertull. I, *Marc.*, c. 15. Itaque « Deo suo invisibilia » tribuebat, ibid. c. 16. Sed cum probarent catholici absurdum dictu esse; « ejus esse invisibilia, qui nihil visibile præmiserit » magisque congruere, « ejus esse majora, cujus et magna; » respondebant Marcionitæ: « Sufficit unicum hoc opus Deo nostro, quod hominem liberavit summa et præcipua bonitate sua, et omnibus locustis anteponenda. »

(45) *Πάντες οἱ ἀπὸ τούτων.* Eusebius καὶ πάντες.

(46) *Ὡς ἔφημεν.* Euseb. ὡς ἔφαμεν, et mox: Καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπικαλούμενον, etc.

(47) *Αυχνίας... βοράς.* De horrendis istis criminibus, quæ Christianis gentiles (coll. *Apoll.* II, c. 12) et Judæi (*Dial. Tr.* c. 10, 17, c. 108) affingere solebant, nempe Θυέστεια δεῖπνα et Οἰδιποδείους μίξεις (Athenag. *Legat. p. Chr.*, c. 3. *Hist. eccl.* et *Epist. Eccl. Vien. et Lugdun.* ap. Euseb. V, c. 1. [Tom. II.] p. 11.) audias Cæcilium paganum in Minuc. Felic. *Octavio* c. 9 et c. 30. Otto.

(48) *Κἂν διὰ τὰ δόγματα.* Duo docet S. Martyr: primo, hæreticos a persecutione tutos et immunes esse. Deinde, si qui ex illis occidantur, saltem non occidi ob ipsorum opiniones, sed quia (sic enim intelligendum videtur) facinus aliquod commisere. Quo autem argumento utitur S. Justinus, ut probet solum in Christianis veritatem puniri et damnari, eodem alii Patres usi sunt, ut veritatem in sola reperiri catholica Ecclesia probarent. Ait Cyprianus ep. 58, omnem sæcularem potestatem adversus Ecclesiam Christi subito prorupisse, « ut... ostenderet Dominus quæ esset Ecclesia... qui essent quos inimicus lacesseret, quibus ut suis parceret. Neque enim persequitur et impugnat Christi adversarius nisi castra et milites Christi. Hæreticos prostratos semel et suos factos contemnit et præterit. » Vide ep. 57 et S. Iren. lib. IV, c. 33, n. 9 et Acta S. Montani martyris et sociorum n. 14.

(49) *Συντεταγμένον.* Deest apud Eusebium.

(50) *Διώκωμεν.* H. Steph. et Grabius legendum esse contendunt μηδὲν ἀδικῶμεν. Legit etiam ἀδικῶμεν Billius approbante Thirlbio. Sed cur emendemus quod minime mendosum est? Imo illud verbum, διώκωμεν, aptius mihi videtur ad significandum homicidium. Hæc enim est S. Justini sententia. Nata occasione ex hæreticis, de quibus nescire se dixerat, utrum nefanda illa committerent necne, asseverat de Christianis, eos ita ab his sceleribus remotos esse, ut etiam pueros exponere nefas ducant, ne aut aliquem vexent et opprimant, committendo ut puer non susceptus intereat aut impietatis rei fiant; si susceptus ad nefanda et impia, ut ipse appellat, flagitia educetur. Hæc enim duo gravissima mala ex puerorum exponendorum more consequi docet. Adducti sunt viri doctissimi, ut ἀδικῶμεν huc intruderent, quia infra n. 28, Justinus injustitiam cum impietate conjungit. Sed ibi alia de re loquitur.

(51) *Καὶ τὰ γεννώμενα.* Mallet Thirlbius καὶ ἐκτιθέναι τὰ γεννώμενα. Piget referre alias conjecturas, tum H. Stephani qui legendum putat ἐκτιθέναι παραιτούμεθα ὅτε, tum Perionii et Grabii, quorum primus legit γενόμενα, alter πονηρόν.

(52) *Καὶ παῖδας.* Legendum putat Grabius παῖδες vel παίδων. Sed necesse non est quidquam mutare, idque ex interpungendi ratione a nobis adhibita satis perspicitur. De his gregibus citantur a Grabio Tatianus n. 26 et Clemens Alex. II, *Pædag.*, c. 4, de vectigalibus, quæ ad imperatores redibant, vide Sueton. in Calig. et Lamprid. in Alex. Sever. Abrogatum hoc vectigal lege ult. tit. XI, lib. XI, cod. Just. Ita Thirlbius qui et de incestis flagitiis inde consequentibus citat Clem. Alex. *Pædag.* lib. III, p. 265; Lactantium lib. VI, c. 20; Minucium c. 31 Tertull. *Apol.* cap. 9 et 1 *ad Nat.* cap. 16.

Digitized by Google

galium equorum aluisse, ita nunc et pueros ad turpes duntaxat usus; et feminarum pariter ac ambigui sexus hominum, ac nefanda patrantium turba ad hoc piaculum apud omnes gentes prostat. Atque ex his mercedes et tributa et vectigalia percipitis, cum eos ex orbe vestro exterminari oporteret. Quibus qui utitur, is præter nefandum et impium ac impudicum concubitum cum filio, si ita sors ferat, aut cognato aut fratre miscetur. Sunt qui liberos etiam suos et uxores prostituant. Ac palam et aperte quidam ad cynædicam turpitudinem evirantur, atque in matrem deorum hæc mysteria referunt; atque apud unumquemque eorum, quos existimatis, deorum, magnum serpens symbolum ac mysterium recensetur. Igitur quæ palam et aperte a vobis aguntur et coluntur, ea nobis ascribitis, quasi ea divino lumine everso et exstincto perpetremus. Quod quidem nobis, qui non ii sumus ut quidquam ejusmodi faciamus, minime nocet, sed iis potius, qui ea ipsi faciunt et in alios falso conferunt.

A εἰς τὸ αἰσχρῶς χρῆσθαι μόνον· καὶ ὁμοίως θηλειῶν καὶ ἀνδρογύνων καὶ ἀῤῥητοποιῶν πλῆθος κατὰ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τούτου τοῦ ἄγους ἕστηκε. Καὶ τούτων μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς καὶ τέλη λαμβάνετε, δέον ἐκκόψαι ἀπὸ τῆς ὑμετέρας (53) οἰκουμένης. Καὶ τῶν τούτοις χρωμένων τὶς, πρὸς τῇ ἀθέῳ καὶ ἀσεβεῖ καὶ ἀκρατεῖ μίξει, εἰ τύχοι, τέκνῳ ἢ συγγενεῖ, ἢ ἀδελφῷ μίγνυται. Οἱ δὲ καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα καὶ τὰς ὁμοζύγους προαγωγεύονται. Καὶ φανερῶς εἰς κιναιδίαν ἀποκόπτονταί τινες, καὶ εἰς μητέρα θεῶν τὰ μυστήρια ἀναφέρουσι, καὶ παρὰ παντὶ τῶν νομιζομένων παρ' ὑμῖν θεῷ (54), ὄφις σύμβολον μέγα καὶ μυστήριον ἀναγράφεται. Καὶ τὰ φανερῶς ὑμῖν πραττόμενα καὶ τιμώμενα, ὡς ἀνατετραμμένου (55) καὶ οὐ παρόντος φωτὸς θείου (56), ἡμῖν προσγράφετε. Ὅπερ ἀπηλλαγμένοις ἡμῖν τοῦ πράτ-
B τειν τι τούτων οὐ βλάβην φέρει, ἀλλὰ τοῖς πράττουσι καὶ ψευδομαρτυροῦσι μᾶλλον.

28. Apud nos enim princeps malorum dæmonum serpens vocatur et Satana et diabolus, ut potestis ex litteris nostris scrutando perspicere. Hunc Christus præmonstravit cum ipsius exercitu et assectantibus hominibus in ignem missum iri, ut in infinitum ævum excrucientur. **61** Interposita enim mora, quominus id Deus hactenus perficeret, propter humanum genus contigit. Prævidet enim quosdam ex pœnitentia salutem consecuturos, quosdam vero nondum esse natos. Et ab initio quidem humanum genus intelligentia et vera eligendi ac
C recta faciendi facultate præditum creavit, ita ut omnibus hominibus nulla apud Deum relinquatur excusatio. Ratione enim præditi et ad intelligendum apti et habiles creati sunt. Si quis autem hæc Deum curare neget, is vel eum non esse astute profitebitur; vel si sit, pravitate gaudere aut lapidi similem manere dicet, nec quidquam esse virtutem aut vitium, sed sola opinione hæc ab hominibus bona aut mala judicari; quæ sane maxima impietas et injustitia est.

28. Παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ὁ ἀρχηγέτης τῶν κακῶν δαιμόνων, ὄφις καλεῖται, καὶ σατανᾶς, καὶ διάβολος, ὡς καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων ἐρευνήσαντες μαθεῖν δύνασθε· ὃν εἰς τὸ πῦρ πεμφθήσεσθαι μετὰ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς καὶ τῶν ἑπομένων ἀνθρώπων, κολασθησομένους τὸν ἀπέραντον αἰῶνα, προεμήνυσεν ὁ Χριστός. Καὶ γὰρ ἡ ἐπιμονὴ τοῦ μηδέπω τοῦτο πρᾶξαι τὸν Θεὸν, διὰ τὸ ἀνθρώπινον γένος γεγένηται. Προγινώσκει γάρ τινας ἐκ μετανοίας σωθήσεσθαι μέλλοντας, καί τινας μηδέπω ἴσως γεννηθέντας. Καὶ τὴν ἀρχὴν νοερὸν καὶ δυνάμενον αἱρεῖσθαι τἀληθῆ, καὶ εὖ πράττειν, τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον πεποίηκεν, ὥστ' ἀναπολόγητον εἶναι τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις παρὰ τῷ Θεῷ· λογικοὶ γὰρ καὶ θεωρητικοὶ γεγένηνται. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ μέλειν τούτων τῷ Θεῷ, ἢ μὴ εἶναι αὐτὸν διὰ τέχνης (57) ὁμολογήσει· ἢ ὄντα χαίρειν κακίᾳ φήσει, ἢ λίθῳ ἐοικότα μένειν, καὶ μηθὲν εἶναι ἀρετὴν μηδὲ κακίαν, δόξῃ δὲ μόνον τοὺς ἀνθρώπους ἢ ἀγαθὰ ἢ κακὰ ταῦτα ἡγεῖσθαι· ἥπερ μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστί.

(53) Vide initium *Apol.* Athenagoræ.

(54) Θεῷ. Legi posset θεῶν. Sylburgius.

(55) *Ὡς ἀνατετραμμένου.* Huc redit tota sententia : Quæ palam et aperte facitis, ea a nobis in tenebris fieri dictitatis. Sic interpretari malui, quam
D cum aliis interpretibus hæc ad ipsos ethnicos referre, *quasi divinum lumen sive ratio inversa in illis esset, dum hæc agunt.* Videtur Justinus ethnicorum mores cum afflictis nomini Christiano criminibus sic comparare, ut etiamsi ea Christiani admitterent, ethnicis tamen palam et aperte perpetrantibus concederent. Iniquitatem ethnicorum eodem modo castigat Tertullianus I *ad Nat.*, cap. 16. « Verum jam laudate, inquit, consilium incesti verecundi, quod adulteram noctem commenti sumus, ne aut lucem aut veram noctem contaminaremus, quod etiam luminibus terrenis parcendum existimavimus, quod nostram quoque conscientiam ludimus : quodcunque enim facimus, si volumus (leg. si velamus) suspicamur. Cæterum incesta vestra pro sua libertate et luce omni et nocte omni et tota cœli conscientia fruuntur, quodque felicius proveniat cum palam miscecatis incesta toto conscio cœlo, soli ipsi ignoratis : nos vero etiam in tenebris scelera nostra recognoscere possumus. » Vide *Apol.* 2, n. 14. Item Athenag. *Apol.* n. 34.

(56) *Φωτὸς θείου.* Lumen illud Dei non rationem hoc loco, sed lucem oculis corporis affulgentem designat. Sic Clemens *Pædag.* lib. III, cap. XI, præcipit vetulis ut canos non inficiant, sed *in lucem Dei efferant, id quod maxime venerandum est,* ἀναδεικτέον ὑπ' αὐγὰς τοῦ Θεοῦ τὸ τίμημα. Essæi, teste Josepho II, *Bel. Jud.* cap. 7, cum naturæ darent operam, diligenter sese veste contegebant ne αὐγὰς Θεοῦ *lucem divinam* contaminarent. Observat Eustathius in *Iliad.* p. 832. Diem ab Homero saeram vocari, ac ipsam noctem apud Hesiodum eodem modo appellari. Hinc etiam terram sacram, muros sacros dici solere idem scriptor docet, pag. 789, in *Iliad.*

(57) *Διὰ τέχνης.* Legendum putat Billius διαχεῖρης vel ἀτεχνῶς lib. II *Observ. sacr.*, cap. 6. Reddit Grabius : *Non confitebitur ex arte sive opificio Dei eum exsistere.* At διὰ τέχνης aliquid asserere, idem est ac non palam et aperte illud statuere, sed cum artificio quodam. Nam qui Deum humana non

Digitized by Google

29. Καὶ πάλιν (58), μὴ τῶν ἐκτεθέντων τις μὴ ἀναληφθεὶς θανατωθῇ, καὶ ὦμεν ἀνδροφόνοι. Ἀλλ' ἢ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐγαμοῦμεν, εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι, τέλεον ἐνεγκρατευόμεθα. Καὶ ἤδη τις τῶν ἡμετέρων, ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν μυστήριον ἡ ἀνέδην μίξις, βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φίληκι (59) ἡγεμονεύοντι, ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἰατρῷ τοὺς διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν. Ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. Καὶ μηδόλως βουληθέντος Φίληκος ὑπογράψαι, ἐφ' ἑαυτοῦ μείνας (60) ὁ νεανίσκος, ἠρκέσθη τῇ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὁμογνωμόνων συνειδήσει. Οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις ἡγησάμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γεγενημένου, ὃν καὶ πάντες ὡς θεὸν διὰ φόβου (61) σέβειν ὥρμηντο, ἐπιστάμενα τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπῆρχεν.

30. Ὅπως δὲ μή τις ἀντιτιθεὶς ἡμῖν, τί κωλύει καὶ τὸν παρ' ἡμῖν λεγόμενον Χριστὸν, ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων ὄντα, μαγικῇ τέχνῃ ἃς λέγομεν δυνάμεις πεποιηκέναι, καὶ δόξαι διὰ τοῦτο Υἱὸν Θεοῦ εἶναι, τὴν ἀπόδειξιν (62) ἤδη ποιησόμεθα, οὐ τοῖς λέγουσι πιστεύοντες, ἀλλὰ τοῖς προφητεύουσι (63) πρὶν ἢ γενέσθαι, κατ' ἀνάγκην πειθόμενοι, διὰ τὸ καὶ ὄψει

29. Deinde vero metuimus, ne quis ex iis, qui exponuntur, non susceptus intereat, et homicidæ simus. Sed vel omnino matrimonium non inimus nisi ad liberorum educationem; vel si a nuptiis refugimus, perpetuo nos continemus. Jamque nostrorum quidam, ut vobis persuaderet non esse mysterium apud nos promiscuum concubitum, obtulit libellum Felici Alexandriæ præfecto, rogans ut medico licentiam daret testes ipsi resecandi. Id enim sine præfecti licentia facere interdictum sibi illius urbis medici dicebant. Sed cum Felix omnino subscribere noluisset, adolescens in continentia et virginitate permanens, sua et eorum, qui idem ac ipse sentiebant, conscientia contentus fuit. Mihi autem haud absurdum videtur hoc loco mentionem injicere illius, qui nuper exstitit, Antinoi, quem omnes ut deum cum metu colere cœperunt, cum quis esset et unde perspectum haberent.

30. Sed ne quis nobis opponat nihil obstare, quominus et is qui apud nos dicitur Christus, homo ex hominibus arte magica quæ dicimus miracula ediderit, ac propterea Filius Dei esse visus sit, jam demonstrationem instituemus, non dicentibus credentes, sed futura antequam 62 fiant, prædicentibus necessario fidem habentes, eo quod ipsis

curare dicebant, hi palam et aperte non dicebant Deum non esse, aut eum vitiis gaudere aut lapidi similem esse. Sed cum nefanda hæc commenta ex eorum sententia sequerentur, videbantur Justino astute profiteri quod totidem verbis efferre non audebant. In *Dialogo cum Tryphone* n. 54, colligit Justinus ex his verbis: *Lavabit in sanguine uvæ amictum suum*, sanguinem Christi, ut sanguinem uvæ, a solo Deo formatum fuisse. Sed quia res totidem verbis non declaratur, sed figura quadam involvitur, ait Justinus hoc mysterium per artem quamdam a Scriptura indicari, διὰ τῆς τέχνης. Legit Thirlbius δι' ἀνάγκης ac reddit, *aut eum non esse confiteatur necesse est*, rideturque illud Perionii, *arte et astutia*.

(58) *Καὶ πάλιν*. Aliam affert rationem cur Christiani ab exponendis liberis abhorreant.

(59) *Φίληκι*. Ita R. Stephanus et mss. Sylburgius posuit Φήλικι et mox Φήλικος. Qui præerat Ægypto vocabatur præfectus Augustalis, ejusque sedes erat Alexandriæ, ut patet ex cod. Theod. tom. V, p. 270.

(60) *Ἐφ' ἑαυτοῦ μείνας*. His verbis indicat Justinus adolescentem in virginitatis proposito perseverasse, et cum hujus laudis testimonium ab ipsis ethnicis impetrare non posset, sua et aliorum idem sentientium conscientia contentum fuisse. Propositum continentiæ sic designant antiqui. Mos est Christianis, inquit Athenagoras Legat. n. 33: ἢ οἷος τις ἐτέχθη μένειν, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ, *vel qualis quisque natus est permanere, vel semel nubere*. Clemens Alex. *Strom.* III, p. 461, de eo qui secundis nuptiis abstinet: Δόξαν δὲ αὐτῷ οὐράνιον περιποιεῖ μείνας ἐφ' ἑαυτοῦ, *Gloriam sibi cœlestem conciliat in seipso manens*. In libro III *Constitut. apost.*, cap. 1, de juniore vidua sic statuitur: « Si manserit in se singularis (εἰ μείνῃ ἐφ' ἑαυτῆς) donum habens viduitatis, beata reperietur. » Hinc etiam in libr. II Hermæ mandat. 4: « Qui nubit non peccat: sed si per se manserit, magnum sibi conquirit honorem apud Dominum. » Forte legendum « si super se manserit; » sic enim legitur in eodem capite n. 1: « Præceptum est vobis ut cœlibes maneatis; » pro quibus verbis legitur ad marginem, « super vos manere. » S. Methodius orat. 3 apud Combefis. p. 85, ait Paulum hortari μένειν ἐφ' ἑαυτῷ, unicis nuptiis contentum. Eodem modo loquitur S. Basilius ep. 217, can. 60. Gregorius Nyssenus in Vita S. Macrinæ p. 180, testatur eam, defuncto adolescente cui destinata erat, statuisse perpetuam virginitatem servare, μένειν ἐφ' ἑαυτῆς τὸ λοιπὸν ἧξίου.

(61) *Διὰ φόβου*. Putarunt interpretes ipsius Adriani metu adductos esse homines, ut Antinoum colerent. Atque ita quidem statuendum esset, si legeremus ut apud Eusebium διὰ φόβον, *per vim et metum*, ut interpretatur Valesius. Sed longe præclarior ac verior erit sententia, si legamus διὰ φόβου, ac ita reddamus: *Tanquam Deum cum metu colere cœperunt*, vel *ut Deum metuere et colere cœperunt*. Non enim ipse Adrianus imperii sui auctoritate homines terruit, sed ipsius Antinoi, tanquam magni cujusdam Dei, metus animis incussus. Huic enim attributa, teste Spartiano in Adriani Vita, urbs de ejusdem dicta nomine, templa in illius honorem, sacri ludi, sacerdotes et prophetæ. Hæc hominibus timorem incusserunt. At vim non intulit, qui id humanitate sua consecutus est, ut testatur Athenagoras n. 30 *Apol.* Nititur Thirlbius testimonio S. Athanasii, qui in orat. *contra Gentes*, p. 9, ait Antinoum adorari διὰ φόβον τοῦ προστάξαντος, *ob metum illius qui id jusserat*. Maxima sane auctoritas S. Athanasii, sed eum cum Athenagora conciliabimus in adnotatione ad hunc locum Athenagoræ. At Justinus conciliari non posset, si legamus διὰ φόβον nihil aliud addendo; tunc enim terror intelligi hac voce deberet.

(62) *Τὴν ἀπόδειξιν*. Exsequitur quod secundo loco promiserat sese probaturum, nempe Filium Dei hominem factum fuisse. Paulo ante legendum ἀντιθείη, idque vidit Thirlbius qui eidem objectioni observat Irenæum eodem modo occurrere lib. II, c. 57 et Lactantium lib. V, c. 3.

(63) *Τοῖς προφητεύουσι*. Clarom. Τοῖς προφητεύσασι, sed tamen ad marg. apposita lectio vulgata.

Digitized by Google

oculis ita, ut prædicta fuerant, evenisse et evenire videamus ; quæ sane demonstratio vobis quoque, ut arbitramur, maxima et verissima videbitur.

A ὡς προεφητεύθη ὁρᾷν γενόμενα καὶ γινόμενα· ἥπερ μεγίστη καὶ ἀληθεστάτη ἀπόδειξις καὶ ὑμῖν, ὡς νομίζομεν, φανήσεται.

31. Quidam igitur homines inter Judæos Dei prophetæ exstitere, per quos Spiritus propheticus futura prænuntiavit antequam fierent. Horum vaticinia diligenter asservabant, qui secundum temporum seriem in Judæa regnarunt, cum ea, ut ex ore vaticinantium emissa fuerant, propria Hebræorum lingua in libris ab ipsis prophetis conscripta possiderent. Ptolemæus autem rex Ægyptiorum, cum bibliothecam construeret, ac omnium hominum scripta comportare conaretur, certior de his quoque vaticiniis factus, Herodem tunc Judæorum regem per legatos rogavit, ut libros prophetarum B ad se mitteret. Ac rex quidem Herodes ea quam diximus Hebræorum lingua scriptos misit. Sed cum nota Ægyptiis non essent, quæ scripta in illis erant, iterum legatis missis ab eo petiit, ut ad se mitteret, qui hos libros in Græcum sermonem transferrent. Quod cum factum esset, apud Ægyptios quoque hactenus libri manserunt, ac ubique apud omnes exstant Judæos, qui quamvis legant, non tamen quid dicatur intelligunt, sed nos pro inimicis et hostibus habent, et non secus ac vos, necem nobis, cum hujus rei potestatem nacti sunt, et supplicia inferunt ; id quod vobis facile persuaderi potest. Nam in bello Judaico, quod nuper confectum est, dux Judæorum defectionis Barchochebas solos Christianos ad gravia supplicia, nisi Jesum Christum negarent et blasphemiis appeterent, abripi

31. Ἄνθρωποι οὖν τινες ἐν Ἰουδαίοις γεγένηνται Θεοῦ προφῆται, δι' ὧν τὸ προφητικὸν Πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα, πρὶν ἢ γενέσθαι· καὶ τούτων οἱ ἐν Ἰουδαίοις κατὰ καιροὺς γενόμενοι βασιλεῖς, τὰς προφητείας ὡς ἐλέχθησαν ὅτε προεφητεύοντο, τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν Ἑβραΐδι φωνῇ ἐν βιβλίοις ὑπ' αὐτῶν τῶν προφητῶν συντεταγμένας κτώμενοι, περιεῖπον. Ὅτε δὲ Πτολεμαῖος ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς βιβλιοθήκην κατεσκεύαζε (64), καὶ τὰ πάντων ἀνθρώπων συγγράμματα συνάγειν ἐπειράθη, πυθόμενος καὶ περὶ τῶν προφητειῶν τούτων, προσέπεμψε τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι Ἡρώδῃ (65), ἀξιῶν διαπεμφθῆναι αὐτῷ τὰς βίβλους τῶν προφητειῶν. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Ἡρώδης τῇ προειρημένῃ Ἑβραΐδι αὐτῶν φωνῇ γεγραμμένας διεπέμψατο. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν γνώριμα τὰ ἐν αὐταῖς γεγραμμένα τοῖς Αἰγυπτίοις, πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψας τοὺς μεταβαλοῦντας αὐτὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἀνθρώπους ἀποστεῖλαι. Καὶ τούτου γενομένου, ἔμειναν αἱ βίβλοι καὶ παρ' Αἰγυπτίοις μέχρι τοῦ δεῦρο, καὶ πανταχοῦ παρὰ πᾶσίν εἰσιν Ἰουδαίοις· οἱ καὶ ἀναγινώσκοντες οὐ συνιᾶσι τὰ εἰρημένα, ἀλλ' ἐχθροὺς ἡμᾶς καὶ πολεμίους ἡγοῦνται, ὁμοίως ὑμῖν ἀναιροῦντες καὶ κολάζοντες ἡμᾶς ὁπόταν δύνωνται, ὡς καὶ πεισθῆναι δύνασθε. Καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν γεγενημένῳ (66) Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ, Βαρχοχέβας ὁ τῆς C Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης, Χριστιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας δεινὰς (67), εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰη-

(64) *Κατεσκεύαζε.* Ita R. Stephanus et mss. Sylburg. κατεσκεύασε.

(65) *Ἡρώδῃ.* Manifestus nævus ; sed qui imperitis potius librariis, quam Justino tribui debeat. Certe redundat illud vocabulum, saltem post has voces ὁ βασιλεύς. Videtur ergo ex margine in contextum irrepsisse. Grabius legendum putat βασιλεύοντι ἱερεῖ, et paulo post βασιλεύων ἱερεύς pro βασιλεὺς Ἡρώδης. Firmat hanc legendi rationem Philonis testimonio, qui pontificem, ad quem legatos misit Ptolemæus, regnum cum sacerdotio obtinuisse scribit lib. II *De vit. Moys.*, p. 658 : Πρέσβεις εὐθὺς ἔπεμψε πρὸς τὸν τῆς Ἰουδαίας ἀρχιερέα καὶ βασιλέα· ὁ γὰρ αὐτὸς ἦν. *Legatos confestim misit ad Judæorum pontificem et regem ; idem enim tunc erat.* Aliam init viam Usserius dissert. 2, *in LXX interpr.*, p. 31. Nihil prorsus emendat, sed ex dictis D Justini conjicit Cleopatram, quæ priore bibliotheca in cineres redacta novam in Serapeo constituit, ab Herode idem fere beneficium, ac olim a summo sacerdote Ptolemæum, impetrasse, ut codices Hebræos ac Græcam interpretationem eruditis manibus castigatam ad se mitteret ; quamobrem Justinum temporibus quidem graviter errasse, sed tamen aliquam veri umbram assecutum esse.—*Τῷ τῶν Ἰουδ. τότε βασιλεύοντι Ἡρώδῃ*, κ.τ.λ. Manifestus anachronismus, cum certum sit Ptolemæum (Philadelphum) multum tempore Herodem præcessisse. Langus igitur Sylburgio astipulante Justinum notavit pro βασιλ. Ἡρ. scribere debuisse ἀρχιερεύοντι Ἐλεαζάρῳ itemque paulo post ἀρχιερεὺς Ἐλεάζαρος pro βασιλεὺς Ἡρώδης. Grabius, omnem culpam illius erroris transferens in scribam aliquem « reipublicæ Judaicæ minus gnarum, » conjicit Martyrem non Ἡρώδῃ,

sed ἱερεῖ scripsisse et mox βασιλεύων ἱερεύς, id quod firmare studet Philonis testimonio (vid. *Cohort. ad Gr.* n. 13, ubi etiam Alexandrinæ versionis origo narratur), qui pontificem, ad quem legatos misit Ptolemæus, regnum cum sacerdotio obtinuisse scribit. Thalemannus vocem Ἡρώδης opinatur ex margine irrepsisse, cui ascripsisset imperitus quidam nesciens, pontificem quoque regem dici posse ; idem jam Pearsonus et Maranus statuerant. Fabricius (*Biblioth. gr.* ed. Harl. vol. VII, p. 60) Usserio assentitur existimanti (*De Græca LXX interpretum versione synt.* Lond. 1655, 4, p. 31), Justinum mira quadam ἀβλεψίᾳ Philadelphi et Cleopatræ bibliothecarum historiam commiscuisse. Istarum quæpiam conjecturarum si cui placuerit, ego non invidebo ; scilicet nævus videtur potius Justino quam librariis attribuendus esse. Otto.

(66) *Γεγενημένῳ.* Euseb. loco mox citato habet γενομένῳ et Βαρχωχέβας et ἐκέλευεν ἄγεσθαι.

(67) *Μόνους εἰς τιμωρίας δεινάς.* Hanc narrationem non docte interpretatus Banagius ac narratorem haud liberaliter refellit. « Queritur Justinus martyr, inquit *Hist. Jud.* lib. VI, part. 1, cap. 9, n. 21, quod Barchochebas solos impugnaret Christianos, solosque illos trucidaret, quia religionem suam ejurare nolebant.... sed quis credat ethnicos, quibus bellum intulerat, ab ejus crudelitate tutos fuisse ? » Levis animadversio Banagium errore exsolvere poterat. Non enim negat Justinus crudelem in ipsos etiam ethnicos fuisse Barchochebam, sed barbarum in solos Christianos fuisse tortorem, iisque solis horrenda supplicia, nisi religionem suam ejurarent, parasse testatur.

Digitized by Google

σοῦν τὸν Χριστὸν καὶ βλασφημοῖεν, ἐκέλευεν ἀπάγγεσθαι. Ἐν δὴ ταῖς τῶν προφητῶν βίβλοις εὕρομεν προκηρυσσόμενον, παραγινόμενον, γεννώμενον διὰ παρθένου, καὶ ἀνδρούμενον, καὶ θεραπεύοντα πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, καὶ νεκροὺς ἀνεγείροντα, καὶ φθονούμενον καὶ ἀγνοούμενον καὶ σταυρούμενον Ἰησοῦν τὸν ἡμέτερον Χριστὸν, καὶ ἀποθνήσκοντα, καὶ ἀνεγειρόμενον, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνερχόμενον, καὶ Υἱὸν Θεοῦ ὄντα καὶ κεκλημένον, καί τινας πεμπομένους ὑπ' αὐτοῦ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων κηρύξοντας ταῦτα, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀνθρώπους μᾶλλον αὐτῷ πιστεύειν. Προεφητεύθη δὲ πρὶν ἢ φανῆναι αὐτὸν, ἔτεσι ποτὲ μὲν πεντακισχιλίοις (68), ποτὲ δὲ τρισχιλίοις, ποτὲ δὲ δισχιλίοις, καὶ πάλιν χιλίοις (69), καὶ ἄλλοτε ὀκτακοσίοις. Κατὰ γὰρ τὰς διαδοχὰς τῶν γενῶν (70) ἕτεροι καὶ ἕτεροι ἐγένοντο προφῆται.

jubebat. In his autem prophetarum libris prænuntiatum reperimus Jesum Christum nostrum advenientem atque ex Virgine nascentem, ad ætatem virilem pervenientem, morbos omnes et ægritudines curantem, et mortuos ad vitam revocantem, invisum, ignoratum et crucifixum, morientem et resurgentem, ac in cœlos ascendentem; eumque esse et vocari Filium Dei, et nonnullos ab eo mitti ad omne hominum genus, qui hæc prædicent, magisque illi credere eos qui sunt ex gentibus. Prænuntiatus autem est, antequam prodiret, annis nunc quinquies mille, nunc ter mille, nunc bis mille, interdum mille, nonnunquam octingentis. **63** Nam secundum generationum successiones alii atque alii prophetæ exstiterunt.

32. Μωϋσῆς μὲν οὖν, πρῶτος τῶν προφητῶν (71) γενόμενος, εἶπεν αὐτολεξεὶ οὕτως· *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται* (72)· *καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, πλύνων ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν στολὴν αὐτοῦ.* Ὑμέτερον οὖν ἐστιν ἀκριβῶς ἐξετάσαι καὶ μαθεῖν, μέχρι τίνος ἦν ἄρχων καὶ βασιλεὺς ἐν Ἰουδαίοις ἴδιος αὐτῶν. Μέχρι τῆς φανερώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἡμετέρου διδασκάλου, καὶ τῶν ἀγνοουμένων προφητειῶν ἐξηγητοῦ, ὡς προερρέθη ὑπὸ τοῦ θείου ἁγίου προφητικοῦ Πνεύματος διὰ τοῦ Μωϋσέως, μὴ ἐκλείψειν ἄρχοντα ἀπὸ Ἰουδαίων ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται τὸ βασίλειον. Ἰούδας γὰρ προπάτωρ Ἰουδαίων, ἀφ' οὗ καὶ τὸ Ἰουδαῖοι καλεῖσθαι ἐσχήκασι· καὶ ὑμεῖς μετὰ τὴν γενομένην αὐτοῦ φανέρωσιν καὶ Ἰουδαίων ἐβασιλεύσατε, καὶ τῆς ἐκείνων πάσης γῆς ἐκρατήσατε. Τὸ δὲ, *Αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν*, μηνυτικὸν ἦν ὅτι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν προσδοκήσου-

32. Moyses quidem, qui primus exstitit prophetarum, sic ad verbum scripsit: *Non deficiet princeps e Juda, neque dux e femore ejus, donec veniat cui repositum est, et ipse erit expectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, lavans in sanguine uvæ stolam suam*[69]. Vestrum est igitur accurate inquirere et pernoscere quoadusque Judæis suus fuerit proprius princeps et rex. Nimirum quoad apparuit Jesus Christus magister noster, et latentium oraculorum interpres, quemadmodum prædictum est a Spiritu prophetico per Moysem, non defecturum e Judæis principem, donec veniret ille cui repositum erat regnum. Judas enim auctor generis Judæorum exstitit, a quo etiam ut Judæi vocarentur habuerunt; et postquam ille prodiit, vos Judæis imperastis, et omnem eorum terram ditioni vestræ adjecistis. Illud autem, *Ipse erit expectatio gentium*, significabat fore ex omnibus gentibus, qui eum denuo venturum exspectarent. Quod quidem vobis licet cernere et

[69] Gen. XLIX, 10.

(68) *Πεντακισχιλίοις*. Demonstrat Martianæus noster in defensione text. Hebr. tom. II, cap. 1, primum illum prophetam, qui Christi adventum quinque annorum millibus præcessit, non Henochum esse, ut placebat Perionio, sed Adamum, cujus prophetia sacris et ecclesiasticis scriptoribus laudata. Quod autem idem Martianæus ex verbis Justini colligit, eum non amplius quam quinque annorum millia a mundi creatione ad Christi ortum numerasse, id vereor ut certum et exploratum sit. Neque enim in ejusmodi numeris accuratissime versatur Justinus, qui etiam infra n. 42. Davidem annis mille et quingentis ante Christum collocat.

(69) *Χιλίοις*. Post Adamum, Noe et Moysem, proprius Davidi locus videtur assignari. Sed cum ab eo usque ad Christum annos mille et quingentos infra numeret Justinus, nihil certi videtur statui posse.

(70) *Γενῶν*. Legit γενεῶν eruditus Londinensis editor. Sed nihil prorsus mutandum. Sic enim infra κατὰ γένους διαδοχήν. Sic etiam Africanus apud Euseb. Hist. lib. I, c. 7 : τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν δηγήσομαι.

(71) *Πρῶτος τῶν προφητῶν*. Non video cur Moysen Grabius contendat dignitate, non tempore, primum prophetarum dici. Quem enim Justinus in Cohort. ut scriptorum omnium antiquissimum citat, quid mirum est, si eum hoc loco inter sacros scriptores primum recenset?

(72) *ὯΙ ἀπόκειται*. Regius codex et R. Stephanus habent ὃ ἀπόκειται, Clarom. τὸ ἀπόκειται. Legitur in nostris editionibus LXX interpretum τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Magna est hac in re apud scriptores ecclesiasticos varietas, sed non dubium est quin legerit Justinus ᾧ ἀπόκειται, tum quia paulo post addit post has voces τὸ βασίλειον, tum quia in *Dialogo* n. 120, contendit ita reddidisse Septuaginta interpretes, ac Judæos aliam lectionem excogitasse, nempe τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Lectionem, quam tuetur Justinus, magis usitatam apud Christianos fuisse colligimus ex testimonio Juliani, qui eos accusat apud Cyrill. Alex. lib. VIII, p. 253, quod Scripturam depravaverint, inducenda hac lectione ᾧ ἀπόκειται. Sic interpretatus est Symmachus, teste Eusebio *Demonstr. Evang.* p. 372. Interdum eadem lectio occurrit apud Eusebium, ut lib. VII *Demonstr.* cap. ult. Sed ipse lib. VIII, cap. 1, sic explicat τὰ ἀποκείμενα Christo, ut aliter legisse non videatur. Legimus apud Archelaum p. 78 : *Donec veniat cujus est.* Quod quidem librariorum erratum videtur esse, pro *cui jus est.* Longius foret in aliis scriptoribus recensendis immorari.

Digitized by Google

rei experientia credere. Ex omni enim hominum genere exspectant illum in Judæa crucifixum, post quem statim bello capta Judæorum terra vobis tradita est. Istud porro, *ligans ad vitem pullum suum, et lavans in sanguine uvæ stolam suam*, symbolum erat res significans partim Christo eventuras, partim ab ipso gerendas. Nam pullus quidam asinæ stabat in quodam introitu vici ad vitem alligatus; quem cum sibi a discipulis tunc adduci jussisset, adductum conscendit, eique insidens Jerosolymam ingressus est, ubi maximum Judæorum templum erat, quod postea a vobis eversum est. Ac postea in crucem actus est, ut quod reliquum erat prophetiæ expleretur. Nam illud *lavans in sanguine uvæ stolam suam*, passionem illam prænuntiabat, quam erat passurus, sanguine eos expians qui ipsi credunt. Nam quæ dicitur a divino Spiritu per prophetam stola, homines sunt ei credentes, in quibus illud a Deo semen habitat Verbum. Quod autem dicitur sanguis uvæ, id significabat eum, qui appariturus erat, sanguinem quidem habiturum, sed non ex humano semine, verum ex divina virtute. Prima autem secundum parentem omnium et Dominum Virtus et Filius, Verbum est; quod quomodo incarnatum homo factum sit, deinceps dicemus. Quemadmodum enim uvæ sanguinem **64** non homo fecit, sed Deus : ita et hic sanguis significabatur non ex humano sanguine, sed ex virtute Dei, ut jam diximus, futurus. Atque Isaias alius propheta eadem verbis diversis prædicens sic fatur : *Orietur stella ex Jacob et flos e radice Jesse ascendet, et in brachium ejus gentes sperabunt* [70]. Stella sane lucida exorta est, et flos ascendit e radice Jesse, hic Christus. Nam ex Virgine seminis Jacobi, qui Judæ pater exstitit (Judam autem Judæorum patrem esse ostendimus) per virtutem Dei genitus est. Ac Jesse quidem proavus Christi secundum oraculum fuit; Jacobi autem et Judæ filius secundum generis successionem.

A σιν αὐτὸν πάλιν παραγενησόμενον· ὅπερ ὄψει ὑμῖν πάρεστιν ἰδεῖν, καὶ ἔργῳ πεισθῆναι. Ἐκ πάντων γὰρ γενῶν ἀνθρώπων προσδοκῶσι τὸν ἐν Ἰουδαίᾳ σταυρωθέντα, μεθ' ὃν εὐθὺς δοριάλωτος ὑμῖν ἡ γῆ Ἰουδαίων παρεδόθη. Τὸ δὲ, *Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ πλύνων τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς*, σύμβολον δηλωτικὸν ἦν τῶν γενησομένων τῷ Χριστῷ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραχθησομένων. Πῶλος γάρ τις ὄνου εἱστήκει ἔν τινι εἰσόδῳ κώμης πρὸς ἄμπελον (73) δεδεμένος, ὃν ἐκέλευσεν ἀγαγεῖν αὐτῷ τότε τοὺς γνωρίμους αὐτοῦ, καὶ ἀχθέντος ἐπιβὰς ἐκάθισε, καὶ εἰσελήλυθεν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔνθα τὸ μέγιστον ἱερὸν ἦν Ἰουδαίων, ὃ ὑφ' ὑμῶν ὕστερον κατεστράφη. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐσταυρώθη, ὅπως τὸ λεῖπον τῆς προφητείας συντε-
B λεσθῇ. Τὸ γὰρ, *Πλύνων τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς*, προαγγελτικὸν ἦν τοῦ πάθους οὗ πάσχειν ἔμελλε, δι' αἵματος καθαίρων τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ. Ἡ γὰρ κεκλημένη ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος διὰ τοῦ προφήτου στολὴ, οἱ πιστεύοντες αὐτῷ εἰσιν ἄνθρωποι, ἐν οἷς οἰκεῖ τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ σπέρμα, ὁ Λόγος (74). Τὸ δὲ εἰρημένον αἷμα τῆς σταφυλῆς σημαντικὸν τοῦ ἔχειν μὲν αἷμα τὸν φανησόμενον, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος, ἀλλ' ἐκ θείας δυνάμεως. Ἡ δὲ πρώτη δύναμις (75) μετὰ τὸν Πατέρα πάντων καὶ Δεσπότην Θεὸν, καὶ Υἱὸς, ὁ Λόγος ἐστίν· ὃς τίνα τρόπον σαρκοποιηθεὶς ἄνθρωπος γέγονεν, ἐν τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν. Ὃν τρόπον γὰρ τὸ τῆς
C ἀμπέλου αἷμα οὐκ ἄνθρωπος πεποίηκεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς, οὕτως καὶ τοῦτο ἐμηνύετο (76) οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος γενήσεσθαι τὸ αἷμα, ἀλλ' ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, ὡς προέφημεν. Καὶ Ἡσαΐας δὲ ἄλλος προφήτης τὰ αὐτὰ δι' ἄλλων ῥήσεων προφητεύων, οὕτως εἶπεν· *Ἀνατελεῖ ἄστρον* (77) *ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἄνθος ἀναβήσεται ἀπὸ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί· καὶ ἐπὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν.* Ἄστρον δὲ φωτεινὸν ἀνέτειλε, καὶ ἄνθος ἀνέβη ἀπὸ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, οὗτος ὁ Χριστός. Διὰ γὰρ παρθένου τῆς ἀπὸ τοῦ σπέρματος Ἰακὼβ, τοῦ γενομένου πατρὸς Ἰούδα, τοῦ δεδηλωμένου Ἰουδαίων πατρὸς, διὰ δυνάμεως Θεοῦ ἀπεκυήθη· καὶ Ἰεσσαὶ προπάτωρ μὲν κατὰ τὸ λόγιον γεγένηται· τοῦ δὲ Ἰακὼβ καὶ τοῦ Ἰούδα κατὰ γένους διαδοχὴν υἱὸς ὑπῆρχεν.

33. Jam vero quemadmodum ex virgine oriturum conceptis verbis Isaias prædixerit, audite. Sic au-

33. Καὶ πάλιν ὡς αὐτολεξεὶ διὰ παρθένου μὲν τεχθησόμενος διὰ τοῦ Ἡσαΐου προεφητεύθη, ἀκού-

[70] Isa. xi, 1.

(73) *Πρὸς ἄμπελον.* Hunc pullum ad vitem alligatum fuisse nec Evangelistæ narrant, nec ipse Justinus in *Dialogo* n. 75, ubi hanc prophetiam uberius explicat.

(74) *Τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ σπέρμα, ὁ Λόγος.* Legendum existimat Grabius τὸ πνεῦμα, tum quia Spiritui melius convenit, ut in fidelibus dicatur habitare; tum quia non multo post, nempe n. 33, Verbum vocatur Spiritus. Scio equidem Verbo interdum a Justino Spiritus nomen attribui; at hoc loco non incommode vocatur semen. Sic in *Apol.* 2, n. 6 : Ἐμφυτὸν παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τοῦ Λόγου, et n. 7 : κατὰ σπερματικοῦ Λόγου μέρος.

(75) *Ἡ δὲ πρώτη δύναμις.* Quod ait Justinus Verbum esse virtutem illam, quæ obumbravit Virgini; quodque illud num. sequenti vocat Spiritum
D sanctum, id novum videri non debet, sed usitatum fuit apud sanctos Patres ante et post Justinum, ut pluribus demonstrat doctissimus S. Hilarii Operum editor, Præfat. n. 2.

(76) *Τοῦτο ἐμηνύετο.* Legit τούτου Thirlbius, quæ quidem emendatio satis apta videtur, sed minime necessaria.

(77) *Ἀνατελεῖ ἄστρον.* Observat Grabius hoc Balaami oraculum, *Orietur stella ex Jacob*, apud Irenæum citari lib. III, c. 9, et Isaiæ in antiquissimo Vossii codice attribui, ut eidem prophetæ a Justino tribuitur. Sed hæc ratio non me deterret quominus credam Justinum, dum Scripturam memoriter citat, ex duobus oraculis, Balaam et Isaiæ, unum fecisse.

Digitized by Google

σατε. Ἐλέχθη δὲ οὕτως· *Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν· καὶ ἐροῦσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.* Ἃ γὰρ ἦν ἄπιστα καὶ ἀδύνατα νομιζόμενα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις γενήσεσθαι, ταῦτα ὁ Θεὸς προεμήνυσε διὰ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος μέλλειν γίνεσθαι, ἵν', ὅταν γένηται, μὴ ἀπιστηθῇ, ἀλλ' ἐκ τοῦ προειρῆσθαι πιστευθῇ. Ὅπως δέ τινες (78) μὴ νοήσαντες τὴν δεδηλωμένην προφητείαν, ἐγκαλέσωσιν ἡμῖν ἅπερ ἐνεκάλεσαμεν τοῖς ποιηταῖς εἰποῦσιν ἀφροδισίων χάριν ἐληλυθέναι ἐπὶ γυναῖκας τὸν Δία, διασαφῆσαι τοὺς λόγους πειρασώμεθα. Τὸ οὖν, *Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει*, σημαίνει οὐ συνουσιασθεῖσαν τὴν παρθένον συλλαβεῖν. Εἰ γὰρ ἐσυνουσιάσθη ὑπὸ ὁτουοῦν, οὐκ ἔτι ἦν παρθένος· ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ, ἐπελθοῦσα τῇ Παρθένῳ, ἐπεσκίασεν αὐτὴν, καὶ κυοφορῆσαι παρθένον οὖσαν πεποίηκε. Καὶ ὁ ἀποσταλεὶς δὲ πρὸς αὐτὴν τὴν παρθένον κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ἄγγελος Θεοῦ, εὐηγγελίσατο αὐτὴν εἰπών· *Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν·* ὡς οἱ ἀπομνημονεύσαντες πάντα τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξαν· οἷς ἐπιστεύσαμεν· ἐπειδὴ καὶ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προδεδηλωμένου τὸ προφητικὸν Πνεῦμα τοῦτον γενησόμενον, ὡς προεμηνύομεν (79), ἔφη. Τὸ Πνεῦμα οὖν καὶ τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο νοῆσαι θέμις, ἢ τὸν Λόγον, ὃς καὶ πρωτότοκος τῷ Θεῷ ἐστι, Μωσῆς (80) ὁ προδεδηλωμένος προφήτης ἐμήνυσε. Καὶ τοῦτο, ἐλθὸν ἐπὶ τὴν Παρθένον καὶ ἐπισκιάσαν, οὐ διὰ συνουσίας, ἀλλὰ διὰ δυνάμεως ἐγκύμονα κατέστησε. Τὸ δὲ Ἰησοῦς ὄνομα τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ σωτὴρ τῇ Ἑλληνίδι διαλέκτῳ δηλοῖ. Ὅθεν καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν Παρθένον εἶπε, *καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.* Ὅτι δὲ οὐδενὶ ἄλλῳ θεοφορούνται οἱ προφητεύοντες εἰ μὴ λόγῳ θείῳ (81), καὶ ὑμεῖς, ὡς ὑπολαμβάνω, φήσετε.

34. Ὅπου δὲ καὶ τῆς γῆς γεννᾶσθαι ἔμελλεν, ὡς προεῖπεν ἕτερος προφήτης ὁ Μιχαίας, ἀκούσατε. Ἔφη δὲ οὕτως· *Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς*

A tem locutus est : *Ecce Virgo in utero habebit, et pariet filium, et dicent super nomine ejus : Nobiscum Deus*[71]. Quæ enim incredibilia erant et fieri non posse hominibus videbantur, ea Deus per Spiritum propheticum futura prænuntiavit, ut cum evenissent, fides eis non derogaretur, sed ex eo quod essent prædicta, crederentur. Ne qui autem prolatam prophetiam minus intelligentes, eadem nobis objiciant, quæ poetis, Jovem dicentibus ad mulieres rei venereæ causa ventitasse, objecimus ; verba explanare tentemus. Illud igitur : *Ecce Virgo in utero habebit*, significat absque concubitu concepturam. Nam si cum aliquo consuevisset, non jam esset virgo. Sed virtus Dei superveniens Virgini obumbravit eam, fecitque ut tum, cum esset Virgo, præ-

B gnaret. Et qui tunc ad ipsam Virginem missus est Angelus Dei, sic lætum ei nuntium attulit : *Ecce concipies in utero ex Spiritu sancto, et paries filium, et Filius Altissimi vocabitur : et vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*[72] quemadmodum docuerunt, qui omnia ad Salvatorem nostrum Jesum Christum pertinentia litteris mandarunt ; quibus quidem credimus, quia per eum etiam, quem jam diximus, Isaiam Spiritus propheticus illum ita, uti exposuimus, nasciturum dixit. Spiritum igitur et virtutem quæ a Deo est, nihil aliud fas est intelligere, quam Verbum, quod et Deo primogenitum est, ut is, quem jam diximus, Moyses propheta indicavit. Atque hic Spiritus cum in Virginem illapsus esset, eique obum-

72 48. Atque illud etiam prædictum esse, Christum nostrum morbos omnes curaturum et mortuos excitaturum, ex his verbis audite: *In adventu ejus saliet claudus sicut cervus et diserta erit lingua mutorum; cæci videbunt, et leprosi mundabuntur, et mortui resurgent et ambulabunt* [99]. Quæ quidem ab eo facta esse ex confectis sub Pontio Pilato Actis discere potestis. Quo etiam modo Spiritus propheticus eum cum hominibus in eum sperantibus occisum iri prædixerit, audite Isaiæ verba, quæ sic habent: *Ecce quomodo periit justus, et nemo percipit corde: et viri justi tolluntur, et nemo considerat. A facie injustitiæ sublatus est justus, et erit in pace sepultura ejus, sublatus est e medio* [1]. *Ἀπὸ προσώπου ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος, καὶ ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, ἦρται ἐκ τοῦ μέσου* (28).

48. Ὅτι δὲ καὶ θεραπεύειν πάσας νόσους, καὶ νεκροὺς ἀνεγερεῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς προεφητεύθη, ἀκούσατε τῶν λελεγμένων. Ἔστι δὲ ταῦτα· *Τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ἁλεῖται χωλὸς ὡς ἔλαφος, καὶ τραχεῖα ἔσται γλῶσσα μογιλάλων· τυφλοὶ ἀναβλέψουσι, καὶ λεπροὶ καθαρισθήσονται, καὶ νεκροὶ ἀναστήσονται, καὶ περιπατήσουσιν.* Ὅτι τε ταῦτα ἐποίησεν, ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων αὐτῷ (27) μαθεῖν δύνασθε. Πῶς τε προμεμήνυται ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος ἀναιρεθησόμενος ἅμα τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζουσιν ἀνθρώποις, ἀκούσατε τῶν λεχθέντων διὰ Ἡσαΐου. Ἔστι δὲ ταῦτα· *Ἴδε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ· καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς καταγοεῖ.*

49. Ac rursum quomodo futurum Isaias dixerit, ut eum populi gentium adorarent, qui minime exspectabant, Judæi vero qui semper exspectabant, advenientem non agnoscerent. Hæc autem velut ex ipsius Christi persona dicta sunt in hunc modum: *Manifestus factus sum non interrogantibus me: inventus sum ab his, qui me non quærebant. Dixi,*

49. Καὶ πάλιν πῶς δι' αὐτοῦ Ἡσαΐου λέλεκται, ὅτι οἱ οὐ προσδοκήσαντες αὐτὸν λαοὶ τῶν ἐθνῶν προσκυνήσουσιν αὐτόν· οἱ δὲ ἀεὶ προσδοκῶντες Ἰουδαῖοι ἀγνοήσουσι παραγενόμενον αὐτόν· ἐλέχθησαν δὲ οἱ λόγοι ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· *Ἐμφανὴς ἐγερήθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν. Εἶπον, Ἰδού εἰμι*

[97] Isa. LXIV, 10-12. [98] Isa. I, 7. [99] Isa. XXXV, 6. [1] Isa. LVII, 1.

(23) *Ἠρήμωτο.* Nonnulli malunt ἠρήμωται. Sed convenientius mihi videtur ἠρήμωτο, *in solitudinem redacta fuerat.* Ibidem Sylburgius mallet γενέσθαι vel γενήσεσθαι. Sed mihi videtur Justinus præteritum tempus usurpare, quia in ipsa prophetia idem tempus usurpatur.

(24) *Καὶ οὐκ ἔσται.* Observat Thirlbius hæc a Jeremia dicta esse de Babylone cap. L, v. 3. Vide Jerem. II, v. 15.

(25) *Καὶ θάνατος.* De hac lege vide Not. ad *Dialogi* n. 16.

(26) Ejusdem interdicti meminit in *Dialogo*, c. 16. Vide Valesium ad Euseb. *Hist. eccl.*, IV, 6. Otto.

(27) *Γενομένων αὐτῷ.* Legendum esse ἄχθων, ut supra n. 33, Casaubonus admonuit exercit. ult., p. 554.

(28) *Ἦρται ἐκ τοῦ μέσου.* Legitur in *Dialogo* n. 37, ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἦρται ἐκ τοῦ μέσου, ut Thirlbius observavit.

Digitized by Google

ἔθνη (LXX τῷ ἔθνει) οἳ οὐκ ἐκάλεσαν τὸ ὄνομά μου. Ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, ἐπὶ τοὺς πορευομένους ἐν ὁδῷ οὐ καλῇ, ἀλλ' ὀπίσω τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Ὁ λαὸς ὁ παροξύνων ἐναντίον μου. Ἰουδαῖοι γὰρ, ἔχοντες τὰς προφητείας, καὶ ἀεὶ προσδοκήσαντες τὸν Χριστὸν παραγενησόμενον (29), ἠγνόησαν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ παρεχρήσαντο· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, μηδέποτε μηδὲν ἀκούσαντες περὶ τοῦ Χριστοῦ, μέχρις οὗ οἱ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐξελθόντες ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐμήνυσαν τὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ τὰς προφητείας παρέδωκαν, πληρωθέντες χαρᾶς καὶ πίστεως, τοῖς εἰδώλοις ἀπετάξαντο, καὶ τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ (30) ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν. Ὅτι δὲ προεγινώσκετο τὰ δύσφημα ταῦτα λεχθησόμενα κατὰ τῶν τὸν Χριστὸν ὁμολογούντων, καὶ ὡς εἶεν τάλανες οἱ δυσφημοῦντες αὐτὸν, καὶ τὰ παλαιὰ ἔθη καλὸν εἶναι τηρεῖν λέγοντες, ἀκούσατε τῶν βραχυεπῶς εἰρημένων διὰ Ἡσαΐου. Ἔστι δὲ ταῦτα· Οὐαὶ τοῖς λέγουσι τὸ γλυκὺ πικρὸν, καὶ τὸ πικρὸν γλυκύ.

50. Ὅτι δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος ἄνθρωπος, παθεῖν καὶ ἀτιμασθῆναι ὑπέμεινε, καὶ πάλιν μετὰ δόξης παραγενήσεται, ἀκούσατε τῶν εἰρημένων εἰς τοῦτο προφητειῶν. Ἔστι δὲ ταῦτα· Ἀνθ' ὧν παρέδωκαν εἰς θάνατον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀνόμων ἐλογίσθη· αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἔλαβε, καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐξιλάσεται. Ἰδὲ γὰρ, συνήσει ὁ παῖς μου, καὶ ὑψωθήσεται, καὶ δοξασθήσεται σφόδρα. Ὃν τρόπον ἐκστήσονται πολλοὶ ἐπὶ σὲ, οὕτως ἀδοξήσει ἀπὸ ἀνθρώπων τὸ εἶδός σου, καὶ ἡ δόξα σου ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· οὕτως θαυμάσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ συνέξουσι βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν. Ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ (31), καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι. Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; Ἀνηγγείλαμεν ἐνώπιον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ· οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς ἀνθρώπους. Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει. Αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης (33) ἐπ' αὐ-

A adsum, *ad gentes quæ non vocaverunt nomen meum. Expandi manus meas ad populum incredulum et contradicentem, qui ambulabant in via non bona, sed post peccata sua; populus provocans ad iracundiam coram me*[1]. Judæi enim, qui prophetias in manibus habebant, ac Christum semper exspectaverant venturum, eum non agnoverunt, ac non solum non agnoverunt, sed etiam occiderunt. Qui autem ex gentibus, cum nihil unquam de Christo audivissent, quoad de ejus rebus apostoli Hierosolymis profecti nuntiarent, et prophetias illis traderent, gaudio et fide pleni nuntium simulacris remiserunt, seque ingenito Deo per Christum consecrarunt. Illud autem præcognitum esse, nefanda illa crimina adversus eos qui Christum confitentur,
B sparsum iri, ac miseros fore eos qui illum maledictis appetunt, et vetera instituta servare præclarum esse dictitant, cognoscite ex his Isaiæ breviter dictis : *Væ qui dicitis dulce amarum, et amarum dulce*[2].

50. Quod autem et pro nobis homo factus pati et ignominia affici sustinuit, et iterum cum gloria venturus est; audite edita ea de re vaticinia, quæ sic habent : *Pro eo quod tradiderunt in mortem animam ejus, et cum iniquis reputatus est : ipse peccata multorum suscepit, et iniquis propitius erit*[3]. *Ecce enim intelliget puer meus, et exaltabitur, et glorificabitur valde. Sicut stupebunt super te multi, sic inglorius erit ab hominibus aspectus tuus, et gloria tua ab hominibus. Sic mirabuntur gentes multæ, et*
C *continebunt reges os suum. Quia quibus non est annuntiatum de eo, et qui non audierunt, intelligent*[4]. *Domine, quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est? Annuntiavimus in conspectu ejus tanquam puerulum* (32); *sicut radix in terra sitienti : non est species ei, neque gloria; et vidimus eum, et non habebat speciem, neque decorem; sed species ejus inhonorata, et deficiens præ hominibus.* **73** *Homo in plaga positus, et sciens ferre infirmitatem; quia aversa est facies ejus, despecta, et non reputata. Iste peccata nostra portat, et pro nobis dolet : et nos reputavimus eum esse in labore, et in plaga, et in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, et infirmatus*
D *est propter peccata nostra. Disciplina pacis super eum. Livore ejus nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus; homo in via sua erravit. Et tradidit eum propter iniquitates nostras; et ipse propter affli-*

[1] Isa. LXV, 1-3. [2] Isa. V, 20. [3] Isa. LIII, 12. [4] Isa. LII, 13-15.

(29) *Παραγενησόμενον.* Mallet παραγενόμενον Sylburgius, aut saltem hoc verbum addendum putat ante ἠγνόησαν.

(30) *Τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ.* Notatu dignum est hanc ipsam fuisse formulam, qua olim catechumeni, post aliquod tempus baptizandi, ex Ecclesia dimissi sunt, diacono inter alia proclamante : Ἑαυτοὺς τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παράθεσθε. *Vosipsos soli ingenito Deo per Christum ejus dedicate*, uti legitur lib. VIII *Constit. apostol.*, cap. 6. Ad quam Justinus non hic solum allusit, sed et supra n. 14 et 25, et infra n. 61. GRABIUS.

(31) *Περὶ αὐτοῦ.* Observant Sylburgius et Thirlbius legi ὄψονται apud Septuaginta. Addit Thirlbius idem verbum non omitti *Dialog.* n. 13 et 118.

(32) Vertendum est, *tanquam puerulus*, quia Justinus in *Dialogo*, n. 42, ex hoc loco concludit Christianos omnes instar unius hominis esse ob arctissimam animorum conjunctionem.

(33) *Εἰρήνης.* Addunt ἡμῶν Septuaginta et Justinus *Dialog.*, 13. THIRLB.

Digitized by Google

ctionem non aperuit os suum. Sicut ovis ad victimam ductus est; et sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperuit os suum. In humilitate sua judicium ejus sublatum est [6]. Postquam igitur crucifixus est, ab eo etiam discipuli omnes defecerunt, eum negantes; rursusque ex mortuis redivivus cum eis apparuisset, et prophetias, in quibus futura hæc omnia prædictum fuerat, legere docuisset, illumque ascendentem in cœlum vidissent, et credidissent, ac virtute, quam inde illis immisit, accepta, ad omne hominum genus profecti essent; hæc docuere et apostoli appellati sunt.

A τόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Μετὰ οὖν τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν, καὶ οἱ γνώριμοι αὐτοῦ πάντες ἀπέστησαν, ἀρνησάμενοι αὐτόν· ὕστερον δὲ, ἐκ νεκρῶν ἀναστάντος, καὶ ὀφθέντος αὐτοῖς, καὶ ταῖς προφητείαις ἐντυχεῖν, ἐν αἷς πάντα ταῦτα προείρητο γενησόμενα, διδάξαντος, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνερχόμενον ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες, καὶ δύναμιν ἐκεῖθεν αὐτοῖς πεμφθεῖσαν παρ' αὐτοῦ λαβόντες, καὶ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐλθόντες, ταῦτα ἐδίδαξαν, καὶ ἀπόστολοι προσηγορεύθησαν.

51. Nobis autem ut ostenderet Spiritus propheticus eum, qui hæc patitur, non enarrabile genus habere, et inimicis suis imperare, sic locutus est: *Generationem ejus quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita ejus. Ab iniquitatibus eorum transit in mortem. Et dabo pessimos pro sepultura ejus, et divites pro morte illius. Quia iniquitatem non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus: et Dominus vult mundare eum a plaga. Si datus fuerit pro peccato, anima vestra videbit semen longævum. Et vult Dominus auferre de dolore animam ejus, ostendere ei lucem, et formare intelligentia, justificare justum bene servientem multis. Et peccata nostra ipse portabit; propterea ipse possidebit multos, et fortium dividet spolia, pro eo quod tradita est ad mortem anima ejus; et in iniquis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et propter iniquitates eorum traditus est* [7]. Quomodo autem et in cœlum ascensurum esse illum prædictum sit, audite. Sic enim dictum est: *Tollite portas cœlorum: aperimini, ut ingrediatur rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis, et Dominus potens* [8]. Quomodo autem et de cœlis venturus sit cum gloria, audite quæ ea de re dicta sunt per Jeremiam prophetam. Sic autem se habent: *Ecce tanquam filius hominis venit in nubibus cœli, et angeli ejus cum eo* [9].

B 51. Ἵνα δὲ μηνύσῃ ἡμῖν τὸ προφητικὸν Πνεῦμα, ὅτι ὁ ταῦτα πάσχων ἀνεκδιήγητον ἔχει τὸ γένος, καὶ βασιλεύει τῶν ἐχθρῶν, ἔφη οὕτως· Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν ἦκει εἰς θάνατον. Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶτοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ Κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. Ἐὰν δῶται περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. Καὶ βούλεται Κύριος ἀφελεῖν ἀπὸ πόνου τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς· καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνοίσει· C διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκύλα· ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν αὐτὸς παρεδόθη. Ὡς δὲ καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἐμελλεν ἀνιέναι, καθὼς προεφητεύθη, ἀκούσατε· ἐλέχθη δὲ οὕτως· Ἄρατε πύλας οὐρανῶν, ἀνοίχθητε, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος κραταιὸς καὶ Κύριος δυνατός. Ὡς δὲ καὶ ἐξ οὐρανῶν παραγίνεσθαι μετὰ δόξης μέλλει, ἀκούσατε καὶ τῶν εἰρημένων εἰς τοῦτο διὰ Ἱερεμίου (34) τοῦ προφήτου. Ἔστι δὲ ταῦτα· *Ἰδοὺ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἔρχεται ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ σὺν αὐτῷ.*

52. Quoniam igitur quæ evenerunt, jam omnia ostendimus prædicta, antequam evenirent, per prophetas fuisse; necesse est et ea, quæ similiter prædicta sunt, ac aliquando evenient, omnino eventura credere. Quemadmodum enim ea quæ jam evenerunt, prædicta et ignorata evenerunt; ita et quæ supersunt, quamvis ignorentur ac non credantur, evenient. Duos enim illius adventus prædixerunt prophetæ: unum quidem, qui jam exhi-

D 52. Ἐπειδὴ τοίνυν τὰ γενόμενα ἤδη πάντα ἀποδείκνυμεν πρὶν ἢ γενέσθαι προκεκηρύχθαι διὰ τῶν προφητῶν, ἀνάγκη καὶ περὶ τῶν ὁμοίως προφητευθέντων, μελλόντων δὲ γίνεσθαι, πίστιν ἔχειν, ὡς πάντως γενησομένων. Ὃν γὰρ τρόπον τὰ ἤδη γενόμενα, προκεκηρυγμένα καὶ ἀγνοούμενα ἀπέβη, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ λείποντα, κἂν ἀγνοῆται καὶ ἀπιστῆται (35), ἀποβήσονται. Δύο γὰρ αὐτοῦ παρουσίας προεκήρυξαν οἱ προφῆται· μίαν μὲν, τὴν ἤδη γενο-

[6] Isa. LIII, 1-8. [7] Ibid., 8-12. [8] Psal. XXIII, 7. [9] Dan. VII, 13.

(34) *Διὰ Ἱερεμίου.* Non Jeremiæ esse hunc locum, sed Danielis, jam multi observarunt.

(35) *Καὶ ἀπιστῆται.* Ita Clarom. Editi ἀπιστεῖται.

Digitized by Google

μένην, ὡς ἀτέμου καὶ παθητοῦ ἀνθρώπου· τὴν δὲ δευτέραν, ὅταν μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν μετὰ τῆς ἀγγελικῆς αὐτοῦ στρατιᾶς παραγενήσεσθαι κεκήρυκται, ὅτε καὶ τὰ σώματα ἀνεγερεῖ πάντων τῶν γενομένων ἀνθρώπων· καὶ τῶν μὲν ἀξίων, ἐνδύσῃ ἀφθαρσίαν· τῶν δ' ἀδίκων, ἐν αἰσθήσει (36) αἰωνίᾳ μετὰ τῶν φαύλων δαιμόνων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψει. Ὡς δὲ καὶ ταῦτα προείρηται γενησόμενα, δηλώσομεν. Ἐῤῥέθη δὲ διὰ Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου οὕτως· *Συναχθήσεται ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν, καὶ ὀστέον πρὸς ὀστέον, καὶ σάρκες ἀναφυήσονται, καὶ πᾶν γόνυ κάμψει τῷ Κυρίῳ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ.* Ἐν οἵᾳ δὲ αἰσθήσει καὶ κολάσει γενέσθαι μέλλουσιν οἱ ἄδικοι, ἀκούσατε τῶν ὁμοίως εἰς τοῦτο εἰρημένων. Ἔστι δὲ ταῦτα· *Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ παυθήσεται* (37)· *καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται.* Καὶ τότε μετανοήσουσιν, ὅτε οὐδὲν ὠφελήσουσι. Ποῖα δὲ μέλλουσιν οἱ λαοὶ τῶν Ἰουδαίων λέγειν καὶ ποιεῖν, ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ἐν δόξῃ παραγενόμενον, διὰ Ζαχαρίου (38) τοῦ προφήτου προφητευθέντα ἐλέχθη οὕτως· *Ἐντελοῦμαι τοῖς τέσσαρσιν ἀνέμοις συνάξαι τὰ ἐσκορπισμένα τέκνα· ἐντελοῦμαι τῷ Βορρᾷ φέρειν, καὶ τῷ Νότῳ μὴ προσκόπτειν. Καὶ τότε ἐν Ἱερουσαλὴμ κοπετὸς μέγας, οὐ κοπετὸς στομάτων ἢ χειλέων, ἀλλὰ κοπετὸς καρδίας· καὶ οὐ μὴ σχίσωσιν αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἀλλὰ τὰς διανοίας. Κύψονται φυλὴ πρὸς φυλήν, καὶ τότε ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, καὶ ἐροῦσι· Τί, Κύριε, ἐπλάνησας ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου; Ἡ δόξα ἦν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγερήθη ἡμῖν εἰς ὄνειδος.*

53. Πολλὰς μὲν καὶ ἑτέρας προφητείας ἔχοντες εἰπεῖν, ἐπαυσάμεθα (39), αὐτάρκεις καὶ ταύτας εἰς πεισμονὴν τοῖς τὰ ἀκουστικὰ καὶ νοερὰ ὦτα ἔχουσιν εἶναι λογισάμενοι, καὶ νοεῖν δύνασθαι αὐτοὺς ἡγούμενοι, ὅτι οὐχ ὁμοίως τοῖς μυθοποιηθεῖσι περὶ τῶν νομισθέντων υἱῶν τοῦ Διός, καὶ ἡμεῖς μόνον λέγομεν, ἀλλ' οὐκ ἀποδεῖξαι ἔχομεν. Τίνι γὰρ ἂν λόγῳ ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι ἐπειθόμεθα, ὅτι πρωτότοκος τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ ἐστι, καὶ αὐτὸς τὴν κρίσιν τοῦ παντὸς ἀνθρωπείου γένους ποιήσεται, εἰ μὴ μαρτύρια, πρὶν ἢ ἐλθεῖν αὐτὸν ἄνθρωπον γενόμενον, κεκηρυγμένα περὶ αὐτοῦ εὕρομεν, καὶ οὕτως γενόμενα ὁρῶμεν; γῆς μὲν Ἰουδαίων ἐρήμωσιν, καὶ τοὺς ἀπὸ παντὸς ἔθνους ἀνθρώπων διὰ τῆς παρὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ διδαχῆς πεισθέντας, καὶ παραιτησαμένους τὰ παλαιὰ, ἐν οἷς πλανώμενοι ἀνεστράφησαν, ἔθη (40), ἑαυτοὺς ἡμᾶς ὁρῶντες, πλείονάς τε καὶ ἀληθεστέρους τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρέων Χριστιανοὺς εἰδότες. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα γένη ἀνθρώπεια ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος καλεῖται ἔθνη·

bitus est, tanquam despecti et passibilis hominis; alterum autem, quando cum gloria e cœlis una cum angelico ipsius exercitu adventurus prædicatur; 74 quando et corpora exsuscitabit omnium, quicunque exstiterunt, hominum; ac dignorum quidem corpora induet incorruptione, iniquorum autem in perpetuo sensu cum pravis dæmonibus in ignem æternum mittet. Quomodo autem hæc quoque prædicta sint, ostendemus. Sic enim Ezechiel propheta: *Coagmentabitur junctura ad junctura, et os ad os; et carnes denuo succrescent*[10]. *Et genu omne curvabitur Domino, et omnis lingua confitebitur ei*[11]. Quali autem in sensu et cruciatu futuri sint iniqui, audite quæ similiter ea de re dicta sunt. Sic autem se habent: *Vermis eorum non sopietur, et ignis eorum non exstinguetur*[12]; et tunc eos pœnitebit, cum nihil promovebunt. Quænam autem dicturi sint populi Judæorum et facturi, cum eum videbunt cum gloria advenientem, sic Zacharias propheta prædixit: *Præcipiam quatuor ventis, ut congregent dispersos liberos; præcipiam Boreæ, ut ferat, et Austro ut ne impingat. Et tum in Hierusalem erit planctus ingens; non planctus oris aut labiorum, sed planctus cordis; et non scindent vestimenta sua, sed mentes; et plangent tribus ad tribum, et tunc videbunt in quem pupugerunt, ac dicent: Cur, Domine, aberrare nos fecisti a via tua? Gloria, cui benedixerunt patres nostri, conversa nobis est in ignominiam*[13-15].

53. Multa igitur et alia habentes prophetarum testimonia, quæ proferre possemus, finem facimus, cum satis ista esse ad persuasionem arbitremur his qui aures ad audiendum et intelligendum idoneas habent, eosque perspicere posse existimemus, nequaquam nos, fabularum more ac modo, quæ de opinatis Jovis filiis feruntur, dicere quidem, sed demonstrare non posse. Quomodo enim homini crucifixo crederemus eum esse primogenitum ingenito Deo, ac judicium de universo genere humano facturum, nisi testimonia de eo, antequam homo factus veniret, prædicata inveniremus, eaque eventu confirmata videremus; Judæorum terræ vastitatem, ac eos qui ex omni hominum gente, illius apostolorum doctrinæ credidere, et vetera, in quibus opinionis errore versabantur, instituta aversati sunt, nimirum nosmetipsos intuentes, ac plures ex gentibus, et veriores, quam ex Judæis et Samaritanis, Christianos esse perspicientes? Cætera enim omnia hominum ge-

[10] Ezech. xxxvii, 7, 8. [11] Isa. xlv, 24. [12] Isa. lxvi, 24. [13-15] Zach. xii, 3-14; Isa. lxiii, 17 et lxiv, 11.

(36) *Ἐν αἰσθήσει.* Eadem loquendi ratio paulo post occurrit et antea n. 20 et Judith xvi, 17. Thirlbius. Ibid. leg. ἐνδύσει.

(37) *Παυθήσεται.* LXX τελευτήσει, atque ita noster *Dialog.*, n. 54, παύσεται, n. 148. Thirlbius.

(38) *Ζαχαρίου.* Hæc omnia tanquam Zachariæ citantur: sunt autem partim Isaiæ, partim ipsius Justini. Thirlbius.

(39) *Ἐπαυσάμεθα.* Reg. et Claromont. habent ad maginem παυόμεθα. Sic etiam R. Stephanus, ad calcem.

(40) *Ἔθη.* Legitur ἔθνη in codice Claromontano.

Digitized by Google

nera a prophetico Spiritu gentes vocantur; Judaicæ autem et Samaritanæ tribus, Israel et domus Jacob. Quomodo autem prædictum sit plures ex gentibus credituros, quam ex Judæis et Samaritanis, vaticinium afferemus, quod sic habet : *Lætare, sterilis quæ non paris; erumpe et clama, quæ non parturis, quoniam multo plures sunt filii desertæ, quam ejus quæ habet virum* [16]. Desertæ namque erant et veri Dei ignaræ gentes omnes manuum opera colentes. Judæi autem et Samaritani, qui Dei verbum sibi per prophetas traditum habebant, et Christum semper exspectaverant, advenientem et præsentem non agnoverunt, paucis exceptis quos salvos fore Spiritus propheticus per Isaiam **75** prædixit. Locutus autem est velut ex eorum persona : *Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma et Gomorrha facti essemus* [17]. Sodoma enim et Gomorrha memorantur a Moyse civitates quædam hominum impiorum fuisse, quas Deus igne et sulphure crematas evertit, nemine in eis servato, præter inquilinum quemdam, Chaldæum genere nomine Loth, quicum filiæ incolumes evaserunt. Hanc regionem omnem desertam et exustam esse et sterilem manere, possunt cernere qui voluerint. Quemadmodum autem et veriores qui ex gentibus, et fideliores prædicti fuerint, Isaiæ prophetæ dicta referemus, quæ sic habent : *Israel incircumcisus corde, gentes autem præputio* [18]. Tot ergo et tanta ante oculos posita persuasionem et fidem iis, qui verum amplectuntur, nec opiniones sectantur, nec cupiditatibus serviunt, ratione nixam afferre possunt.

54. Qui vero fabulosa poetarum commenta tradunt, nullam prorsus demonstrationem ediscentibus adolescentibus proferunt; sed hæc decipiendi et abducendi humani generis causa, malorum dæmonum operatione dicta demonstramus. Cum enim prædicari a prophetis audissent venturum esse Christum, ac impios homines excruciatum iri; perfecerunt ut multi dicerentur geniti Jove filii; rati efficere se posse, ut quæ ad Christum spectant, ea homines prodigiosas fabulas, et iis quæ a poetis dicta sunt, similia existimarent. Atque hæc vul-

[16] Isa. LIV, 1. [17] Isa. I, 9. [18] Jer. IX, 26.

A τὸ δὲ Ἰουδαϊκὸν καὶ Σαμαρειτικὸν φῦλον, Ἰσραὴλ καὶ οἶκος Ἰακὼβ κέκληνται. Ὡς δὲ προεφητεύθη ὅτι πλείονες οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύοντες τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρέων, τὰ προφητευθέντα ἀπαγγελοῦμεν. Ἐλέχθη δὲ οὕτως· *Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.* Ἔρημα γὰρ ἦν πάντα τὰ ἔθνη ἀληθινοῦ Θεοῦ, χειρῶν ἔργοις λατρεύοντα· Ἰουδαῖοι δὲ καὶ Σαμαρεῖς, ἔχοντες τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγον διὰ τῶν προφητῶν παραδοθέντα αὐτοῖς, καὶ ἀεὶ προσδοκήσαντες τὸν Χριστὸν, παραγενόμενον ἠγνόησαν, πλὴν ὀλίγων τινῶν, οὓς προεῖπε τὸ ἅγιον προφητικὸν Πνεῦμα διὰ Ἡσαΐου σωθήσεσθαι. Εἶπε δὲ ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν· *Εἰ μὴ Κύριος ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρ-*
B *μα, ὡς Σόδομα καὶ Γόμορρα ἂν ἐγενήθημεν.* Σόδομα γὰρ καὶ Γόμορρα πόλεις τινὲς ἀσεβῶν ἀνδρῶν ἱστοροῦνται ὑπὸ Μωσέως γενόμεναι, ἃς πυρὶ καὶ θείῳ καύσας ὁ Θεὸς κατέστρεψε, μηδενὸς τῶν ἐν αὐταῖς σωθέντος, πλὴν ἀλλοεθνοῦς τινος Χαλδαίου τὸ γένος, ᾧ ὄνομα Λώτ· σὺν ᾧ καὶ θυγατέρες διεσώθησαν. Καὶ τὴν πᾶσαν αὐτῶν χώραν ἔρημον καὶ κεκαυμένην οὖσαν, καὶ ἄγονον μένουσαν, οἱ βουλόμενοι ὁρᾶν ἔχουσιν. Ὡς δὲ καὶ ἀληθέστεροι οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν (41) καὶ πιστότεροι προεγινώσκοντο, ἀπαγγελοῦμεν τὰ εἰρημένα διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου. Ἔφη δὲ οὕτως· *Ἰσραὴλ ἀπερίτμητος τὴν καρδίαν, τὰ δὲ ἔθνη τὴν ἀκροβυστίαν.* Τὰ τοσαῦτα γοῦν ὁρώμενα, πειθὼ καὶ πίστιν τοῖς τἀληθὲς ἀσπαζομένοις καὶ μὴ φιλοδοξοῦσι, μηδὲ ὑπὸ παθῶν ἀρχομένοις, μετὰ λόγου
C ἐμφορῆσαι δύναται.

54. Οἱ δὲ παραδιδόντες τὰ μυθοποιηθέντα ὑπὸ τῶν ποιητῶν οὐδεμίαν ἀπόδειξιν φέρουσι τοῖς ἐκμανθάνουσι νέοις· καὶ ἐπὶ ἀπάτῃ (42) καὶ ἀπαγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους εἰρῆσθαι ἀποδείκνυμεν κατ' ἐνέργειαν τῶν φαύλων δαιμόνων. Ἀκούσαντες γὰρ διὰ τῶν προφητῶν κηρυσσόμενον παραγενησόμενον τὸν Χριστὸν, καὶ κολασθησομένους διὰ πυρὸς τοὺς ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων, προσβάλλοντο πολλοὺς λεχθῆναι (43) λεγομένους υἱοὺς τῷ Διΐ, νομίζοντες δυνήσεσθαι ἐνεργῆσαι τερατολογίαν ἠγήσασθαι τοὺς ἀνθρώπους τὰ περὶ τὸν Χριστὸν, καὶ ὁμοίως τοῖς ὑπὸ

(41) Ἀληθέστεροι οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. Videtur prima specie cum Justino pugnare Irenæus, qui plus negotii in ethnicis, quam in Judæis ad Christum convertendis fuisse docet. « Quapropter plus laborabat, inquit lib. IV, c. 24, qui in gentes apostolatum acceperat, quam qui in circumcisione præconabantur Filium Dei. Illos enim adjuvabant Scripturæ quas confirmavit Dominus et adimplevit talis veniens, qualis et prædicatur. Hic vero peregrina quædam eruditio et nova doctrina deos gentium non solum non esse deos, sed et idola esse dæmoniorum; esse autem unum Deum..... et hujus Verbum naturaliter quidem invisibilem, palpabilem et visibilem in hominibus factum. » Sed observandum est Irenæum in hoc Judæos cum ethnicis comparare, quod in istis Moyses quoddam veluti fundamentum jecisset, cui facilius deinceps superstruerent apostoli; in ethnicis autem docendis initium prædicandi ab ipsis elementis, ab ipsa Dei
D singularitate faciendum esset. Sed libentius et generosius ethnicos credidisse assentitur Irenæus, qui sic ibidem loquitur : « Generosior autem rursus fides ostenditur, sermonem Dei assequentium sine instructione litterarum. »

(42) Καὶ ἐπὶ ἀπάτῃ. Ex tribus, quæ supra Justinus n. 23, probaturum se promiserat, hoc erat tertium, quod nunc de fabulis poetarum ad homines a fide avertendos excogitatis aggreditur.

(43) Λεχθῆναι. Prima specie convenientius videri possit τεχθῆναι, nempe eos qui geniti ex Jove dicuntur. Sed cum non multo post dicat Justinus τὸν Περσέα λεχθῆναι προεβάλλοντο, nihil mutandum. Non enim dicit Justinus perfecisse dæmones, ut gigneretur Perseus, sed ut genitus diceretur. Frustra ergo legendum τεχθῆναι contendit Clericus, tom. III *Biblioth. select.* Legendo γενομένους υἱούς, sana erunt omnia. Mox Thirlbius legendum conjicit καὶ ὅμοια.

Digitized by Google

τῶν ποιητῶν λεχθεῖσι. Καὶ ταῦτα δ' ἐλέχθη καὶ ἐν Ἕλλησιν, καὶ ἐν ἔθνεσι πᾶσιν, ὅπου μᾶλλον ἐπήκουον τῶν προφητῶν πιστευθήσεσθαι τὸν Χριστὸν προκηρυσσόντων. Ὅτι δὲ καὶ ἀκούοντες τὰ διὰ τῶν προφητῶν λεγόμενα οὐκ ἐνόουν ἀκριβῶς, ἀλλ' ὡς πλανώμενοι ἐμιμήσαντο τὰ περὶ τὸν ἡμέτερον Χριστὸν, διασαφήσομεν. Μωσῆς οὖν ὁ προφήτης, ὡς προέφημεν, πρεσβύτερος ἦν πάντων συγγραφέων· καὶ δι' αὐτοῦ, ὡς προεμηνύσαμεν, προεφητεύθη οὕτως· *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ* (44), *πλύνων τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς*. Τούτων οὖν τῶν προφητικῶν λόγων ἀκούσαντες οἱ δαίμονες, Διόνυσον μὲν ἔφασαν γεγονέναι υἱὸν τοῦ Διὸς, εὑρετὴν δὲ γενέσθαι ἀμπέλου παρέδωκαν, καὶ οἶνον (45) ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ ἀναγράφουσι (46), καὶ διασπαραχθέντα αὐτὸν ἀνεληλυθέναι εἰς οὐρανὸν ἐδίδαξαν. Καὶ ἐπειδὴ διὰ τῆς Μωϋσέως προφητείας οὐ ῥητῶς ἐσημαίνετο, εἴτε υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ παραγενησόμενός ἐστι, καὶ εἰ ὀχούμενος ἐπὶ πώλου ἐπὶ γῆς μενεῖ (47), ἢ εἰς οὐρανὸν ἀνελεύσεται· καὶ τὸ τοῦ πώλου ὄνομα καὶ ὄνου πῶλον καὶ ἵππου σημαίνειν ἐδύνατο· μὴ ἐπιστάμενοι εἴτε ὄνου πῶλον ἄγων ἔσται σύμβολον (48) τῆς παρουσίας αὐτοῦ, εἴτε ἵππου, ὁ προκηρυσσόμενος, καὶ υἱὸς Θεοῦ ἐστιν, ὡς προέφημεν, ἢ ἀνθρώπου· τὸν Βελλεροφόντην καὶ αὐτὸν, ἐφ' ἵππου Πηγάσου ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπου γενόμενον, εἰς οὐρανὸν ἔφασαν ἀνεληλυθέναι. Ὅτε δὲ ἤκουσαν διὰ τοῦ ἄλλου προφήτου Ἡσαΐου λεχθὲν, ὅτι διὰ Παρθένου τεχθήσεται, καὶ δι' ἑαυτοῦ ἀνελεύσεται εἰς τὸν οὐρανὸν, τὸν Περσέα λεχθῆναι προεβάλλοντο. Καὶ ὅτε ἔγνωσαν (49) εἰρημένον, ὡς προλέλεκται ἐν

A gata sunt et apud Græcos et apud gentes omnes, ubi futurum esse, ut Christo magis crederetur, prophetas prænuntiantes audiebant. Sed eos, cum prophetarum dicta audirent, parum accurate sententiam calluisse, ac more errantium res Christi imitatos esse demonstrabimus. Moyses igitur propheta, ut jam diximus [19], antiquior fuit omnibus scriptoribus, sicque, ut demonstravimus [20], valicinatus est : *Non deficiet princeps ex Juda, et dux de femore ejus, donec veniat cui repositum est; et ipse erit exspectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, lavans stolam suam in sanguine uvæ* [21]. Hæc prophetæ verba cum audissent dæmones, Bacchum dixerunt Jovis filium esse, vitisque inventorem esse tradiderunt, ac vinum in ejus

B mysteriis exhibent, eumque dilaniatum in cœlum ascendisse docuerunt. Et quia in Moysis prophetia nominatim expressum non erat, utrum is qui venturus erat, Filius Dei sit, ac utrum pullo insidens **76** in terra mansurus an cœlum ascensurus esset; deinde etiam quia pulli nomen, et asini pullum et equi designare poterat, cum nescirent utrum asini an equi pullum agens, præsentiam suam is, qui prænuntiabatur, esset significaturus, atque utrum Dei, ut diximus, an hominis sit filius; ipsum quoque Bellerophontem equo Pegaso invectum, hominem ex hominibus natum, in cœlum ascendisse dixerunt. Cum autem illud audissent, quod ab alio propheta Isaia dictum est,

C eum ex Virgine nasciturum, et per seipsum in cœlum ascensurum, perfecerunt ut Perseus diceretur [22]. Sic etiam ubi cognoverunt id, quod in prophetiis supra allatis prædicitur : *Fortis ut gigas ad currendam viam* [23], fortem Herculem

[19] supra n. 44. [20] n. 32. [21] Gen. XLIX, 10. [22] supra n. 4. [23] Psal. XVIII, 6.

(44) *Τὸν πῶλον αὐτοῦ*. Inter hæc verba et ea quæ sequuntur, habemus in sacro contextu, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. Hæc interjecta verba Justinus aut non legebat in suo codice, aut certe non meminerat se legere. Nam paulo post ait pulli nomen, quod hoc in loco memoratur, æque asini ac equi pullo congruere. Nihil ergo de pullo asinæ in hoc testimonio legisse se tunc putabat. Vide *Dialog.* n. 62.

(45) *Καὶ οἶνον*. Sic editio R. Steph. et codices mss. At editiones Græco-Latinæ Parisienses habent D ὄνον; quam quidem lectionem defendit Grabius, ac asinum mysteriis Bacchi consecratum fuisse pertendit. Sed retinendum est οἶνον. Nam 1° asinum Baccho consecratum fuisse non potuit ex hoc testimonio colligere Justinus, in quo nullam, ut modo vidimus, asini mentionem fieri putabat; 2° etsi Plinius, lib. XXIV, c. 1, ut observat Grabius, asinum Libero patri assignari testatur; multo solemnius fuit eidem Baccho vinum, ut vitis inventori, acceptum referre. — *Καὶ ὄνον*. Codd. mss. et editi οἶνον. Solus Morellus edidit ὄνον, quam quidem lectionem Grabius, Thirlbius, Gallandius et Braunius maxime eapropter probant, quod mox sequatur : Καὶ τὸ τοῦ πώλου ὄνομα καὶ ὄνου πῶλον καὶ ἵππου σημαίνειν ἐδύνατο. Ita enim Justinus judicat : « Cum, ut Braunii verbis utar, non satis exploratum haberent mali dæmones, qui verus sit sensus verborum propheticorum quo certius quod volebant assequerentur, eos duplici ratione hominum animos fallere studuisse, atque ita et Bacchum, Jovis filium, et Bellerophontem, natum ex hominibus, ascendisse in cœlum finxisse, et quod ambigua esset vox pulli, alteri asinum attribuisse, alterum equo vehentem induxisse. Ad quod cum librarii non attenderent, ὄνον mutarunt in οἶνον, quod est vulgare Bacchi attributum. » Otto.

(46) *Ἀναγράφουσι*. Similiter de serpente num. 27 : *Apud unumquemque eorum, quos existimatis, deorum, magnum serpens symbolum recensetur*, ἀναγράφεται, id est inter ea recensetur sive exhibetur, quæ ad mysterii celebrationem maxime necessaria videntur. In *Dialogo* num. 69 : Οἶνον ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ παραφέρωσιν.

(47) *Ἐπὶ γῆς μενεῖ*. Horum verborum is videtur esse sensus : Cum nescirent utrum hoc pullo is, qui prænuntiabatur, in terris usurus esset, an in cœlum ascendendo; aberraverunt ab oraculi sententia, et quod propheta de Christo adhuc in terris manente prædixerat, id Bellerophonti in cœlum ascendenti tribuerunt.

(48) *Ἔσται σύμβολον*. Legit eruditus Londinensis editor ἕξει σύμβολον; sed inutili labore. Quod enim ait Justinus Christum, dum ita vehitur, fuisse adventus sui symbolum, non ita difficile est ad intelligendum.

(49) *Καὶ ὅτε ἔγνωσαν*. Ut de Justini sententia, ut par est, judicetur, nonnulla sunt distinguenda.

Digitized by Google

fuisse ac totum terrarum orbem peragrasse dixerunt. Rursus postquam prædictum esse didicerunt, morbos omnes curaturum et mortuos excitaturum, Æsculapium induxerunt.

55. Nusquam autem nec in ullo eorum, qui dicuntur, Jovis filiorum crucis supplicium imitati sunt. Neque enim illis in mentem venerat, eo quod non sine symbolis, ut demonstravimus, dicta fuerint, quæcunque dicta ea de re fuerant; quæ quidem, ut supra dixit propheta [24], maximum est ejus potestatis et principatus signum, quemadmodum ex his etiam, quæ sub aspectum cadunt, ostenditur. Intuemini enim animo quæcunque in mundo versantur, an sine hac figura administrari, et commercio inter se conjungi possint. Mare non scinditur, nisi tropæum illud, quod dicitur velum, integrum in navi maneat. Terra vero absque eo non aratur; fossores opus non faciunt, nec manuarii pariter artifices nisi adhibitis hanc figuram præferentibus instrumentis. Humana autem forma non alia re ab animantibus rationis expertibus differt, nisi quod erecta est, et extensionem manuum habet, et in vultu nasum a fronte prominentem gerit, qui et animali ad respirationem usui est, nec aliud quam crucis formam ostendit. Propheta quoque sic locutus est: *Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus* [25]. Hujus etiam figuræ vim declarant vexillorum apud vos et tropæorum signa, quibuscum semper in publicum proceditis, ac in eis vestri imperii et potestatis insignia constituitis, licet id non animadvertentes 77 faciatis. Quin et morientium apud vos imperatorum imagines in

[24] supra n. 55. [25] Thren. IV, 20.

55. Οὐδαμοῦ οὐδ' ἐπί τινος τῶν λεγομένων υἱῶν τοῦ Διὸς τὸ σταυρωθῆναι ἐμιμήσαντο. Οὐ γὰρ ἐνοεῖτο αὐτοῖς, συμβολικῶς, ὡς προδεδήλωται, τῶν εἰς τοῦτο εἰρημένων πάντων λελεγμένων· ὅπερ, ὡς προεῖπεν ὁ προφήτης, τὸ μέγιστον σύμβολον τῆς ἰσχύος καὶ ἀρχῆς αὐτοῦ ὑπάρχει, ὡς καὶ ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν πιπτόντων δείκνυται. Κατανοήσατε γὰρ πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, εἰ ἄνευ τοῦ σχήματος τούτου διοικεῖται, ἢ κοινωνίαν ἔχειν δύναται. Θάλασσα μὲν γὰρ (50) οὐ τέμνεται, ἢν μὴ τοῦτο τὸ τρόπαιον, ὃ καλεῖται ἱστίον, ἐν τῇ νηῒ σῶον μείνῃ· γῆ δὲ οὐκ ἀροῦται ἄνευ αὐτοῦ· σκαπανεῖς δὲ τὴν ἐργασίαν οὐ ποιοῦνται, οὐδὲ βαναυσουργοὶ ὁμοίως, εἰ μὴ διὰ τῶν τὸ σχῆμα τοῦτο ἐχόντων ἐργαλείων. Τὸ δὲ ἀνθρώπειον σχῆμα (51) οὐδενὶ ἄλλῳ τῶν ἀλόγων ζώων διαφέρει, ἢ τῷ ὀρθόν τε εἶναι, καὶ ἔκτασιν χειρῶν ἔχειν, καὶ ἐν τῷ προσώπῳ ἀπὸ τοῦ μετωπίου τεταγμένον τὸν λεγόμενον μυξωτῆρα φέρειν, δι' οὗ ἥ τε ἀναπνοή ἐστι τῷ ζώῳ, καὶ οὐδὲν ἄλλο δείκνυσιν ἢ τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ. Καὶ διὰ τοῦ προφήτου δὲ ἐλέχθη οὕτως· *Πνεῦμα πρὸ προσώπου* (52) *ἡμῶν, Χριστὸς Κύριος*. Καὶ τὰ παρ' ὑμῖν δὲ σύμβολα τὴν τοῦ σχήματος τούτου δύναμιν δηλοῖ· λλωμεν (53) καὶ τῶν τροπαίων δι' ὧν αἵ τε πρόοδοι ὑμῶν πανταχοῦ γίνονται· τῆς ἀρχῆς καὶ δυνάμεως τὰ σημεῖα ἐν τούτοις δεικνύντες, εἰ καὶ μὴ νοοῦντες τοῦτο πράττετε. Καὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἀποθνησκόντων αὐτοκρατόρων τὰς εἰκόνας (54) ἐπὶ τούτῳ τῷ σχήματι ἀνατίθετε, καὶ θεοὺς διὰ γραμμάτων (55) ἐπονομάζετε. Καὶ διὰ λόγου

1° Non immerito dæmonibus acceptum refert quidquid poetæ de filiis Jovis finxerunt. 2° Neque etiam illud dubitari possit, quod S. martyr usu et experientia videtur perspexisse, fabulas poetarum ethnicis permultis ansam attulisse Christianorum doctrinæ rejiciendæ. Trypho Judæus *Dialog.* n. 70, rejicit, ut poetarum de Perseo fabulam, quod Justinus de Filio Dei ex Virgine genito docebat. Sed quod Bacchi fabulam ex prophetia Jacob, Herculis ex psalmi verbis deductam fuisse putat, id profecto longius tractum videtur. Julius Firmicus multas similiter fabulas, ex iis quæ de Christo prædicta erant, imitatione a dæmonibus expressas putat lib. *De prof. relig.*

(50) *Θάλασσα μὲν γάρ.* Carpit hanc ratiocinationem Clericus, ut « declamatoriam rationem. » Sed tamen etsi ejusmodi argumenta non multum habent per seipsa ponderis, inepta tamen videri non debent in disputatione adversus ethnicos, qui nihil cruce magis ignominiosum ducebant. Non insulsa visa sunt acutissimo scriptori Tertulliano, qui Justinum, ut modo videbimus, imitatus est. Quæ autem de crucis similitudine, cum navis antennis et jugo et hominis figura, dicit Justinus, ea sic exprimit imitando Minucius Felix p. 286. Edit. Lugd. Batav.: « Signum crucis naturaliter visimus in navi, cum velis tumentibus vehitur, cum expansis palmulis vehitur, et cum erigitur jugum, crucis signum est, et cum homo porrectis manibus Deum pura mente veneratur. » Vid. Hieron. epist. ad Heliod.

(51) *Τὸ δὲ ἀνθρώπειον σχῆμα. Ipsi quoque corpori nostro,* inquit Tertullianus I *ad Nat.* c. 12, *tacita et secreta linea crucis situs est.*

(52) *Πνεῦμα πρὸ προσώπου.* Deest præpositio in vulgata LXX interpretum editione, et apud Irenæum lib. III, cap. 10, n. 4, et apud Tertullianum *Adv. Praxeam* c. 14, ubi legitur, *Spiritus personæ ejus, Christus Dominus.* Cum Justino consentiunt *Constitutiones apostolicæ* lib. V, c. 20. GRABIUS.

(53) ** λλωμεν.* Hujus lacunæ reparandæ copiam præbet codex Claromontanus, in quo secunda manu ante illud λλωμεν additur βιξι, ex quo intelligitur legendum esse βιξιλλῶν; nec mirum si vocem Latinam Græci librarii deformarunt. In codice ms. tantum spatii ad hunc hiatum explendum relictum est, quantum quatuor aut quinque syllabis satis fuisset. Forte ergo legendum τῶν βιξιλλῶν vel τῶν καλουμένων βιξιλλῶν. Plura addit Thirlbius qui hunc locum in codice Claromontano consulendum curavit. Legendum enim putat λέγω δὲ τὰ τῶν καλουμένων παρ' ὑμῖν βιξιλλῶν. Eadem sententia occurrit apud Tertullianum *Apol.* cap. 16, et Minucium Felicem pag. 286.

(54) *Αὐτοκρατόρων τὰς εἰκόνας.* De his imaginibus loqui videtur Tertullianus, cum ait: « Omnes illi imaginum suggestus monilia crucum sunt. » *Apologet.* 16. Vide I *ad Nat.*, 12.

(55) *Διὰ γραμμάτων.* Sylburgius legendum putat δι' ἐπιγραμμάτων. Mallet Grabius διὰ διαγραμ-

Digitized by Google

οὖν καὶ σχήματος τοῦ φαινομένου, ὅση δύναμις, προτρεψάμενοι ὑμᾶς, ἀνεύθυνοι οἴδαμεν λοιπὸν ὄντες, κἂν ὑμεῖς ἀπιστεῖτε· τὸ γὰρ ἡμέτερον γέγονε καὶ πεπέρανται.

A hanc formam consecratis, eosque litteris inscriptis appellatis deos. Cum vos igitur et verbis et figuræ omnibus conspicuæ consideratione cohortati pro viribus simus, nos deinceps extra culpam futuros novimus, etiamsi increduli maneatis. Quod enim in nobis situm erat, id perfectum et absolutum est.

56. Οὐκ ἠρκέσθησαν δὲ οἱ φαῦλοι δαίμονες πρὸ τῆς φανερώσεως τοῦ Χριστοῦ εἰπεῖν τοὺς λεχθέντας υἱοὺς τῷ Διὶ γεγονέναι· ἀλλ' ἐπειδὴ φανερωθέντος αὐτοῦ καὶ γενομένου ἐν ἀνθρώποις, καὶ ὅπως διὰ τῶν προφητῶν προεκεκήρυκτο ἔμαθον, καὶ ἐν παντὶ γένει πιστευόμενον καὶ προσδοκώμενον ἔγνωσαν, πάλιν, ὡς προεδηλώσαμεν, προεβάλλοντο ἄλλους· Σίμωνα μὲν καὶ Μένανδρον ἀπὸ Σαμαρείας· οἱ καὶ μαγικὰς δυνάμεις ποιήσαντες, πολλοὺς ἐξηπάτησαν, καὶ ἔτι ἀπατωμένους ἔχουσι. Καὶ γὰρ παρ' ὑμῖν, ὡς προέφημεν, ἐν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος γενόμενος ὁ Σίμων, καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων εἰς τοσοῦτο κατεπλήξατο, ὡς θεὸν νομισθῆναι, καὶ ἀνδριάντι, ὡς τοὺς ἄλλους παρ' ὑμῖν τιμωμένους θεοὺς, τιμηθῆναι. Ὅθεν τήν τε ἱερὰν σύγκλητον, καὶ τὸν δῆμον τὸν ὑμέτερον, συνεπιγνώμονας ταύτης ἡμῶν τῆς ἀξιώσεως παραλαβεῖν αἰτοῦμεν· ἵν' εἴ τις εἴη τοῖς ἀπ' ἐκείνου διδάγμασι κατεχόμενος, τἀληθὲς μαθὼν, τὴν πλάνην φυγεῖν δυνηθῇ· καὶ τὸν ἀνδριάντα, εἰ βούλεσθε, καθαιρήσατε.

B

56. Satis autem pravis dæmonibus non fuit, antequam Christus apparuisset, filios illos inducere, qui ex Jove geniti dicuntur; sed postquam ille prodiit, atque inter homines versatus est, cum et quomodo a prophetis prænuntiatus esset, didicissent, ac illum in omni hominum genere credi et exspectari cognoscerent, rursus, ut jam demonstravimus [26], alios immiserunt; Simonem et Menandrum Samaritanos, qui magicis miraculis editis multos deceperunt, atque etiamnum deceptos tenent. Nam cum apud vos in regia urbe Roma, ut jam dixi, imperante Claudio Cæsare, Simon versaretur, et sacrum senatum et populum Romanum ita admiratione perculsit, ut deus existimaretur, et statua, velut alii qui a vobis coluntur dii, donaretur. Quapropter oramus, ut et sacrum senatum et populum Romanum una vobiscum hujus nostri supplicis libelli cognitores asciscatis, ut si quis ejus doctrina implicatus sit, veritate cognita, errorem possit effugere; et statuam, si ita vobis placet, dejicite.

57. Οὐ γὰρ μὴ γενέσθαι (56) τὴν ἐκπύρωσιν ἐπὶ κλάσει τῶν ἀσεβῶν, οἱ φαῦλοι δαίμονες πεῖσαι δύνανται· ὅνπερ τρόπον οὐδὲ λαθεῖν τὸν Χριστὸν παραγενόμενον ἴσχυσαν πρᾶξαι, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον, τοὺς ἀλόγως βιοῦντας, καὶ ἐμπαθῶς ἐν ἔθεσι φαύλοις τεθραμμένους, καὶ φιλοδοξοῦντας (57), ἀναιρεῖν ἡμᾶς καὶ μισεῖν δύνανται ποιῆσαι. Οὓς οὐ μόνον οὐ μισοῦμεν, ἀλλ' ὡς δείκνυται, ἐλεοῦντες, μεταθέσθαι πεῖσαι βουλόμεθα. Οὐ γὰρ δεδοίκαμεν θάνατον, τοῦ πάντως ἀποθανεῖν ὁμολογουμένου, καὶ μηδενὸς ἄλλου καινοῦ, ἀλλ' ἢ τῶν αὐτῶν ἐν τῇδε τῇ διοικήσει ὄντων· ὧν εἰ μὴ κόρος (58) τοὺς μετασχόντας κἂν ἐνιαυτοῦ ἔχῃ, ἵνα ἀεὶ ὦσι καὶ ἀπαθεῖς καὶ ἀνενδεεῖς, τοῖς ἡμετέροις διδάγμασι προσέχειν δεῖ. Εἰ δ' ἀπιστοῦσι μηδὲν εἶναι μετὰ θάνατον, ἀλλ' εἰς ἀναισθησίαν χωρεῖν τοὺς ἀποθνήσκοντας ἀποφαίνονται, παθῶν τῶν ἐνταῦθα καὶ

C

57. Neque enim nullam esse ad impiorum supplicium conflagrationem improbi dæmones persuadere possunt; quemadmodum nec perficere potuerunt, ut Christi adventus lateret [27]; verum id unum moliri possunt, ut qui præter rationem vivunt et flagitiose in pravis institutis nutriti sunt, et opinionum amatores sunt, occidant nos et oderint; quos non modo non odimus, sed etiam, ut manifestum est, misericordia commoti persuadere illis cupimus, ut immutentur et convertantur. Neque enim mortem timemus, cum omnino moriendum esse constet, nec quidquam novi, sed eadem in hac rerum administratione occurrant, quarum satietas si vel annum unum perfruentes capit, debent ii ut æternam et perpessionis expertem, ac nullius rei

[26] supra n. 16. [27] supra n. 20.

μάτων, sed nihil mutandum fatetur. Vertit Halloixius *Vit. Justin.* p. 242, *per decreta.* Notissima est et Græcis et Latinis hæc loquendi ratio. Populus hortabatur Tiberium Gracchum διὰ γραμμάτων ἐν στοαῖς καὶ τοίχοις καὶ μνήμασι ἰγραφομένων, *per litteras in porticibus, in muris et monumentis inscriptas*, Plut. in *Gracch.* p. 828. Hinc etiam apud Ciceronem, « incisæ aut inscriptæ litteræ » in orat. *pro Domo.* « Incisæ litteræ, divinæ virtutis testes sempiternæ, » 14. *Philip.* Et IV *Verr.* « Et Romæ vidimus in basi statuarum maximis litteris incisum, a communi Siciliæ datas. »

(56) *Οὐ γὰρ μὴ γενέσθαι.* De conflagratione loquendi, id est de extremo judicio, occasionem sumit Justinus ex his quæ paulo ante dixerat. Modo enim optabat senatum et populum Romanum una cum imperatore de Christianorum causa cognoscere, *ut si quis Simonis doctrinæ implicatus sit, cognita veritate errorem effugere possit.* Tum addit: *Neque enim nullam esse ad impiorum supplicium conflagrationem pravi dæmones persuadere possunt;* id est, cum homines liberi sint, ac sua bonis et malis servetur merces, boni ex malis possunt fieri, et ab errore ad veritatem converti. Summam necessitudinem statuere solet Justinus, ut videri potest num. 28 et 43, inter libertatem hominis et futurum judicium.

(57) *Φιλοδοξοῦντας.* Sic etiam paulo post φιλοδόξους reddidi *opinionum amatores.* Nam δόξα in ejusmodi locis opponitur veritati. Vide num. 2, 12 et 53 et *Apol.* 2, n. 3.

(58) *Ὧν εἰ μὴ κόρος.* Legendum esse ὧν εἰ μὲν κόρος fatebitur, quisquis sensum, quem in interpretatione expressimus, cum eo conferet, qui ex apposita negatione consequeretur. Ita etiam Thirlbius.

Digitized by Google

indigentem vitam consequantur, animum ad instituta nostra adjungere. Si vero nihil reliquum esse post mortem credunt, atque in statum sensus expertem morientes cadere pronuntiant; bene de nobis merentur, quod nos hujus vitæ perpessionibus ac necessariis muneribus liberent, seipsos autem improbos et inhumanos et opinionum amatores 78 præbent. Neque enim occidunt ut liberent, sed ut vita et voluptate spolient.

A χρειῶν ἡμᾶς ῥυόμενοι εὐεργετοῦσιν, ἑαυτοὺς δὲ σαύλους (59) καὶ μισανθρώπους καὶ φιλοδόξους δεικνύουσιν. Οὐ γὰρ ὡς ἀπαλλάξοντες ἡμᾶς ἀναιροῦσιν, ἀλλ' ὡς ἀποστεροῦντες ζωῆς καὶ ἡδονῆς φονεύουσι.

58. Marcionem etiam Ponticum, ut diximus [28], pravi dæmones immiserunt, qui creatorem cœlestium ac terrestrium omnium Deum et prænuntiatum a prophetis Christum ejus Filium etiamnum negare docet, alium autem quemdam præter creatorem universorum Deum prædicat, ac similiter alium filium. Huic multi credentes ut soli verum scienti, nos irrident, nullam eorum quæ dicunt demonstrationem habentes; sed stulte velut agni a lupo rapti, in prædam impiis opinionibus et dæmonibus cedunt. Nihil enim aliud contendunt et puguant ii qui dicuntur dæmones, nisi ut homines a creatore Deo et primogenito ejus Christo abducant. Ac eos quidem, qui se humo tollere nequeunt, terrenis et manufactis rebus affixerunt et affigunt; qui autem se ad contemplationem rerum cœlestium erigunt, eos supplantando, nisi sano sint judicio et puram et vacuam animi perturbationibus vitam degant, in impietatem impingunt.

B

58. Καὶ Μαρκίωνα δὲ τὸν ἀπὸ Πόντου, ὡς προέφημεν, προεβάλλοντο οἱ φαῦλοι δαίμονες· ὃς ἀρνεῖσθαι μὲν τὸν ποιητὴν τῶν οὐρανίων καὶ γηΐνων ἁπάντων Θεὸν, καὶ τὸν προκηρυχθέντα διὰ τῶν προφητῶν Χριστὸν Υἱὸν αὐτοῦ, καὶ νῦν διδάσκει· ἄλλον δέ τινα καταγγέλλει παρὰ τὸν δημιουργὸν τὸν πάντων Θεὸν, καὶ ὁμοίως ἕτερον υἱόν (60)· ᾧ πολλοὶ, πεισθέντες ὡς μόνῳ τἀληθῆ ἐπισταμένῳ, ἡμῶν καταγελῶσιν, ἀπόδειξιν μηδεμίαν περὶ ὧν λέγουσιν ἔχοντες· ἀλλὰ ἁλόγως, ὡς ὑπὸ λύκου ἄρνες συνηρπασμένοι, βορὰ τῶν ἀθέων δογμάτων καὶ δαιμόνων γίνονται. Οὐ γὰρ ἄλλο τι ἀγωνίζονται οἱ λεγόμενοι δαίμονες, ἢ ἀπάγειν τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος Θεοῦ, καὶ τοῦ πρωτογόνου αὐτοῦ Χριστοῦ. Καὶ τοὺς μὲν τῆς γῆς μὴ ἐπαίρεσθαι δυναμένους τοῖς γηΐνοις καὶ χειροποιήτοις προσήλωσαν, καὶ προσηλοῦσι· τοὺς δὲ ἐπὶ θεωρίαν θείων ὁρμῶντας, ὑπεκκρούοντες, ἢν μὴ λογισμὸν σώφρονα καὶ καθαρὸν καὶ ἀπαθῆ βίον ἔχωσιν, εἰς ἀσέβειαν ἐμβάλλουσιν.

59. Atque ut a doctoribus nostris, id est a doctrina per prophetas vulgata, acceptum esse intelligatis, quod dixit Plato, Deum, cum materiam informem vertisset, mundum fecisse; audite quid totidem verbis dixerit Moyses, primus prophetarum et scriptoribus omnibus vetustior, ut supra demonstravimus [29], per quem Spiritus propheticus quomodo mundum Deus initio et ex quibus condiderit, declarat his verbis: *In principio fecit Deus cœlum et terram. Terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebræ super abyssum: et Spiritus Dei ferebatur super aquam. Et dixit Deus: Fiat lux: et facta est lux.* Verbo igitur Dei ex subjectis et a Moyse designatis rebus mundum universum esse conditum et Plato, et qui eadem ac ille dicunt, et nos ipsi didicimus, vobisque licet idem perspicere.

C

59. Ἵνα δὲ καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων (λέγομεν δὲ τοῦ λόγου τοῦ διὰ τῶν προφητῶν (61)) λαβόντα τὸν Πλάτωνα μάθητε τὸ εἰπεῖν, ὕλην ἄμορφον οὖσαν στρέψαντα (62) τὸν Θεὸν, κόσμον ποιῆσαι, ἀκούσατε τῶν αὐτολεξεὶ εἰρημένων διὰ Μωσέως τοῦ προδεδηλωμένου πρώτου προφήτου, καὶ πρεσβυτέρου τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων· δι' οὗ μηνῦον τὸ προφητικὸν Πνεῦμα πῶς τὴν ἀρχὴν καὶ ἐκ τίνων ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ἔφη οὕτως· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω φῶς· καὶ ἐγένετο οὕτως.* Ὥστε λόγῳ Θεοῦ ἐκ τῶν ὑποκειμένων καὶ προδηλωθέντων διὰ Μωσέως, γεγενῆσθαι τὸν πάντα κόσμον, καὶ Πλά-

[28] supra n. 26. [29] num. 44 et 54.

(59) *Ἑαυτοὺς δὲ φαύλους.* Similem sententiam profert Thirlbius ex *Apologia Socratis* apud Platonem p. 41.

(60) *Ἕτερον υἱόν.* Duos filios non eodem sensu admittebat Marcion, quo alii nonnulli, qui Christum a Jesu dividebant. Ipse enim Jesum sine carne, ac totum Deum esse fingebat. Sed cum eum contenderet, non Creatoris, sed Dei præstantioris esse filium et Christum; suum Creatori Filium et Christum relinquebat, ac fatebatur « Filium et Spiritum et substantiam Creatoris esse Christum ejus. » Tertul., lib. III, c. 7.

(61) *Διὰ τῶν προφητῶν.* Supple κηρυχθέντος, non autem, ut Grabius et Thirlbius post Sylburgium, λαλήσαντος. Quinetiam Thirlbius legendum D conjicit παρὰ τοῦ ἡμετέρου διδασκάλου.

(62) *Στρέψαντα.* Legi posse τρέψαντα existimat Sylburgius; sic enim infra loquitur Justinus. Illud autem observandum est Platonis de mundi creatione sententiam non sine exceptione a sancto martyre laudari. Nam dum solam materiæ dispositionem considerat, non immerito Platonem laudat, qui tam multa præclare ea de re scripsit; sed suam ab eo dissensionem declarat, dum universum mundum ex subjectis rebus et a Moyse demonstratis, id est ex cœlo et terra, quæ Deus in principio creavit, perfectum esse pronuntiat. Platonis sententiam simili modo laudant Clemens *Strom.* v, pag. 591, et Theodoretus initio lib. IV *adv. Græcos.*

Digitized by Google

των, καὶ οἱ ταῦτα (63) λέγοντες, καὶ ἡμεῖς ἐμάθομεν, καὶ ὑμεῖς πεισθῆναι δύνασθε. Καὶ τὸ καλούμενον ἔρεβος παρὰ τοῖς ποιηταῖς, εἰρῆσθαι πρότερον ὑπὸ Μωσέως οἴδαμεν.

A Atque erebum etiam, ut poetæ vocant, prius a Moyse dictum [30] novimus.

60. Καὶ τὸ ἐν τῷ παρὰ Πλάτωνι *Τιμαίῳ* φυσιολογούμενον περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὅτε λέγει, *Ἐχίασεν αὐτὸν ἐν τῷ παντὶ* (64), παρὰ Μωσέως λαβὼν ὁμοίως εἶπεν. Ἐν γὰρ ταῖς Μωσέως γραφαῖς ἀναγέγραπται, ὡς κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Αἰγύπτου οἱ Ἰσραηλῖται, καὶ γεγόνασιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἀπήντησαν αὐτοῖς ἰοβόλα θηρία, ἐχιδναί τε καὶ ἀσπίδες, καὶ ὄφεων πᾶν γένος, ὃ ἐθανάτου τὸν λαόν· καὶ κατ' ἐπίπνοιαν καὶ ἐνέργειαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ γενομένην, λαβεῖν τὸν Μωσέα χαλκὸν, καὶ ποιῆσαι τύπον σταυροῦ (65), καὶ τοῦτον στῆσαι ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ (66), καὶ εἰπεῖν τῷ λαῷ· *Ἐὰν προσβλέπητε* (67) *τῷ τύπῳ τούτῳ, καὶ πιστεύητε, ἐν αὐτῷ σω-*

60. Et quod apud Platonem in *Timæo* physicis rationibus de Filio Dei investigatur, cum ait : « Et decussavit eum in universo, » pariter a Moyse mutuatus dixit. Scriptum enim apud Moysen legimus, quo tempore Israelitæ ex Ægypto profecti in solitudine versabantur, occurrisse illis venenatas feras, viperas, aspides et serpentum omne genus, quod populum necabat; tumque **79** Moysen, Deo aspirante et præcipiendo impellente, æs accepisse, et crucis effigiem fecisse, eaque sancto tabernaculo imposita dixisse populo : *Si inspexeritis hoc signum et credideritis, salvi in eo eritis* [31]. Quo facto serpentes exstinctos esse scribit, ac populum hoc modo

B

[30] Deut. xxxii, 22. [31] Num. xxi, 8.

(63) *Καὶ οἱ ταῦτα.* Conjicit Thirlbius scripsisse Justinum τ' αὐτά. Hæc conjectura firmari potest ex numero 62, ubi legitur τοῖς αὐτοῖς, et ex pluribus aliis locis.

(64) *Ἐχίασεν αὐτὸν ἐν τῷ παντί.* Nonnulla hic observanda. 1° Non de Filio Dei hæc dixit Plato, qui nulla prorsus Verbi cognitione afflatus fuit, sed de anima mundi. Neque etiam hanc sententiam Plato ex Moysis fontibus derivavit. 2° Si Platonis sententiam minus accurate exponit S. Justinus, suam ipse non obscure declarat, nempe Verbum instar crucis in mundo extensum esse. Nam in Platone, quem de Verbo locutum putabat, hoc tantum reprehendit, quod Verbum decussatum, non instar crucis extensum dixerit. Non solus ita sensit Justinus. Ait sanctus Basilius in caput xi Isaiæ n. 249 : « Mortem crucis præcipue honoratam fuisse, sive ut singulæ mundi partes ad salutem perducerentur per crucis partes; sive quod ante ligneam intelligibilis quædam crux in universo descripta esset, ἢ ὅτι πρὸ τοῦ ξυλίνου σταυροῦ νοητός τις τῷ κόσμῳ παντὶ συνεσταύρωται. » Hinc Valentiniani Verbum in mundi creatione Hori et crucis partes sustinuisse dicebant. Atque illud quidem crucem vocabant « quatenus firmat et stabilit, Horon vero quatenus dividit et distinguit, » Iren. lib. i, c. 3, n. 5. Videtur Justinus Verbum instar crucis ad mundi creationem extensum dixisse, quia crux ad omnes mundi partes extenditur, ut observant Julius Firmicus, lib. *De profan. relig.* et Hieronymus in *Ep. ad Ephes.*, p. 318. Videtur auctor epistolæ, quæ S. Barnabæ nomen præfert, idem ac Justinus sentire, nempe Verbum Dei in universo instar crucis extensum fuisse. Postquam enim crucem a Moyse erectam fuisse narravit, hæc addit n. 12 : Ἔχεις καὶ ἐν τούτῳ τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα καὶ εἰς αὐτόν. *Habes et in hoc gloriam Jesu, quia in ipso omnia et per ipsum.* His enim verbis universi creatio significatur. — *Ex Addendis et Emendandis.*

(65) *Τύπον σταυροῦ.* Duo reprehendit Clericus hoc in loco, et quod Justinus crucem a Moyse factam, et quod æream crucem dicat. Crucem æream fuisse videtur existimasse Justinus, sed quod ait Moysem, accepto ære, figuram crucis fecisse, intelligere debemus conflatum fuisse serpentem et cruci impositum, ut perspicitur ex *Dialogo* n. 94, ubi diserte docet serpentem æneum signo, sive cruci impositum fuisse. Quod autem ait Clericus Justinum, dum crucem a Moyse factam existimat, memoriæ suæ nimis credidisse, nec Moysis contextum consuluisse, id nullo prorsus fundamento nititur. Ipsa Scripturæ verba : *Καὶ ἐποίησε Μωσῆς ὄφιν χαλκοῦν, καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ σημείου. Et fecit Moyses serpentem æneum, et statuit illum in signo*, Num. xxi, 9, Justinum in hanc opinionem induxerunt. Signi enim nomine crucem, ut multi alii, intelligebat. In testimonio Esdræ, quod Justinus a Judæis recisum queritur *Dialog.* n. 72, crux vocatur signum, ut patet ex his Judæorum verbis : Μέλλομεν αὐτὸν ταπεινοῦν ἐν σημείῳ, *Humiliaturi eum sumus in signo.* Videtur ad hunc locum respicere S. Barnabas, cum ait cap. 12 : Καὶ πάλιν Μωσῆς ποιεῖ τύπον τοῦ Ἰησοῦ· ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν, καὶ αὐτὸν ζωοποιήσουσι (ζωοποιήσειν), ὃν δόξωσιν ἀπολωλεκέναι ἐν σημείῳ, πίπτοντος τοῦ Ἰσραήλ. *Et iterum Moyses facit figuram Jesu (quod passurus esset et vitam præbiturus ipse quem putabunt periisse in signo) cadente Israel.* Mendose Cotelerius legit ἐν σημείῳ πίπτοντος τοῦ Ἰσραήλ, et sic reddit : *In signo cadentis Israel.* S. Clemens *Strom.* vi, p. 636, crucem appellat σημεῖον. Et *Strom.* vii, p. 747 : Τὸ σημεῖον δὲ βαστάσαι, τὸν θάνατόν ἐστιν περιφέρειν, ἔτι ζῶντα πᾶσιν ἀποταξάμενον. *Signum autem portare, est mortem circumferre, vivum omnibus renuntiantem.* Ibidem verba Christi Luc. xiv, 17, sic refert : Ἐὰν μὴ τὸ σημεῖον βαστάσητε. Vide lib. *Quis dives salvetur*, n. viii, et in *Excerpt. Theodot.* p. 795, col. 2 : Διὸ καὶ τὰ σπέρματα ὁ Ἰησοῦς διὰ τοῦ σημείου ἐπὶ τῶν ὤμων βαστάσας εἰσάγει εἰς τὸ πλήρωμα. *Electa semina Jesus per signum humeris gestans inducit in pleroma.* Paulo post eodem sensu vox illa usurpatur. Non est ergo cur miremur, quod signum Justinus idem esse ac crucem existimaverit. Vide *Dialog.* n. 94.

(66) *Ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ.* Diligenter observanda sunt hæc verba, ut ad Justini sententiam intelligendam necessaria. Putat enim tabernaculum mundi imaginem quamdam esse, ut observavimus ad *Cohort.* n. 29. Et cum cruci serpentem, tabernaculo crucem impositam fuisse non dubitaret, inde ortam existimabat speciem illam crucis, quam Plato in mundi creatione adhibitam fuisse pronuntiat. Non dixit Scriptura serpentem ipsi tabernaculo impositum fuisse, sed id probabile visum Justino.

(67) *Ἐὰν προσβλέπητε.* Observat Grabius non verba, sed sensum reperiri num. 21, 9, ac similia loquentem induci Moysen a S. Barnaba cap. 12. Sic etiam Irenæus lib. iv, c. 2 : « Non enim lex prohibebat eos credere in Filium Dei, sed et adhortabatur, dicens, non aliter salvari homines ab antiqua serpentis plaga, nisi credant in eum, qui secundum

Digitized by Google

exitium tradit effugisse. His lectis Plato, nec satis accurate perspectis, cum figuram crucis esse non attenderet, sed decussationem esse crederet; alteram illam, post principem Deum, Virtutem in universo decussatam esse dixit. Quod autem ab eo tertium dicitur, inde ortum quod Spiritum Dei apud Moysem, ut supra diximus [32], super aquas ferri legerat. Secundum enim locum Dei Verbo, quod in universo decussatum esse dixit, tertium vero ei, qui super aquas ferri dictus est, Spiritui tribuit his verbis : « Tertia autem circa tertium. » Quomodo autem futuram conflagrationem Spiritus sanctus per Moysem prædixerit, audite. Sic enim ait : *Descendet ignis semper vivens, et devorabit usque ad imum abyssum* [33]. Non ergo eadem nos ac alii opinamur; sed nostra omnes imitati edisserunt. Hæc sane apud nos audire est et discere ex iis, qui ne figuras quidem litterarum norunt, imperitis hominibus et lingua barbaris, sed mente sapientibus et fidelibus, quorum etiam nonnulli debiles et oculis capti; ut facile pateat non humana sapientia hæc fieri, sed Dei virtute dici.

61. Quomodo autem nos Deo consecraverimus per Christum renovati, id quoque exponemus; ne quid improbe, si hoc prætermittamus, in enarrandis rebus agere videamur. Quicunque persuasum habuerint et crediderint vera esse, quæ a nobis docentur et dicuntur, seque ita vivere posse promiserint, ii precari et jejunantes priorum peccatorum veniam a Deo petere docentur, nobis una precantibus et jejunantibus. Deinde eo ducuntur a nobis, ubi aqua est, et eodem regenerationis modo regenerantur, quo et ipsi sumus regenerati. Nam in nomine parentis universorum ac Domini Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi et Spiritus sancti lavacrum in aqua tunc suscipiunt. Dixit enim Christus : *Nisi regenerati fueritis, non intrabitis* **80** *in regnum cœlorum* [34]. Fieri autem non posse, ut semel nati in uteros matrum ingrediantur, omnibus perspicuum est. Dictum etiam est ab Isaia propheta, ut supra scripsimus [35], quonam modo peccata effugiant qui peccaverunt et pœnitentiam agunt. Sic autem locutus est : *Lavamini, mundi estote, auferte mala ex animabus vestris, discite facere bonum, judicate pupillo, justificate viduam : et venite et discepte-mus, dicit Do-*

θήσεσθε. Καὶ γενομένου τούτου, τοὺς μὲν ὄφεις ἀποθανεῖν ἀνέγραψε· τὸν δὲ λαὸν ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον οὕτως παρέδωκεν. Ἀναγνοὺς Πλάτων, καὶ μὴ ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, μηδὲ νοήσας τύπον εἶναι σταυροῦ, ἀλλὰ χίασμα νοήσας, τὴν μετὰ τὸν πρῶτον Θεὸν δύναμιν κεχιάσθαι ἐν τῷ παντὶ εἶπε. Καὶ τὸ εἰπεῖν αὐτὸν τρίτον, ἐπειδὴ, ὡς προείπομεν, ἐπάνω τῶν ὑδάτων ἀνέγνω ὑπὸ Μωσέως εἰρημένον ἐπιφέρεσθαι τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα. Δευτέραν μὲν γὰρ χώραν τῷ παρὰ Θεοῦ Λόγῳ, ὃν κεχιάσθαι ἐν τῷ παντὶ ἔφη, δίδωσι, τὴν δὲ τρίτην, τῷ λεχθέντι ἐπιφέρεσθαι τῷ ὕδατι Πνεύματι, εἰπών· « Τὰ δὲ τρίτα περὶ τὸν τρίτον (68). » Καὶ ὡς ἐκπύρωσιν γενήσεσθαι διὰ Μωσέως προεμήνυσε τὸ προφητικὸν Πνεῦμα, ἀκούσατε. Ἔφη δὲ οὕτως· *Καταβήσεται ἀείζωον πῦρ, καὶ καταφάγεται μέχρι τῆς ἀβύσσου κάτω*. Οὐ τὰ αὐτὰ οὖν ἡμεῖς ἄλλοις δοξάζομεν· ἀλλ' οἱ πάντες τὰ ἡμέτερα μιμούμενοι λέγουσι. Παρ' ἡμῖν οὖν ἐστι ταῦτα ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν παρὰ τῶν οὐδὲ τοὺς χαρακτῆρας τῶν στοιχείων ἐπισταμένων, ἰδιωτῶν μὲν καὶ βαρβάρων τὸ φθέγμα, σοφῶν δὲ καὶ πιστῶν τὸν νοῦν ὄντων, καὶ πηρῶν, καὶ χήρων τινῶν τὰς ὄψεις· ὡς συνεῖναι οὐ σοφίᾳ ἀνθρωπείᾳ ταῦτα γεγονέναι, ἀλλὰ δυνάμει Θεοῦ λέγεσθαι.

61. Ὃν τρόπον δὲ καὶ ἀνεθήκαμεν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, καινοποιηθέντες διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐξηγησόμεθα· ὅπως μὴ, τοῦτο παραλιπόντες, δόξωμεν πονηρεύειν τι ἐν τῇ ἐξηγήσει. Ὅσοι ἂν πεισθῶσι καὶ πιστεύωσιν ἀληθῆ ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βιοῦν οὕτως δύνασθαι ὑπισχνῶνται, εὔχεσθαί τε καὶ αἰτεῖν νηστεύοντες (69) παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν διδάσκονται, ἡμῶν συνευχομένων καὶ συννηστευόντων αὐτοῖς. Ἔπειτα ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστὶ, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεως, ὃν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀνεγεννήθημεν, ἀναγενῶνται. Ἐπ' ὀνόματος γὰρ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων καὶ Δεσπότου Θεοῦ, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Πνεύματος ἁγίου, τὸ ἐν τῷ ὕδατι τότε λουτρὸν ποιοῦνται. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς εἶπεν· *Ἂν μὴ ἀναγεννηθῆτε, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*. Ὅτι δὲ καὶ ἀδύνατον εἰς τὰς μήτρας τῶν τεκουσῶν τοὺς ἅπαξ γεννωμένους (70) ἐμβῆναι, φανερὸν πᾶσίν ἐστι. Καὶ διὰ Ἡσαΐου, τοῦ προφήτου ὡς προεγράψαμεν, εἴρηται τίνα τρόπον φεύξονται τὰς ἁμαρτίας οἱ ἁμαρτήσαντες καὶ μετανοοῦντες. Ἐλέχθη δὲ οὕτως· *Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε· ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· μάθετε καλὸν*

[32] supra n. 59. [33] Deut. XXXII, 22. [34] Joan. III, 5. [35] supra n. 44.

similitudinem carnis peccati in ligno martyrii exaltatur a terra et omnia trahit ad se et vivificat mortuos. » Probabilius videtur, quod ait Massuetus noster in adnotatione ad hunc locum, nequaquam hæc e libris apocryphis desumpta, sed nihil aliud esse quam paraphrasim aut versionem liberiorem verborum Moysis.

(68) *Τὰ δὲ τρίτα περὶ τὸν τρίτον*. Legitur apud Platonem τὸ τρίτον περὶ τὰ τρίτα, nempe in ep. 2. Sic etiam legunt Clemens Alex. *Strom.* v, p. 598; Porphyrius apud Cyrill. Alex. lib. I *in Jul.*, p. 35; Origenes lib. VI, *adv. Cels.*, p. 288; Eusebius lib. XI *Præpar. Evang.* Nihil tamen mutandum in Justino nostro. Nam Proclus lib. II *Theologiæ Platonicæ* cap. 11, eodem modo legit ac S. martyr, quod argumento est non defuisse codices, in quibus hæc legendi ratio occurreret.

(69) *Νηστεύοντες*. *Constitut. apost.* lib. XII, c. 22 : Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος νηστευσάτω ὁ βαπτιζόμενος. GRABIUS.

(70) *Γεγωμένους*. Clarom. γενομένους, et a marg. γεννηθέντας.

Digitized by Google

ποιεῖν· κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει Κύριος. Καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ· καὶ ἐὰν ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς χιόνα λευκανῶ. Ἐὰν δὲ μὴ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Καὶ λόγον δὲ εἰς τοῦτο παρὰ τῶν ἀποστόλων ἐμάθομεν τοῦτον. Ἐπειδὴ τὴν πρώτην (71) γένεσιν ἡμῶν ἀγνοοῦντες, κατ' ἀνάγκην γεγενήμεθα ἐξ ὑγρᾶς σπορᾶς κατὰ μίξιν τὴν τῶν γονέων πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐν ἔθεσι φαύλοις καὶ πονηραῖς ἀναστροφαῖς γεγόναμεν, ὅπως μὴ ἀνάγκης τέκνα μηδὲ ἀγνοίας μένωμεν, ἀλλὰ προαιρέσεως καὶ ἐπιστήμης, ἀφέσεώς τε ἁμαρτιῶν ὑπὲρ ὧν προημάρτομεν τύχωμεν ἐν τῷ ὕδατι, ἐπονομάζεται τῷ ἐλομένῳ ἀναγεννηθῆναι, καὶ μετανοήσαντι ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, τὸ τοῦ Πατρὸς B τῶν ὅλων καὶ Δεσπότου Θεοῦ ὄνομα· αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντες (72), τοῦτον λουσόμενον ἄγοντες ἐπὶ τὸ λουτρόν. Ὄνομα γὰρ τῷ ἀῤῥήτῳ Θεῷ οὐδεὶς ἔχει εἰπεῖν· εἰ δέ τις τολμήσειεν εἶναι λέγειν, μέμηνε τὴν ἄθυτον μανίαν. Καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμός, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. Καὶ ἐπ' ὀνόματος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἐπ' ὀνόματος Πνεύματος ἁγίου, ὃ διὰ τῶν προφητῶν προεκήρυξε τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν πάντα, ὁ φωτιζόμενος λούεται.

minus. Et si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, tanquam lanam dealbabo; et si fuerint ut coccinum, sicut nivem dealbabo. Si autem non audieritis me, gladius devorabit vos. Os enim Domini locutum est hæc [36]. Hanc autem hujus rei rationem ab apostolis accepimus. Quando quidem primam nostram generationem ignorantes, necessitate quadam ex humido semine per mutuam parentum mistionem geniti sumus, atque in pravis moribus et nefariis institutis educati: ut necessitatis et ignorationis filii non maneamus, sed electionis et scientiæ, et remissionem peccatorum, quæ prius commisimus, consequamur in aqua; super eo qui regenerari voluerit, et peccatorum pœnitentiam egerit, parentis omnium et Domini Dei nomen pronuntiatur, atque hoc ipsum tantummodo appellamus, cum eum baptizandum ad lavacrum deducimus. Nemo est enim qui nomen dicere non enarrabili Deo possit, aut si quis dicere audeat nomen illi inesse, is perdite insanit. Vocatur autem lavacrum illud illuminatio, eo quod mente illuminentur qui hæc discunt. Sed et in nomine Jesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi, et in nomine Spiritus sancti, qui per prophetas omnia ad Jesum spectantia prænuntiavit, is qui illuminatur, abluitur.

62. Καὶ τὸ λουτρὸν δὴ τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες διὰ τοῦ προφήτου (73) κεκηρυγμένον, ἐνήργησαν καὶ ῥαντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιῤῥαίνοντας, καὶ προσιέναι αὐτοῖς μέλλοντας, λοιβὰς καὶ κνίσσας ἀποτελοῦντας· τέλεον δὲ καὶ λούεσθαι ἀπιόντας (74) πρὶν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἔνθα ἵδρυνται, ἐνεργοῦσι. Καὶ γὰρ τὸ ὑπολύεσθαι ἐπιβαίνοντας τοῖς ἱεροῖς, καὶ τοῖς αὐτοῖς (75) τοὺς θρησκεύοντας κελεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἱερατευόντων, ἐκ τῶν συμβάντων Μωσεῖ τῷ εἰρημένῳ προφήτῃ μαθόντες οἱ δαίμονες ἐμιμήσαντο. Κατ' ἐκεῖνο γὰρ τοῦ καιροῦ ὅτε Μωσῆς ἐκελεύσθη κατελθὼν εἰς Αἴγυπτον ἐξαγαγεῖν τὸν ἐκεῖ λαὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν, ποιμαίνοντος αὐτοῦ ἐν τῇ Ἀραβικῇ γῇ πρόβατα τοῦ πρὸς μητρὸς θείου (76), ἐν ἰδέᾳ πυρὸς ἐκ βάτου προσωμίλησεν αὐτῷ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς, καὶ εἶπεν· Ὑπόλυσαι τὰ ὑποδήματά σου, καὶ προσελθὼν ἄκουσον. Ὁ δὲ, ὑπολυσάμενος καὶ

62. Atque hoc lavacrum dæmones cum per prophetam prædicatum audissent, perfecerunt, ut qui templa eorum ingrediuntur, iisque supplicaturi sunt et libamina ac nidores delaturi, seipsos aquæ C aspersione lustrarent: atque illud etiam perficiunt, ut proficiscentes penitus lavent, antequam templa, ubi iidem dæmones collocati sunt, deveniant. Nam et quod sacerdotes jubent, ut calceos solvant, qui templa ingrediuntur et iisdem rebus dæmones colunt, id dæmones ex his, quæ supradicto prophetæ Moysi evenerunt, cognitum imitati sunt. Quo enim tempore Moyses in Ægyptum descendere et populum Israeliticum ibi commorantem educere jussus est, pascentem illum in Arabia oves avunculi materni Christus noster in specie ignis e rubo alloquutus est, ac dixit: *Solve calceamentu tua, et accedens audi* [37]. Tum ille calceamentis depositis acce-

[36] Isa. I, 16-20. [37] Exod. III, 5.

(71) Ἐπειδὴ τὴν πρώτην. Hæc mirifice consentiunt cum doctrina S. Augustini: « Natos non ex bono, quo bonæ sunt nuptiæ, inquit I, *De peccat. merit.*, n. 28, sed ex malo concupiscentiæ, quo bene quidem utuntur nuptiæ, de quo tamen erubescunt et nuptiæ, reos diabolus parvulos tenet... Ex hac concupiscentia carnis.... quæcunque nascitur proles, originali est obligata peccato, nisi in illo renascatur, quem sine ista concupiscentia Virgo concepit.

(72) Αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντες. Necesse non est cum Grabio legere ἐπιλέγοντες τούτῳ, λουσόμενον. Legit Thirlbius αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντος τοῦ τὸν λουσόμενον ἄγοντος, *hoc tantum appellante eo, qui baptizandum ducit ad lavacrum.* Hanc emendationem plurimi facio, ac si quis eam amplectatur, minime obstabo. Non tamen ei assentior, tum quia ejusmodi participia non inusitata sunt D S. martyri (vide supra n. 55), tum quia supra dixit baptizandum non ab uno, sed a pluribus ad lavacrum duci.

(73) Διὰ τοῦ προφήτου. Isaiam intelligit, cujus paulo ante testimonium attulit.

(74) Τέλεον δὲ καὶ λούεσθαι ἀπιόντας. Thirlbius hic multa excogitat. Legendum putat, vel ἐν τέλεσι pro τέλεον, vel ἅπαντας aut ἱερατεύοντας pro ἀπιόντας.

(75) Τοῖς αὐτοῖς. Legit τοῖς ναοῖς Sylburgius. Nihil mutat Grabius, sed subintelligit *dæmonibus.* Satius videtur *rebus* subintelligere.

(76) Τοῦ πρὸς μητρὸς θείου. Mirum unde hæc S. martyr hauserit. Forte memoria effluente maternum avunculum pro socero sumpsit. Conjicit Thirlbius eum in Moysem transferre, quod Jacobo convenit.

Digitized by Google

dens audivit descensurum se in Ægyptum, ibique commoranti populo Israelitico ducem abeunti futurum; cumque a Christo, qui in specie ignis **81** locutus cum ipso fuerat, magnam virtutem accepisset, descendit et populum eduxit, magnis et admirandis rebus editis, quas si vultis discere, ex ejus libris accurate discetis.

63. Judæi autem omnes etiamnum docent carentem nomine Deum cum Moyse collocutum. Unde illos Spiritus sanctus per supradictum prophetam Isaiam increpans sic loquitur, ut antea scripsimus [38]: *Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognovit et populus me non intellexit* [39]. Ac Jesus Christus cum eos similiter argueret, quod nec quid Pater sit, nec quid Filius, novissent, sic et ipse dixit: *Nemo cognovit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, et quibus revelaverit Filius* [40]. Verbum autem Dei est ejus Filius, ut diximus [41]. Vocatur etiam angelus et apostolus; ipse enim nuntiat quæcunque cognosci decet, et mittitur ut indicet quæcunque nuntiantur; quemadmodum et ipse Dominus noster ait: *Qui me audit, eum qui me misit audit* [42]. Atque id quidem patebit ex Moysis scriptis, in quibus hæc dicta legimus: *Et locutus est Moysi angelus Dei in flamma ignis e rubo et dixit: Ego sum exsistens ille, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus patrum tuorum. Descende in Ægyptum et educ populum meum* [43]. Quæ vero sequuntur, potestis ex ipsis libris, si vultis, cognoscere; neque enim hic omnia perscribere possumus. Hæc autem eo diximus, quo Filium Dei et apostolum esse Jesum Christum demonstraremus; qui quidem cum antea Verbum esset, ac modo in specie ignis, modo in imagine incorporea visus esset, nunc voluntate Patris pro humano genere homo factus ea etiam perpeti sustinuit, quæcunque in eum insani Judæi, dæmonum impulsu, moliti sunt. Qui cum nominatim in Moysis commentariis expressum habeant: *Et locutus est angelus Dei cum Moyse in igne flammæ e rubo, et dixit: Ego sum exsistens ille, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob*, parentem et

προσελθών, ἀκήκοε κατελθεῖν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐξαγαγεῖν τὸν ἐκεῖ λαὸν τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ δύναμιν ἰσχυρὰν ἔλαβε παρὰ τοῦ λαλήσαντος αὐτῷ ἐν ἰδέᾳ πυρὸς Χριστοῦ· καὶ κατελθὼν ἐξήγαγε τὸν λαὸν, ποιήσας μεγάλα καὶ θαυμάσια· ἃ εἰ βούλεσθε μαθεῖν, ἐκ τῶν συγγραμμάτων ἐκείνου ἀκριβῶς μαθήσεσθε.

63. Ἰουδαῖοι δὲ πάντες καὶ νῦν διδάσκουσι τὸν ἀνωνόμαστον Θεὸν λελαληκέναι τῷ Μωσεῖ· ὅθεν τὸ προφητικὸν Πνεῦμα διὰ Ἡσαΐου τοῦ προμεμηνυμένου προφήτου ἐλέγχων αὐτοὺς, ὡς προεγράψαμεν, εἶπεν· *Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε.* Καὶ Ἰησοῦς δὲ ὁ Χριστὸς, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν Ἰουδαῖοι τί Πατὴρ, καὶ τί Υἱὸς, ὁμοίως ἐλέγχων αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς εἶπεν· *Οὐδεὶς ἔγνω* (77) *τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός· οὐδὲ τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ οἷς ἂν ἀποκαλύψῃ ὁ Υἱός.* Ὁ Λόγος δὲ τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ Υἱὸς αὐτοῦ, ὡς προέφημεν· καὶ ἄγγελος δὲ καλεῖται, καὶ Ἀπόστολος. Αὐτὸς γὰρ ἀπαγγέλλει (78) ὅσα δεῖ γνωσθῆναι, καὶ ἀποστέλλεται μηνύσων ὅσα ἀγγέλλεται, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν εἶπεν· *Ὁ ἐμοῦ ἀκούων, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με.* Καὶ ἐκ τῶν τοῦ Μωσέως δὲ συγγραμμάτων φανερὸν τοῦτο γενήσεται. Λέλεκται δὲ ἐν αὐτοῖς οὕτως· *Καὶ ἐλάλησε Μωσεῖ ἄγγελος Θεοῦ ἐν φλογὶ πυρὸς ἐκ τῆς βάτου, καὶ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, Θεὸς Ἀβραὰμ, Θεὸς Ἰσαὰκ, Θεὸς Ἰακὼβ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου· κάτελθε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐξάγαγε τὸν λαόν μου.* Τὰ δ' ἑπόμενα ἐξ ἐκείνων βουλόμενοι μαθεῖν δύνασθε· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐν τούτοις ἀναγράψαι πάντα. Ἀλλ' εἰς ἀπόδειξιν γεγόνασιν οἵδε οἱ λόγοι, ὅτι Υἱὸς Θεοῦ καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦς ὁ Χριστός ἐστι, πρότερον Λόγος ὤν, καὶ ἐν ἰδέᾳ πυρὸς ποτὲ φανείς, ποτὲ δὲ καὶ ἐν εἰκόνι ἀσωμάτων (79)· νῦν δὲ, διὰ θελήματος Θεοῦ ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενόμενος, ὑπέμεινε καὶ παθεῖν ὅσα αὐτὸν ἐνήργησαν οἱ δαίμονες διατεθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνοήτων Ἰουδαίων· οἵτινες ἔχοντες ῥητῶς εἰρημένον ἐν τοῖς Μωσέως συντάγμασι, *Καὶ ἐλάλησεν ἄγγελος τοῦ Θεοῦ τῷ Μωσεῖ ἐν φλογὸς πυρὶ ἐκ τῆς βάτου, καὶ εἶπεν,*

[38] supra n. 37. [39] Isa. I, 3. [40] Matth. XI, 27. [41] vid. n. 46. [42] Luc. X, 16. [43] Exod. III, 6.

(77) *Οὐδεὶς ἔγνω.* Hæreticos castigat Irenæus lib. IV, cap. 5, quod Christi verba sic legerent: *Nemo cognovit* pro *Nemo cognoscit.* « Hi autem, inquit, qui peritiores apostolis volunt esse, sic describunt: *Nemo cognovit Patrem nisi Filius, nec Filium nisi Pater et cui voluerit Filius revelare.* » Fraudis suspicionem removere posset ab hæreticis Justini exemplum, qui, ut videmus, eodem prorsus modo legit. Sed hæc præsentis in præteritum immutatio suspecta non immerito fuit in perfidis hæreticis, qui, ut ait ibidem Irenæus, ita hunc locum interpretabantur: *quasi a nullo cognitus sit verus Deus ante Domini nostri adventum.*

(78) *Ἀπαγγέλλει.* Codices mss. habent ad marg. et R. Stephanus ad calcem παραγγέλλει. Observat Grabius Justinum, dum Christum ait vocari apostolum, respicere ad Epistolam ad Hebræos, quam proinde in Scripturis canonicis numerabat.

(79) *Ἐν εἰκόνι ἀσωμάτων.* Legendum ἀσωμάτῳ, ut paulo post εἰκόνος ἀσωμάτου. Imagines incorporeas videtur intelligere eas, quæ oculos non feriebant, sed menti divinitus illustratæ offerebantur. « Verbum, inquit Irenæus lib. IV, cap. 20, n. 11, non in una figura, nec in uno charactere videbatur videntibus eum, sed secundum dispensationum ejus causas, sive efficaciam, sicut in Daniele scriptum est. Aliquando enim cum his qui erant circa Ananiam, Azariam, Misaelem, videbatur assistens eis in fornace ignis, et in camino, et liberans eos de igne: *Et visio*, inquit, *quarti similis Filio Dei. Aliquando autem lapis a monte abscissus sine manibus*, et percutiens temporalia regna, et ventilans ea et ipse replens universam terram. Rursum hic idem videtur quasi Filius hominis in nubibus cœli veniens, » etc.

Digitized by Google

Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, τὸν τῶν ὅλων Πατέρα καὶ δημιουργὸν τὸν ταῦτα εἰπόντα λέγουσιν εἶναι. Ὅθεν καὶ τὸ προφητικὸν Πνεῦμα ἐλέγχον αὐτοὺς εἶπεν· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε. Καὶ πάλιν ὁ Ἰησοῦς, ὡς ἐδηλώσαμεν, παρ' αὐτοῖς ὢν, εἶπεν· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός· οὐδὲ τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ οἷς ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ. Ἰουδαῖοι οὖν ἡγησάμενοι ἀεὶ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων λελαληκέναι τῷ Μωσεῖ, τοῦ λαλήσαντος αὐτῷ ὄντος Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἄγγελος καὶ ἀπόστολος κέκληται, δικαίως ἐλέγχονται καὶ διὰ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ὡς οὔτε τὸν Πατέρα, οὔτε τὸν Υἱὸν ἔγνωσαν. Οἱ γὰρ τὸν Υἱὸν Πατέρα φάσκοντες εἶναι ἐλέγχονται μήτε τὸν Πατέρα ἐπιστάμενοι, μήθ' ὅτι ἐστὶν Υἱὸς τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων γινώσκοντες· ὃς καὶ Λόγος πρωτότοκος ὢν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς ὑπάρχει. Καὶ πρότερον διὰ τῆς τοῦ πυρὸς μορφῆς καὶ εἰκόνος ἀσωμάτου τῷ Μωσεῖ καὶ τοῖς ἑτέροις προφήταις ἐφάνη· νῦν δ' ἐν χρόνοις τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς, ὡς προείπομεν, διὰ παρθένου ἄνθρωπος γενόμενος κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν, ὑπὲρ σωτηρίας τῶν πιστευόντων αὐτῷ, καὶ ἐξουθενηθῆναι καὶ παθεῖν ὑπέμεινεν, ἵνα ἀποθανὼν καὶ ἀναστὰς νικήσῃ τὸν θάνατον. Τὸ δὲ εἰρημένον ἐκ βάτου τῷ Μωσεῖ, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ (80), καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, καὶ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, σημαντικὸν τοῦ καὶ ἀποθανόντας ἐκείνους μένειν, καὶ εἶναι αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀνθρώπους. Καὶ γὰρ πρῶτοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐκεῖνοι περὶ Θεοῦ ζήτησιν ἠσχολήθησαν, Ἀβραὰμ μὲν πατὴρ ὢν τοῦ Ἰσαάκ, Ἰσαὰκ δὲ τοῦ Ἰακώβ, ὡς καὶ Μωσῆς ἀνέγραψε.

A conditorem universorum hæc dixisse asserunt. Hinc et Spiritus propheticus eos increpans dixit: *Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit* [44]. Et rursus Jesus, ut ostendimus, cum apud eos esset: *Nemo cognovit*, inquit, *Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater et quibus Filius revelaverit* [45]. Patrem igitur universorum Judæi semper cum Moyse collocutum existimantes, cum is, qui locutus est, Filius Dei esset, qui et Angelus et Apostolus vocatus est, merito et a prophetico Spiritu et ab ipso Christo arguuntur, quod nec Patrem nec Filium noverint. Nam qui Filium Patrem esse dicunt, hi arguuntur, quod nec Patrem sciant, nec Filium esse universorum Patri cognoscant. Qui cum Verbum sit primogenitum Dei, Deus etiam est. B Ac prius quidem Moysi et cæteris prophetis in specie ignis et imagine incorporea visus est; nunc autem vestri imperii temporibus **82** ex Virgine, ut jam diximus, homo factus secundum Patris voluntatem pro eorum salute, qui illi credunt, et pro nihilo haberi et pati sustinuit, ut mortuus ac resurgens mortem vinceret. Quod autem ex rubo dictum est Moysi, *Ego sum qui existens ille, Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, et Deus patrum tuorum* [46], argumento est eos etiam post mortem manere, et ipsius Christi homines esse. Hi enim primi omnium in Dei inquisitione versati sunt; Abraham quidem pater Isaaci, Isaac autem Jacobi, quemadmodum et Moyses perscripsit.

64. Καὶ τὸ ἀνεγείρειν δὲ τὸ εἴδωλον τῆς λεγομένης Κόρης ἐπὶ ταῖς τῶν ὑδάτων πηγαῖς ἐνεργῆσαι τοὺς δαίμονας, λέγοντας θυγατέρα αὐτὴν εἶναι τοῦ Διός, μιμησαμένους τὸ διὰ Μωσέως εἰρημένον, ἐκ τῶν προειρημένων νοῆσαι δύνασθε. Ἔφη γὰρ ὁ Μωσῆς, ὡς προεγράψαμεν· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. Εἰς μίμησιν οὖν τοῦ λεχθέντος ἐπιφερομένου τῷ ὕδατι Πνεύματος Θεοῦ, τὴν Κόρην θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν. Καὶ τὴν Ἀθηνᾶν δὲ ὁμοίως πονηρευόμενοι θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν, οὐκ ἀπὸ μίξεως· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐννοηθέντα (81) τὸν Θεὸν διὰ λόγου τὸν κόσμον ποιῆσαι ἔγνωσαν, ὡς τὴν πρώτην ἔννοιαν ἔφασαν τὴν Ἀθηνᾶν. Ὅπερ γελοιότατον ἡγούμεθα εἶναι, τῆς ἐννοίας εἰκόνα παρεφέρειν θηλειῶν μορφήν. Καὶ ὁμοίως τοὺς ἄλλους

C 64. Atque ut illius, quæ dicitur, puellæ simulacrum ad fontes aquarum erigeretur, id quoque dæmonum molitione, qui illam Jovis filiam esse dixerunt, ac verba Moysis imitati sunt, contigisse, ex his, quæ jam diximus, perspicere potestis. Moyses enim, ut supra scripsimus, sic ait: *In principio creavit Deus cœlum et terram. Terra autem erat inaspectabilis et incondita, et Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Ad imitationem ergo illius Dei Spiritus, qui super aquas ferri dictus est, Proserpinam Jovis filiam vocarunt. Ac simili nequitia Minervam ex Jove genitam dixerunt, idque non ex concubitu; D sed cum mundum a Deo, postquam cogitavit et consideravit, conditum esse per Verbum cognovissent, primam veluti notionem Minervam dixerunt. Quod quidem perridiculum nobis videtur, muliebrem formam ad imaginem notionis exprimendam inducere.

[44] Isa. I, 3. [45] Matth. XI, 27. [46] Exod. III, 6.

(80) Ὁ Θεὸς Ἀβραάμ. Nihil potest de Christi divinitate præclarius dici. 1°. Docet Justinus eum dixisse, *Ego sum qui sum*, quibus verbis essentiam divinam exprimi declarat, *Cohort.* n 25. 2°. Vocatur Christus Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob. 3° Idcirco illorum Deus est, ac ipsi illius homines sunt, quia primi exstiterunt, qui in Deo inquirendo occuparentur. 4°. Illud etiam observandum, quod paulo ante dicebat, καὶ Θεὸς ὑπάρχει, *et Deus est.*

(81) Ἐννοηθέντα. *Postquam cogitavit et consideravit*, id est postquam mundi exemplar in Verbo suo descripsit. Quæ de Minerva attribuit ethnicis Justinus, ea confirmat Themistius orat. 13, ubi ait Minervam ex patris capite prosilientem omnia ornavisse et condidisse, cœlum et terras et quæ in eis sunt. Cui quidem sententiæ tanta est similitudo cum iis quæ leguntur Proverb. VIII, ut eam merito Justinus ex Hebræorum fontibus derivatam existimet.

Digitized by Google

Similiter et reliquos, qui dicuntur, Jovis filios ipsæ actiones redarguunt.

65. Nos autem postquam eum, qui fidem suam et assensum doctrinæ nostræ testatus est, sic abluimus, ad eos, qui dicuntur fratres, deducimus, ubi illi congregati sunt, communes preces et pro nobismetipsis, et pro eo qui illuminatus est, et pro aliis ubique omnibus intento animo facturi, ut veritatis cognitionem adepti, hac etiam gratia dignemur, ut rectam operibus vitam agentes et præceptorum custodes inveniamur, quo salutem æternam assequamur. Invicem osculo salutamus, ubi desiimus precari. Deinde ei, qui fratribus præest, panis affertur, et poculum aquæ et vini: quibus ille acceptis laudem et gloriam universorum Parenti per nomen Filii et Spiritus sancti emittit, et eucharistiam, sive gratiarum actionem, pro his ab illo acceptis donis prolixe exsequitur. Postquam preces et eucharistiam absolvit; populus omnis acclamat, *Amen*. Amen autem Hebræa lingua idem valet ac *Fiat*. **83** Postquam vero is, qui præest, preces absolvit, et populus omnis acclamavit, qui apud nos dicuntur diaconi panem et vinum et aquam, in quibus gratiæ actæ sunt, unicuique præsentium participanda distribuunt, et ad absentes perferunt.

66. Atque hoc alimentum apud nos vocatur eucharistia, cujus nemini alii licet esse participi, nisi qui credat vera esse quæ docemus, atque illo ad remissionem peccatorum et regenerationem lavacro ablutus fuerit, et ita vivat ut Christus tradidit. Neque enim ut communem panem, neque ut communem potum ista sumimus; sed quemadmodum per Verbum Dei caro factus Jesus Christus Salvator noster et carnem et sanguinem habuit nostræ salutis causa; sic etiam illam, in qua per precem ipsius verba continentem gratiæ actæ sunt, alimoniam,

65. Ἡμεῖς δὲ, μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον καὶ συγκατατεθειμένον, ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν, ἔνθα συνηγμένοι εἰσὶ, κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τοῦ φωτισθέντος, καὶ ἄλλων πανταχοῦ πάντων εὐτόνως, ὅπως καταξιωθῶμεν, τὰ ἀληθῆ μαθόντες, καὶ δι' ἔργων ἀγαθοὶ πολιτευταὶ, καὶ φύλακες τῶν ἐντεταλμένων εὑρεθῆναι, ὅπως τὴν αἰώνιον σωτηρίαν σωθῶμεν. Ἀλλήλους φιλήματι (82) ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν· ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος· καὶ οὗτος, λαβὼν, αἶνον καὶ δόξαν τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναπέμπει· καὶ εὐχαριστίαν (83) ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων (84) παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται· οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, Ἀμήν. Τὸ δὲ ἀμὴν τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ τὸ γένοιτο σημαίνει. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι.

66. Καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία· ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μετασχεῖν ἔξόν ἐστιν ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρὸν, καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ Χριστὸς παρέδωκεν. Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ (85) σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ (86) εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ

(82) *Φιλήματι*. Quamvis S. Justinus hanc *Apologiam* Romæ scripserit, ritus tamen Ecclesiæ Orientalis in scribendo sequitur, et sancti osculi tempus, non ut in Latina Ecclesia proxime ante communionem, sed, ut est in *Constitut. apost.* lib. VIII et apud Cyrill. *Cat.* myst. 5, constituit. Ob eamdem causam diaconis, qui in Ecclesia Latina calicem tantum distribuebant, utriusque speciei distribuendæ munus committit.

(83) *Εὐχαριστίαν..... ἐπὶ πολὺ ποιεῖται*. Sic apud Irenæum lib. I, cap. 13, n. 2, de Marco Valentiniano: Ποτήρια οἴνῳ κεκραμένα προσποιούμενος εὐχαριστεῖν, καὶ ἐπὶ πλέον ἐκτείνων τὸν λόγον τῆς ἐπικλήσεως. « Pocula vino mista fingens se consecrare, atque invocationis verba in longius protendens. » In eamdem sententiam S. Firmilianus, ep. 75, inter Cyprianicas, de muliere quadam loquitur, quæ « etiam hoc frequenter ausa est, ut et invocatione non contemptibili, sanctificare se panem et eucharistiam facere simularet et sacrificium Domino (non) sine sacramento solitæ prædicationis offerret. » Invocatio illa non contemptibilis idem videtur esse ac prolixæ preces eucharistiæ.

(84) *Ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων*. Eam indicat S. Martyr gratiarum actionem, quæ Deo duplici nomine, id est ob creatum ab illo panem et vinum, et ob eadem dona in Christi corpus et sanguinem conversa offerebatur. Similiter Origenes lib. VIII *contra Cels.*, p. 399: Τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἁγιόν τι, καὶ ἁγιάζον τοὺς μετ' ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους. « Panes cum gratiarum actione et precatione ob data hæc dona oblatos comedimus, corpus quoddam ob precem effectos sanctum, et sanctificans eos qui eo utuntur cum sano proposito. »

(85) *Ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ*. De tota hac Justini doctrina, vide Præfat. Illud autem, *Per Verbum Dei incarnatus Jesus*, et n. 46: *Per virtutem Verbi homo factus*, illustrari potest et explicari ex num. 33, ubi Spiritus seu Verbum dicitur in Virginem descendisse, eique obumbrasse et prægnantem virtute sua effecisse.

(86) *Δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ*. Vox illa λόγος non Verbum hoc loco significat, sed ipsius Christi verba, ut patet ex his quæ sequuntur. Refert enim Justinus Christi verba ut explicet, cur Christiani alimoniam illam, in qua gratiæ δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ actæ sunt, corpus et sanguinem Christi esse credant. Quemadmodum antea dicebat n. 13: Λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας, *verbis precem et gratiarum actionem continentibus*; ita hoc loco videtur eamdem adhibere verborum constructionem, cum ait, δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ.

Digitized by Google

σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐδιδάχθημεν εἶναι. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν (87), ἃ καλεῖται Εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν· λαβόντα ἄρτον, εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου· Τοῦτέστι τὸ σῶμά μου·* καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· *Τοῦτό ἐστι αἷμά μου·* καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι. Ὅπερ καὶ ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις παρέδωκαν γίνεσθαι μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες. Ὅτι γὰρ ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν ταῖς τοῦ μυουμένου τελεταῖς μετ' ἐπιλόγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε, ἢ μαθεῖν δύνασθε.

67. Ἡμεῖς δὲ μετὰ ταῦτα λοιπὸν ἀεὶ τούτων ἀλλήλους ἀναμιμνήσκομεν· καὶ οἱ ἔχοντες τοῖς λειπομένοις πᾶσιν ἐπικουροῦμεν, καὶ σύνεσμεν ἀλλήλοις ἀεί. Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα, εὐλογοῦμεν τὸν Ποιητὴν τῶν πάντων διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. Ὅταν παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν (88) τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. Ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν· καὶ ὡς προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ (89), ἀναπέμπει (90), καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ Ἀμήν· καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. Οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται δίδωσι· καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι (91) ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται. Τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα·

ex qua sanguis et carnes nostræ per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu et carnem et sanguinem esse edocti sumus. Nam apostoli in commentariis suis, quæ vocantur Evangelia, ita sibi mandasse Jesum tradiderunt : eum scilicet accepto pane, cum gratias egisset, dixisse : *Hoc facite in meam commemorationem* [87]. *Hoc est corpus meum ;* et poculo similiter accepto, actisque gratiis dixisse : *Hic est sanguis meus* [88], ipsisque solis tradidisse. Atque id quidem et in Mithræ mysteriis ut fieret, pravi dæmones imitati docuerunt. Nam panem et poculum aquæ in ejus, qui initiatur, mysteriis, quibusdam verbis additis apponi, aut scitis, aut discere potestis.

67. Ex illo tempore hæc semper nobis invicem in memoriam revocamus ; et qui habemus, indigentibus omnibus subvenimus, et semper una sumus. Atque in omnibus oblationibus laudamus creatorem omnium per Filium ejus Jesum Christum et per Spiritum sanctum. Ac solis, ut dicitur, die omnium sive urbes sive agros incolentium in eumdem locum fit conventus, et commentaria apostolorum, aut scripta prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde, ubi lector desiit, is qui præest admonitionem verbis et adhortationem ad res tam præclaras imitandas suscipit. Postea omnes simul consurgimus, et preces emittimus ; atque, ut jam diximus, ubi desiimus precari, panis affertur et vinum et aqua : et qui præest, preces et gratiarum actiones totis viribus emittit, et populus acclamat, *Amen*, et eorum, in quibus gratiæ actæ sunt, distributio fit et communicatio unicuique præsentium, et absentibus per diaconos mittitur. Qui abundant et volunt, suo arbitrio, quod quisque vult, largiuntur, **84** et quod colligitur apud eum, qui præest, deponitur, ac ipse subvenit pupillis et viduis, et iis qui vel ob morbum, vel aliam ob causam egent, tum etiam iis qui in vinculis sunt et advenientibus peregre hospitibus ; uno verbo omnium indigentium curam suscipit. Die autem solis omnes simul convenimus, tum quia prima hæc dies est, qua Deus, cum tenebras et materiam vertisset, mundum creavit, tum quia Jesus Christus Salvator noster eadem die ex mortuis resurrexit. Pridie enim Saturni eum

[87] Luc. xxii, 19. [88] Matth. xxvi, 28.

(87) *Ἀπομνημονεύμασιν.* Ἀπομνημονεύματα sunt dicta sapientium quæ memoria repetuntur. Sic Eusebius lib. v *Hist. eccl.* cap. 8, de Irenæo ait : Καὶ ἀπομνημονευμάτων ἀποστολικοῦ τινος πρεσβυτέρου... μνημονεύει, *Dictorum apostolici cujusdam presbyteri... meminit.* Hinc Xenophon scripsisse dicitur libros τῶν Σωκράτους ἀπομνημονευμάτων, *Dictorum Socratis quæ memoria recolebat.* Eadem voce ante Justinum usus est Papias apud Eusebium lib. III, I cap. 39. GRABIUS.

(88) *Πρόκλησιν.* Legendum Grabius existimat παράκλησιν.

(89) *Ὅση δύναμις αὐτῷ.* Non favent hæc verba his qui ratas et fixas Ecclesiæ preces impugnant. Neque enim eas Justinus in sacerdotis arbitrio positas fuisse dicit, sed sacerdotis orantis ardorem et intentionem animi exprimit. Nihil sibi aliud volunt hæc verba, ὅση δύναμις αὐτῷ, *quantum potest*, seu, ut reddidi, *totis viribus.* Sic paulo ante dicebat Christianos σὺτόνως, id est cum magna animi intentione preces fundere. Et supra n. 13 : Ὅση δύναμις αἰνοῦντες. Ninivitæ ἀνεβόησαν πρὸς τὸν Θεὸν ἐκτενῶς, Jonæ III, v. 8. Sic etiam Origenes VI. Cels. pag. 386 : Ἀλλὰ τὸν ἕνα Θεὸν, καὶ τὸν ἕνα Υἱὸν αὐτοῦ καὶ Λόγον καὶ εἰκόνα, ταῖς κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἱκεσίαις καὶ ἀξιώσεσι σέβομεν. *Unum Deum*, inquit, *et unicum ejus Filium et Verbum et imaginem, quantum possumus, supplicationibus et precibus, colimus.*

(90) *Ἀναπέμπει.* Hoc verbo, quo Justinus hoc loco et antea et sæpe alias utitur, clamorem quemdam, sive vocem magno conatu emissam significari observat Valesius ad cap. 15. lib. IV. *Hist. eccles.* Eusebii.

(91) *Παρὰ τῷ προεστῶτι.* Hac voce presbyterum aut episcopum designat. Utrique enim communes perfunctiones de quibus hic agitur, nempe baptizare, sacrificare et pauperum curam gerere. Atque id causæ esse arbitror, cur nihil dicat Justinus de confirmatione ; quia scilicet soli eam dabant episcopi.

Digitized by Google

crucifixerunt, et postridie ejusdem diei, id est Solis die, apostolis suis et discipulis visus ea docuit, quæ vobis quoque consideranda tradidimus.

A ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς, τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας, κόσμον ἐποίησε, καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη. Τῇ γὰρ πρὸ τῆς Κρονικῆς (92) ἐσταύρωσαν αὐτόν· καὶ τῇ μετὰ τὴν Κρονικὴν, ἥτις ἐστὶν ἡλίου ἡμέρα, φανεὶς τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς, ἐδίδαξε ταῦτα, ἅπερ εἰς ἐπίσκεψιν καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν.

68. Atque hæc quidem si vobis rationi et veritati consentanea videntur, in pretio habete; sin autem nugæ vobis videntur, ut nugas contemnite, nec, ut adversus hostes, ita adversus homines innocuos mortem decernite. Vobis enim prædicimus vos Dei judicium non evitaturos, si in injustitia permaneatis; ac nos exclamabimus : Quod Deo placet, id fiat. Et cum ex epistola maximi et illustrissimi B Cæsaris Adriani, parentis vestri, postulare a vobis possemus, ut judicia, quemadmodum rogavimus, fieri jubeatis; non tamen magis ob hanc causam rogavimus, quod ita constitutum esset ab Adriano; sed quia scimus nos justa petere, orationem et rerum nostrarum enarrationem confecimus. Adriani autem epistolæ exemplum etiam subjecimus, ut in hoc quoque verum a nobis dici perspiciatis. Sic habet illud exemplum :

68. Καὶ εἰ μὲν δοκεῖ ὑμῖν λόγου καὶ ἀληθείας ἔχεσθαι, τιμήσατε αὐτά· εἰ δὲ λῆρος ὑμῖν δοκεῖ, ὡς ληρωδῶν πραγμάτων καταφρονήσατε, καὶ μὴ ὡς κατ' ἐχθρῶν, κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων θάνατον ὁρίζετε. Προλέγομεν γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐκ ἐκφεύξεσθε τὴν ἐσομένην τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ἐὰν ἐπιμένητε τῇ ἀδικίᾳ, καὶ ἡμεῖς ἐπιβοήσομεν· Ὃ φίλον τῷ Θεῷ, τοῦτο (93) γενέσθω. Καὶ ἐξ ἐπιστολῆς (94) δὲ τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Καίσαρος Ἀδριανοῦ, τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ἔχοντες ἀπαιτεῖν ὑμᾶς καθὰ ἠξιώσαμεν κελεῦσαι τὰς κρίσεις γενέσθαι, οὐκ ἐκ τοῦ κεκρίσθαι (95) τοῦτο ὑπὸ Ἀδριανοῦ μᾶλλον ἠξιώσαμεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπίστασθαι δίκαια ἀξιοῦν, τὴν προσφώνησιν καὶ ἐξήγησιν πεποιήμεθα (96). Ὑπετάξαμεν δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Ἀδριανοῦ τὸ ἀντίγραφον, ἵνα καὶ κατὰ τοῦτο (97) ἀληθεύειν ἡμᾶς γνωρίζητε· καὶ ἔστι τὸ ἀντίγραφον τοῦτο (98) ·

Adriani pro Christianis Epistola.

Ἀδριανοῦ ὑπὲρ Χριστιανῶν Ἐπιστολή (99).

69. « Minucio Fundano. Litteras accepi ad me scriptas a Serenio Graniano clarissimo viro, cui successisti. Videtur igitur mihi res non sine inquisitione prætermittenda, ne et homines perturbentur, C et sycophantis materia sceleris præbeatur. Si ergo ad hanc petitionis rationem provinciales sese obfirmare possunt adversus Christianos, ut etiam pro tribunali respondeant, illuc tantum sese vertant, non autem petitionibus aut solis utantur clamoribus. Multo enim magis convenit, si quis accusare velit,

69. « Μινουκίῳ Φουνδανῷ. Ἐπιστολὴν ἐδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ Σερηνίου (1) Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἀνδρὸς, ὄντινα σὺ διεδέξω. Οὐ δοκεῖ οὖν μοι τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν, ἵνα μήτε οἱ ἄνθρωποι ταράττωνται, καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακουργίας παρασχεθῇ. Ἂν οὖν (2) σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχιῶται δύνωνται διισχυρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ βήματος ἀποκρίνεσθαι (3), ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀξιώσεσιν (4), οὐδὲ μόναις βοαῖς. Πολλῷ γὰρ μᾶλλον προσ-

(92) *Πρὸ τῆς Κρονικῆς.* Halloixius observat *Vit. Justini* p. 133, diem Veneris nolle appellare Justinum ob summam hujus deæ turpitudinem. Ridet Halloixium Thirlbius, quod hæc, ut abstrusa et difficilia, non sine magno apparatu observanda duxerit; ac joco non multum probando gratias agit « sagacissimo Halloixio, vel potius Ludovico de la Cerda a quo hoc suffuratus est. »

(93) *Ὃ φίλον τῷ Θεῷ, τοῦτο.* Legitur ad marg. in codicibus mss. et apud R. Stephanum ὡς τῷ Θεῷ φίλον, ταύτῃ γενέσθω. D

(94) *Ἐπιστολῆς.* Habebant editi nostri et mss. ἀποστολῆς, sed melius Eusebius qui hunc locum transtulit in l. IV *Hist.*, c. 8.

(95) *Οὐκ ἐκ τοῦ κεκρίσθαι.* Eusebius : τοῦτο οὐχ ὡς ὑπὸ Ἀδριανοῦ κελευσθὲν μᾶλλον ἠξιώσαμεν· ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ.

(96) *Καὶ ἐξήγησιν πεποιήμεθα.* Mendose hæc desunt apud Eusebium, apud quem legitur tantum, δικαίαν ἠξίουν τὴν προσφώνησιν.

(97) *Καὶ κατὰ τοῦτο.* Eusebius καὶ τοῦτο.

(98) *Καὶ ἔστι τὸ ἀντίγραφον τοῦτο.* Legitur tantum apud Eusebium, καὶ ἔστι τόδε. — Justinus teste Eusebio (l. c. : αὐτὴν παρατέθειται [sc. Justin.] τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντιγραφὴν, ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὸ Ἑλληνικὸν κατὰ δύναμιν αὐτὴν μετειλήφαμεν) genuinum *Latinæ* epistolæ exemplum apologiæ ascripsit idque a Rufino servatum repetii. Jam Alex. Sym. Mazochius rescripti illius Adrianei textum, quem Aquileiensi presbytero redivivum debemus, Eusebianæ interpretationis (l. c. c. 9, p. 315, sq.) loco subrogavit. Cf. Maz. *Comment. in vet. marmor.* 8. *Neapolit. eccl. Kalendar.*, vol. II, p. 476, sqq. (rec. in Gallandii *Biblioth.*, etc. t. I, p. 728, sqq.); add. Ern. Jul. Kimmel : *De Rufino Eusebii interprete* (Geræ 1838, 8,) p. 175, sq., Secutus autem sum eamdem Rufini editionem Basileensem recogn. per Beat. Rhenanum (Basil. ap. Jo. Froben. 1523, fol.) c. 9, p. 78, quam possedit Jo. Andr. Bosius, Jenæ olim bibliothecarius; hic enim a. 1672, mstum quemdam codicem *Norimbergensem* ita exhausit, omnes lectiones ut margini illius editionis nunc in bibliotheca Ienensi asservatæ ascriberet. Otto.

(99) Hæc est rescripti interpretatio, quam postmodum librarii, primitivo exemplari spreto, Justini *Apologiæ* ex Eusebii *Hist. eccl.*, IV, 8, attexuerunt. Otto.

(1) *Σερηνίου.* Mallet Valesius cum Rufino et Hieronymo Serenianum hunc proconsulem vocare, quem quidem post litteras Adriano missas e vita vel e provincia decessisse putat, et idcirco Adrianum illius successori respondisse. Hanc autem Adriani epistolam Latino sermone huic Justini *Apologiæ* subjectam Eusebius Græce reddidit, ut ipse testatur; et ex illius Historia lib. IV, c. 9, huc translata est.

(2) *Ἂν οὖν.* Euseb. εἰ οὖν, et mox ἐπαρχιῶται δύνανται.

(3) *Ἀποκρίνεσθαι.* Euseb. ἀποκρίνασθαι. Sed in nonnullis mss. codicibus legitur ut apud Justinum.

(4) *Ἀξιώσεσιν.* Observat Valesius hac voce de-

Digitized by Google

ἦκεν, εἴ τις κατηγορεῖν βούλοιτο, τοῦτό σε διαγινώσκειν. Εἴ τις οὖν κατηγορεῖ, καὶ δείκνυσί τι παρὰ τοὺς νόμους πράττοντας, οὕτως διόριζε (5) κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἁμαρτήματος. Ὡς μὰ τὸν Ἡρακλέα, εἴ τις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτείνοι (6), διαλάμβανε ὑπὲρ τῆς δεινότητος, καὶ φρόντιζε ὅπως ἂν ἐκδικήσειας. »

A te ea de re cognoscere. Si quis igitur accuset et (Christianos) præter leges aliquid agere demonstret, ita statue, ut gravitas delicti postulabit. Quemadmodum etiam mehercule, si quis calumniandi causa hunc prætextum arripiat, 85 cogitationem suscipe de hac crudeli agendi ratione, et cura ut ulciscaris. »

Ἀντωνίνου Ἐπιστολὴ πρὸς τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας.

70. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ (7) Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνῖνος σεβαστὸς, εὐσεβὴς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ιε', ὕπατος τὸ γ', πατὴρ πατρίδος, τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας (8) χαίρειν.— Ἐγὼ ᾤμην (9) ὅτι καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιμελεῖς ἔσεσθαι μὴ λανθάνειν τοὺς τοιούτους. Πολὺ γὰρ μᾶλλον ἐκείνους κολάσοιεν, εἴπερ δύναιντο (10), τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοῖς προσκυνεῖν (11). Οἷς ταραχὴν ὑμεῖς ἐμβάλλετε, καὶ τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσιν ὡς ἀθέων κατηγορεῖτε, καὶ ἕτερά (12) τινα ἐμβάλλετε, ἅτινα οὐ δυνάμεθα ἀποδεῖξαι. Εἴη δ' ἂν (13) ἐκείνοις χρήσιμον, τὸ δοκεῖν ἐπὶ τῷ κατηγορουμένῳ τεθνάναι· καὶ νικῶσιν ὑμᾶς (14) προϊέμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἢπερ πειθόμενοι οἷς ἀξιοῦτε πράσσειν αὐτούς. Περὶ δὲ τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων καὶ τῶν γινομένων, οὐκ εἰκὸς (15) ὑπομνῆσαι ὑμᾶς ἀθυμοῦντας, ὅταν περ ὦσι, παραβάλλοντας τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων, ὅτι εὐπαρρησιαστότεροι ὑμῶν γίνονται πρὸς τὸν

Antonini Epistola ad commune Asiæ.

70. Imperator Cæsar Titus Ælius Adrianus Antoninus Augustus Pius, pontifex maximus, tribun. potest. xv, cons. III, pater patriæ, communi Asiæ salutem.—Putabam equidem curaturos deos, ne tales homines laterent. Nam si possent, multo magis quam vos ab ejusmodi hominibus qui eos adorare nolunt, pœnas repeterent. Quibus quidem vos molestiam facessitis, et eorum sententiam, tanquam si essent athei, accusatis, et alia nonnulla impingitis, quæ probare non possumus. Utile autem illis fuerit ob id, cujus nomine accusantur, mortem videri oppetere, ac vos vincunt, dum animas suas projiciunt potius, quam illis pareant, quæ ab eis fieri postulatis. De terræ autem motibus qui vel evenerunt, vel eveniunt, non decet ut admoneatis, vos qui animum despondetis, cum fiunt, si cum illorum rebus vestras comparetis. Sunt enim illi fidentiores quam vos apud Deum. Ac vos quidem per

signari acclamationes illas, quæ a populo fieri solebant in theatris : *Christianos ad leonem*, ut testatur Tertullianus.

(5) *Διόριζε.* Euseb. ὅριζε.

(6) *Τοῦτο προτείνοι.* Id est, si calumniæ causa nomen Christianum obtendat, neque aliud crimen probare possit. Hanc esse mentem Adriani patet ex epistola sequenti, in qua Antoninus pœnas intentat his qui Christianos, quatenus Christianos, deferent, seque hac in re patris sui sententiam sequi declarat.

(7) *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ.* De hac epistola ejusque titulo pluribus disserimus in Præfat. part. III. Ex Eusebii *Hist.* lib. IV, c. 13, huc translata est. — *Ἀντωνίνου*, etc. Hoc edictum, si modo fuit Justino in manibus, ipse apologiæ non inseruit, cui postea per alienam accessit sedulitatem. Nam nec mentionem ejus usquam fecit, neque illud omnino exstitit eo tempore, quo *Apologiam* suam scribebat. Quod si exstitisset, non est dubium, Justinum potius hoc usurum fuisse ad defensionem sui, quia ad Antoninum ipsum dirigitur Apologeticus, quam illo Adriani, ad quem Apologeticus non pertinet. Ita præceptor noster Eichstadius in Exercitatione Antoniniana V, *Annal. Academiæ Jenens.* vol. I, (len. 1823, 4) inserta p. 286, not. 3. Idem vir clarissimus istius decreti textum apposita versione Latina ex Justino et Eusebio (*Hist. eccl.* IV, c. 13, p. 326, sqq.) reddidit notis illustratum (l. c. p. 290, sqq.). Mirifice autem discrepat exemplar Eusebianum ab hoc nostro; quare de illo nihil afferemus. Otto.

(8) *Τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας.* Ita Cicero *commune Mysiadum* et *commune totius Siciliæ* in Verrinis dixit. Porro cum κοινὸν Ἀσίας dicitur, subaudiendum est συνέδριον. Habebant enim Asiani commune concilium totius gentis, quo singulæ civitates legatos, seu synedros mittebant, ut docet Aristides in 4 *Orat. sacrarum*. Valesius. — Hæc concilia fuere variarum in Christianos persecutionum seminarium. Otto.

29. *Christum colentibus lex inutilis.* — Glorificemus Deum una congregatæ gentes, quod nos quoque inviserit. Glorificemus eum per Regem gloriæ, per Dominum virtutum. Beneplacitum est enim illi etiam super **127** gentes, ac victimas a nobis accipit libentius, quam a vobis. Quid igitur mihi adhuc opus est circumcisione, qui Dei testimonio comprobatus sum? Quis usus hujus baptismatis, qui Spiritu sancto baptizatus sum? Videor mihi hæc edisserens iis etiam, qui parum intelligentia prædíti sunt, persuasurus. Neque enim hæc verba a me composita sunt, aut humana arte exornata; sed ea David psallendo cecinit, Isaias evangelizavit, Zacharias promulgavit, Moyses scripsit. Agnoscis ea, Trypho? Consignata sunt litteris vestris, vel potius non vestris, sed nostris. Nos enim iis adhæremus; vos autem legendo sententiam non perspicitis. Ne sit igitur vobis molestum, nec in probri loco nobis objiciatis corporis præputium, quod Deus ipse formavit; neque etiam quod calidam sabbatis bibamus, grande piaculum existimetis; siquidem Deus mundum perinde hoc etiam die ac cæteris omnibus gubernat; pontifices quoque, ut cæteris diebus, ita etiam isto jussi sunt muneribus offerendis operari; denique tot justi homines, cum nullum ex his legis institutis observassent, ipsius Dei testimonio comprobati fuere.

30. *Veræ justitiæ cultores Christiani.* — Sed nequitiæ vestræ ascribite, quod etiam calumniis Deus appeti possit ab hominibus mente captis, quasi non eamdem semper omnes justitiam docuerit. Hæc enim instituta a ratione aliena nec Deo digna multis visa sunt, qui gratiam intelligendi non acceperunt populum vestrum improbe agentem, ac animæ morbo laborantem his legibus ad conversionem et pœnitentiam spiritus vocatum fuisse, ac

[26] Psal. XVII, 45.

(20) *Ζαχαρίας.* Legit Langus Μαλαχίας.

(21) *Μᾶλλον δὲ οὐχ ὑμετέροις, ἀλλ' ἡμετέροις.* Vid. *Cohort.* Justini n. 13.

(22) *Θερμὸν πίνομεν.* Iis opponit Petavius (Not. in Epiphan. p. 356) epistolam interpolatam S. Ignatii num. 9, ubi aquæ *tepidæ*, non vero *calidæ*, potus his verbis, καὶ χλιαρὰ πίνων, memoratur.

(22*) *Αὐτῶν.* Pro ἑαυτῶν, scriptura Justino familiaris. Sic supra num. 6 legitur δι' αὐτῆς (*per seipsam*), et *Apol.* I, n. 5, ὅπερ ἕκαστος αὐτῷ (*quod quisque sibi*). Plato ipse, in *Phædro:* Μόνον τὸ αὐτὸ κινοῦν (*Illud solum quod seipsum movet*). Ed. Patr.

(23) *Καὶ μετάνοιαν τοῦ Πατρός.* Sæpe errarunt librarii in his vocibus Πατρός et Πνεύματος, quia breviter scriptæ ad hunc modum, πρς πνς, similimæ sunt. Sic apud Tatianum n. 5, et apud Methodium in *Convivio decem virginum*, p. 93, Λόγος Πνεύματος, pro eo quod legendum est, Λόγος Πατρός, « Verbum Patris. » Sic ergo hoc loco legendum videtur μετάνοιαν πνεύματος. Nimirum, ut calumnias propulset a lege, docet carnalibus illius præceptis, ex quibus nonnulli ansam ad blasphemias arripiebant, Judæos ad spiritalem conversionem vocatos fuisse. Similia habes apud Irenæum lib. IV, cap. 14, n. 3: « Facile autem, inquit, ad idola revertentem populum erudiebat, per multas vocationes præstruens eos servire Deo; per ea quæ erant secunda, ad prima vocans, hoc est, per typica ad vera, et per temporalia ad æterna, et per carnalia ad spiritalia, et per terrena ad cœlestia. » Legem eo consilio institutam fuisse, ut ad veram conversionem Judæos vocaret, pluribus locis docet Augustinus. Vid. lib. *De gratia Christi*, c. 8. Cl. Thirlbius legi posse conjicit μετάνοιαν τῶν πάρος vel τὸ πάρος, quanquam fatetur neutrum sibi valde placere. Langus ita vertit, quasi addendum esset καὶ ἐπίγνωσιν post μετάνοιαν.

(24) *Καὶ αἰώνιός ἐστι*, etc. Ante hæc verba addendum vel supplendum ὅτι. Prophetiam æternam vocat eam, quæ continetur psalmo XIX in quo legitur: « Lex Domini immaculata... timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi. » Prophetiam vocat hæc verba vel quia deprompta sunt ex libro prophetico (sic enim num. 27 Isaiæ de sabbato præcepta appellantur prophetiæ), vel quia prædictionem Christianæ legis continent; æternam autem, quia lex illa non, ut Mosaicum institutum, finem habitura erat, sed in sæculum sæculi permansura. Vide infra n. 34, et supra n. 28.

(25) *Μετὰ τὸν Μωϋσέως θάνατον.* Quomodo ne-

Digitized by Google

æternam esse illam prophetiam, quæ post Moysis mortem prodiit. Atque id quidem per psalmum dictum fuit, o viri. Hæc autem (judicia Domini) nobis, quibus sapientiam præstiterunt, dulciora super mel et favum videri ex eo perspicitur, quod ne morte quidem proposita adducamur, ut nomen ejus abnegemus. Illud etiam manifestum omnibus est nos, qui in eum credimus, ab eo petere, ut « ab alienis, » id est a nefariis et fallacibus spiritibus nos custodiat, quemadmodum prophetiæ sermo ex persona unius eorum, qui in illum credunt, figurate declarat. Nam ut a **128** dæmoniis servemur, quæ a Dei cultu aliena sunt, quæque olim adorabamus, Deum semper per Jesum Christum obsecramus, ut postquam per eum ad Deum conversi fuimus, intaminati simus. Adjutorem enim et redemptorem eum vocamus; cujus quidem vel nominis potentiam dæmonia ipsa perhorrescunt; ac hodie per nomen Jesu Christi, qui sub Pontio Pilato Judææ præside crucifixus fuit, adjurata subjiciuntur. Ex quo omnibus patet tantam ei datam a Patre potestatem, ut nomini ejus et passionis dispensationi etiam dæmonia subjiciantur.

31. *Si tanta nunc Christi potentia, quanto magis in secundo adventu.*— Quod si potentiam, quæ ejus passionis dispensationem consecuta est et consequitur, tantam esse demonstratur; quanta tandem ea futura est in glorioso ejus adventu? Veniet enim tanquam Filius hominis ex altis nubibus, ut Daniel declaravit, angelis cum eo advenientibus. Sunt autem hæc verba Danielis: « Aspiciebam donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit, habens operimentum veluti candidam nivem, et cæsaries capitis ejus, quasi lana munda, thronus ejus quasi flamma ignis, rotæ ejus ignis urens. Fluvius ignis volvebatur, profluens a facie ejus. Mille millia deserviebant ei, et dena millia denum millium assistebant ei. Libri aperti sunt, et judicium sedit. Aspiciebam super vocem sermonum grandium, quos cornu loquebatur, et distenta est bestia, et interiit corpus ejus, et data est in combustionem ignis. Et a reliquis etiam bestiis translatus est principatus earum, et tempus vitæ bestiis concessum usque ad

προελθοῦσα ἡ προφητεία. Καὶ διὰ τοῦ ψαλμοῦ (26) τοῦτο εἴρηται, ὦ ἄνδρες. Καὶ ὅτι γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον ὁμολογοῦμεν αὐτὰ οἱ σοφισθέντες ἀπ' αὐτῶν, ἐκ τοῦ καὶ μέχρι θανάτου ἀνεξαρνήτους ἡμᾶς γίνεσθαι τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, φαίνεται. Ὅτι δὲ καὶ αἰτοῦμεν αὐτὸν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν, ἵνα ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, τουτέστιν ἀπὸ τῶν πονηρῶν καὶ πλάνων πνευμάτων συντηρήσῃ ἡμᾶς, [ὡς] ἀπὸ προσώπου ἑνὸς τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων σχηματοποιήσας ὁ λόγος τῆς προφητείας λέγει, πᾶσι φανερόν ἐστιν. Ἀπὸ γὰρ τῶν δαιμονίων, ἃ ἐστιν ἀλλότρια τῆς θεοσεβείας τοῦ Θεοῦ, οἷς πάλαι προσεκυνοῦμεν, τὸν Θεὸν ἀεὶ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ συντηρηθῆναι παρακαλοῦμεν (27), ἵνα μετὰ τὸ ἐπιστρέψαι πρὸς Θεὸν δι' αὐτοῦ ἄμωμοι ὦμεν. Βοηθὸν γὰρ ἐκεῖνον καὶ λυτρωτὴν καλοῦμεν· οὗ καὶ τὴν τοῦ ὀνόματος ἰσχὺν καὶ τὰ δαιμόνια τρέμει, καὶ σήμερον ἐξορκιζόμενα κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ γενομένου ἐπιτρόπου τῆς Ἰουδαίας, ὑποτάσσεται· ὡς καὶ ἐκ τούτου πᾶσι φανερὸν εἶναι ὅτι ὁ Πατὴρ αὐτοῦ τοσαύτην ἔδωκεν αὐτῷ δύναμιν, ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεσθαι τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ τῇ τοῦ γενομένου πάθους αὐτοῦ οἰκονομίᾳ.

31. Εἰ δὲ τῇ τοῦ πάθους αὐτοῦ οἰκονομίᾳ τοσαύτη δύναμις δείκνυται παρακολουθήσασα καὶ παρακολουθοῦσα, πόση ἡ ἐν τῇ ἐνδόξῳ γινομένη αὐτοῦ παρουσίᾳ; Ὡς υἱὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐπάνω νεφελῶν ἐλεύσεται, ὡς Δανιὴλ ἐμήνυσεν, ἀγγέλων σὺν αὐτῷ ἀφικνουμένων. Εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι· « Ἐθεώρουν ἕως ὅτου θρόνοι ἐτέθησαν· καὶ ὁ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο, ἔχων περιβολὴν ὡσεὶ χιόνα λευκὴν, καὶ τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν. Ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡσεὶ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Ποταμὸς πυρὸς εἵλκεν ἐκπορευόμενος ἐκ προσώπου αὐτοῦ. Χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. Βίβλοι ἀνεῴχθησαν, καὶ κριτήριον ἐκάθισεν. Ἐθεώρουν τότε τὴν φωνὴν τῶν μεγάλων λόγων, ὧν τὸ κέρας ἐλάλει· καὶ ἀπετυμπανίσθη τὸ θηρίον, καὶ ἀπώλετο τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός. Καὶ τὰ λοιπὰ θηρία μετεστάθη τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, καὶ χρόνος ζωῆς τοῖς θηρίοις ἐδόθη ἕως καιροῦ καὶ χρόνου. Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς,

gare potuit Justinus æternam legem sub Moyse prodiisse, cum ipse fateatur infra n. 45, in hac lege non ea solum præscribi, quæ ad duritiam cordis instituta sunt, sed ea etiam, « quæ natura præclara et pia et justa sunt? » Cum Justinus legem Moysis, sive Decalogi præcepta traderet, sive alia præscriberet ad duritiam cordis, aut ad rerum futurarum præsignificationem, litteram occidentem esse existimabat, utpote scriptam in tabulis lapideis, non in cordibus per Spiritum sanctum, qui charitatem diffundit. Hoc ipso in loco Judæorum et Christianorum discrimen inde repetit, quod Christiani judicia Domini dulciora super mel et favum existiment, ac ne, morte quidem proposita, nomen Dei abnegent, non illi quidem propriis viribus, « sed per Christum ad Deum conversi, eumque adjutorem et redemptorem vocantes, cujus vel nominis potentiam dæmonia perhorrescunt, ac per nomen Jesu Christi adjurata subjiciuntur. » Mirifice cum Justino consentit Augustinus, qui in lib. *De spiritu et littera* pluribus demonstrat: « Legem, ex qua Apostolus neminem dicit justificari, non tantum in illis sacramentis, quæ habuerunt promissivas figuras, verum etiam in illis operibus intelligi, quæ quisquis fecerit, juste vivit, ubi est et illud, non concupisces, » n. 23.

(26) *Καὶ διὰ τοῦ ψαλμοῦ.* Videtur hoc loco brevitatis causa prætermissus sive a Justino, sive a librariis psalmus: *Cœli enarrant.* Nonnulla enim ex hoc psalmo explicat Justinus, quasi ipsum antea recitasset, ut quisque legendo animadvertere poterit. Mox leg. ὡς ἀπὸ προσώπου.

(27) Occurrit formula precum huiusmodi in *Constit. apost.*, VIII, c. 11. Otto.

Digitized by Google

καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος· καὶ ἦλθεν ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν, καὶ παρῆν ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ οἱ παρεστηκότες προσήγαγον αὐτόν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία καὶ τιμὴ βασιλική, καὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς κατὰ γένη, καὶ πᾶσα δόξα λατρεύουσα. Καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ μὴ ἀρθῇ· καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ μὴ φθαρῇ. Καὶ ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου ἐν τῇ ἕξει μου, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς μου ἐτάρασσόν με. Καὶ προσῆλθον πρὸς ἕνα τῶν ἑστώτων, καὶ τὴν ἀκρίβειαν ἐζήτουν παρ' αὐτοῦ ὑπὲρ πάντων τούτων. Ἀποκριθεὶς δὲ λέγει μοι, καὶ τὴν κρίσιν τῶν λόγων ἐδήλωσέ μοι· Ταῦτα τὰ θηρία τὰ μεγάλα, εἰσὶ τέσσαρες βασιλεῖαι, αἳ ἀπολοῦνται ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ οὐ παραλήψονται τὴν βασιλείαν ἕως αἰῶνος, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. Τότε ἤθελον ἐξακριβώσασθαι ὑπὲρ τοῦ τετάρτου θηρίου τοῦ καταφθείροντος πάντα καὶ ὑπερφόβου, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ, καὶ οἱ ὄνυχες αὐτοῦ χαλκοῖ· ἐσθίον καὶ λεπτῦνον, καὶ τὰ ἐπίλοιπα αὐτοῦ τοῖς ποσὶ κατεπάτει· καὶ περὶ τῶν δέκα κεράτων αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς τοῦ προσφυέντος, καὶ ἐξέπεσον ἐκ τῶν προτέρων δι' αὐτοῦ τρία. Καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο εἶχεν ὀφθαλμοὺς καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα, καὶ ἡ πρόσοψις αὐτοῦ ὑπερέφερε τὰ ἄλλα. Καὶ κατενόουν τὸ κέρας ἐκεῖνο πόλεμον συνιστάμενον πρὸς τοὺς ἁγίους, καὶ τροπούμενον αὐτούς, ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸν Παλαιὸν ἡμερῶν· καὶ τὴν κρίσιν ἔδωκε τοῖς ἁγίοις τοῦ Ὑψίστου· καὶ ὁ καιρὸς ἐνέστη, καὶ τὸ βασίλειον κατέσχον ἅγιοι Ὑψίστου. Καὶ ἐρρέθη μοι περὶ τοῦ τετάρτου θηρίου· Βασιλεία τετάρτη ἔσται ἐπὶ τῆς γῆς, ἥτις διοίσει παρὰ πάσας τὰς βασιλείας ταύτας, καὶ καταφάγεται πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἀναστατώσει αὐτὴν, καὶ καταλεανεῖ αὐτήν. Καὶ τὰ δέκα κέρατα, δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται μετ' αὐτούς (28)· καὶ οὗτος διοίσει κακοῖς ὑπὲρ τοὺς πρώτους, καὶ τρεῖς βασιλεῖς ταπεινώσει, καὶ ῥήματα πρὸς τὸν Ὕψιστον λαλήσει, καὶ ἑτέρους ἁγίους τοῦ Ὑψίστου καταστρέψει, καὶ προσδέξεται ἀλλοιῶσαι καιροὺς καὶ χρόνους. Καὶ παραδοθήσεται εἰς χεῖρας αὐτοῦ (29) ἕως καιροῦ καὶ καιρῶν, καὶ ἥμισυ καιροῦ. Καὶ ἡ κρίσις ἐκάθισε, καὶ τὴν ἀρχὴν μεταστήσουσι τοῦ ἀφανίσαι καὶ τοῦ ἀπολέσαι ἕως τέλους. Καὶ ἡ βασιλεία, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ ἡ μεγαλειότης τῶν τόπων τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν βασιλειῶν, ἐδόθη λαῷ ἁγίῳ Ὑψίστου βασιλεῦσαι βασιλείαν αἰώνιον· καὶ πᾶσαι ἐξουσίαι ὑποταγήσονται αὐτῷ, καὶ πειθαρχήσουσιν αὐτῷ. Ἕως ὧδε τὸ τέλος τοῦ λόγου. Ἐγὼ Δανιὴλ ἐκστάσει περιειχόμην σφόδρα, καὶ ἡ λέξις διήνεγκεν ἐμοὶ (30), καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἐτήρησα. »

A certum diem et tempus. Aspiciebam in visione noctis; et ecce cum nubibus cœli, quasi Filius hominis veniens, et usque ad Antiquum dierum pervenit. Et aderat in conspectu ejus; et qui assistebant adduxerunt eum. Et data ei est potestas et dignitas regia, et gentes terræ per genera sua omnes et omnis gloria serviens. Et potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur: et regnum ejus non interibit. Et horruit spiritus meus in habitu meo, et visiones capitis mei conturbabant me. Et accessi ad unum assistentium, et veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Respondens autem ille dixit, et judicium sermonum declaravit mihi: Hæ bestiæ magnæ, quatuor sunt regna, quæ disperibunt a terra, et non suscipient regnum usque in sæculum, B et usque in sæculum sæculorum. Tunc accurate exquirere volui de quarta bestia, corrumpente omnia, et terribili admodum, cujus dentes ferrei, et ungues ejus æneï, comedente et comminuente, et reliqua pedibus suis conculcante; et de decem cornibus ejus in capite, et de uno quod succrevit, per quod ex prioribus tria protrusa sunt. Et cornu illud habebat oculos et os loquens grandia; et aspectus ejus excellebat alia. Et animadvertebam cornu illud bellum movere in sanctos, et fundere eos; donec venit Antiquus dierum, et judicium dedit sanctis Excelsi, et tempus advenit, et regnum obtinuerunt sancti Altissimi. Et usque dictum mihi est de quarta bestia: Regnum quartum erit in terra, C quod longe superabit omnia regna, et devorabit universam terram, et devastabit atque delebit eam. Et decem cornua, decem reges consurgent, **129** et alius post eos, atque is malis superabit priores, et tres reges humiliabit, et verba in Altissimum loquetur, et cæteros sanctos Altissimi evertet, et sumet sibi ut alteret dies et tempora. Et tradentur in manus ejus usque ad tempus et tempora, et dimidium temporis. Et judicium sedit, et principatum transferent, ut aboleant et disperdant usque in finem. Et regnum, et potestas, et amplitudo locorum regnorum quæ sub cœlo sunt, data est populo sancto Altissimi, ut regnent regno sempiterno; et potestates omnes subjicientur et obedient ei. Huc usque finis verbi. Ego Daniel exD stasi circumdabar valde, et sermo in me immutatus est, et verbum in corde meo servavi[96]. »

32. Καὶ ὁ Τρύφων, παυσαμένου μου, εἶπεν· Ὦ ἄνθρωπε, αὗται ἡμᾶς αἱ Γραφαὶ καὶ τοιαῦται ἔνδοξον καὶ μέγαν ἀναμένειν τὸν παρὰ τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμε-

32. *Objiciente Tryphone Christum a Daniele gloriosum describi, duos adventus distinguit Justinus.* — Hic Trypho, quiescente me: Istæ nos, inquit,

[96] Dan. VII, 9-28.

(28) *Μετ' αὐτούς.* Legendum καὶ ἕτερος μετ' αὐτούς, ut monet Thirlbius, qui has voces forma paulum immutata ante καὶ ἑτέρους translatas fuisse conjicit.

(29) *Εἰς χεῖρας αὐτοῦ.* Sic emendatum in edit. Paris. Habent aliæ, ut et mss. codices, εἰς χεῖρας ἕως καιροῦ αὐτοῦ.

(30) *Καὶ ἡ λέξις διήνεγκεν ἐμοί.* Legitur in Bibliis, καὶ ἡ μορφή μου ἠλλοιώθη. Videtur legendum apud Justinum ἕξις pro λέξις.

Digitized by Google

et aliæ ejusmodi Scripturæ, gloriosum cogunt et magnum exspectare eum, qui regnum æternum ab Antiquo dierum, tanquam Filius hominis, accipit. Vester autem ille Christus, quem ita vocatis, inhonoratus et inglorius fuit, ita ut etiam in extremam illam, quæ in lege Dei sancitur, exsecrationem incurreret. Est enim in crucem actus.

Tum ego ad illum : Si Scripturæ, quas jam recitavi, non ejus speciem ingloriam fore et genus inenarrabile dicerent, ac pro morte ejus divites morte affectum iri, nosque ejus livore sanatum, ac ipsum tanquam ovem abductum iri; si non exposuissem duplicem illius adventum, alterum in quo punctus est a vobis, alterum in quo agnoscetis in quem pupugistis, et plangent tribus vestræ, tribus ad tribum, mulieres seorsum, et viri seorsum; obscura et incerta dicere viderer. Nunc vero in omni sermone ex sanctis apud vos et propheticis Scripturis omnem demonstrandi rationem instituo, sperans vestrum aliquem ex eo reperiri posse semine, quod per gratiam Domini Sabaoth reliquum ad salutem æternam factum est. Itaque ut et clarius vobis id quod quærimus, fiat, afferam alia etiam verba a beato illo viro Davide pronuntiata, ex quibus Christum intelligetis a sancto prophetico Spiritu Dominum etiam vocari, et a Patre omnium Domino e terris revocari, et ad ipsius dextram collocari, donec Pater ponat inimicos scabellum pedum ejus. Quod quidem jam inde fit ex quo in cœlum ascendit redivivus ex mortuis Dominus noster Jesus Christus, currentibus ad finem temporibus, jamque eo pro foribus astante, qui impia et nefanda in Altissimum locuturus est; quem quidem tempus et tempora et dimidium temporis dominaturum Daniel declarat. Vos autem ignari quam sit permansurus diu, aliud existimatis. « Tempus » enim centum annos interpretamini. Quod quidem si ita est, hominem iniquitatis trecentos ad minimum et quinquaginta annos regnare oportet, ut id quod a sancto Daniele dictum est, « et tempora, » pro duobus tantum temporibus numeremus. **130** Hæc autem omnia digrediens a proposito vobis dixi, ut tandem aliquando fidem habentes iis, quæ in vos a Deo dicuntur [97], nempe vos esse filios insipientes, item his verbis : « Propterea apponam ut transferam populum hunc, et transferam eos; et auferam sapientiam sapientum et intelligentiam intelligentium ipsorum occultabo [98]; » desinatis et vos ipsos et eos qui vos audiunt, in errorem inducere, et a nobis, quibus Christi gratia sapientiam præstitit, edi-

A ρῶν, ὡς Υἱὸν ἀνθρώπου, παραλαμβάνοντα τὴν αἰώνιον βασιλείαν ἀναγκάζουσιν. Οὗτος δὲ ὁ ὑμέτερος λεγόμενος Χριστὸς, ἄτιμος καὶ ἄδοξος γέγονεν, ὡς καὶ τῇ ἐσχάτῃ κατάρᾳ τῇ ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ περιπεσεῖν· ἐσταυρώθη γάρ.

Κἀγὼ πρὸς αὐτόν· Εἰ μὲν, ὦ ἄνδρες, μὴ ἀπὸ τῶν Γραφῶν ὧν προανιστόρησα, τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄδοξον, καὶ τὸ γένος αὐτοῦ ἀδιήγητον, καὶ ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ τοὺς πλουσίους θανατωθήσεσθαι, καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν (31), καὶ ὡς πρόβατον ἀχθήσεσθαι ἐλέγετο, καὶ δύο παρουσίας αὐτοῦ γενήσεσθαι ἐξηγησάμην, μίαν μὲν ἐν ᾗ ἐξεκεντήθη ὑφ' ὑμῶν, δευτέραν δὲ ὅτε ἐπιγνώσεσθε εἰς ὃν ἐξεκεντήσατε, καὶ κόψονται αἱ φυλαὶ ὑμῶν, φυλὴ πρὸς φυλὴν, αἱ γυναῖκες κατ' ἰδίαν, καὶ οἱ ἄνδρες κατ' ἰδίαν, ἀσαφῆ καὶ ἄπορα ἐδόκουν λέγειν. Νῦν δὲ διὰ πάντων τῶν λόγων ἀπὸ τῶν παρ' ὑμῖν ἁγίων καὶ προφητικῶν Γραφῶν τὰς πάσας ἀποδείξεις ποιοῦμαι, ἐλπίζων τινὰ ἐξ ὑμῶν δύνασθαι εὑρεθῆναι ἐκ τοῦ κατὰ χάριν τὴν ἀπὸ τοῦ Κυρίου Σαβαὼθ περιλειφθέντος (32) εἰς τὴν αἰώνιον σωτηρίαν. Ἵνα οὖν καὶ σαφέστερον ὑμῖν τὸ ζητούμενον νῦν γένηται, ἐρῶ ὑμῖν καὶ ἄλλους λόγους τοὺς εἰρημένους διὰ Δαβὶδ τοῦ μακαρίου· ἐξ ὧν καὶ Κύριον τὸν Χριστὸν ὑπὸ τοῦ ἁγίου προφητικοῦ Πνεύματος λεγόμενον νοήσετε, καὶ τὸν Κύριον πάντων Πατέρα ἀνάγοντα αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ καθίζοντα αὐτὸν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ, ἕως ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ· ὅπερ γίνεται ἐξότου εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελήφθη μετὰ τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι ὁ ἡμέτερος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, τῶν χρόνων συμπληρουμένων, καὶ τοῦ βλάσφημα καὶ τολμηρὰ εἰς τὸν Ὕψιστον μέλλοντος λαλεῖν ἤδη ἐπὶ θύραις ὄντος (33), καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ διακαθέξειν Δανιὴλ μηνύει. Καὶ ὑμεῖς ἀγνοοῦντες πόσον χρόνον (34) διακατέχειν μέλλει, ἄλλο ἡγεῖσθε. Τὸν γὰρ καιρὸν ἑκατὸν ἔτη ἐξηγεῖσθε λέγεσθαι. Εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν, εἰς τὸ ἐλάχιστον τὸν τῆς ἀνομίας ἄνθρωπον τριακόσια πεντήκοντα ἔτη βασιλεῦσαι δεῖ, ἵνα τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ ἁγίου Δανιὴλ, καὶ καιρῶν (35), δύο μόνους καιροὺς λέγεσθαι ἀριθμήσωμεν. Καὶ ταῦτα δὲ πάντα ἃ ἔλεγον, ἐν παρεκβάσεσι λέγω πρὸς ὑμᾶς, ἵνα ἤδη ποτὲ πεισθέντες τῷ εἰρημένῳ καθ' ὑμῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὅτι υἱοὶ ἀσύνετοί ἐστε, καὶ τό· « Διὰ τοῦτο ἰδοὺ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ μεταθήσω αὐτοὺς, καὶ ἀφελῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν αὐτῶν κρύψω, » παύσησθε καὶ ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ὑμῶν ἀκούοντας πλανῶντες, καὶ παρ' ἡμῶν μανθάνοντες (36) τῶν σοφισθέν-

[97] Jer. IV, 22. [98] Isa. XXIX, 14.

(31) *Καὶ... ἰάθημεν.* Ipsa Scripturæ verba retinet S. Justinus, nec necesse est legere ἰαθῆναι.

(32) *Ἐκ τοῦ... περιλειφθέντος.* Supple σπέρματος. Vid. n. 55 et 64.

(33) *Ἐπὶ θύραις ὄντος.* Post has voces addendum ὄν admonuit Sylburgius.

(34) *Πόσον χρόνον*, κ. τ. λ. Hunc Danielis computum per *triennium et sex menses* explicat Irenæus, *in quibus veniens* (Antichristus) *regnabit super terram.* Iren. *adv. hæres.*, v, 25, § 3, p. 323 ed. Massuet. JEBB.

(35) *Καὶ καιρῶν.* Clarom. καὶ καιρόν.

(36) *Μανθάνοντες.* Hæc referri possunt ad superius verbum πεισθέντες. Quare nil necesse est legere μανθάνητε aut μανθάνετε, ut Sylburgio et aliis placuit. Paulo ante legit Thirlbius καὶ τῷ,

Digitized by Google

των ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος. Εἰσὶν οὖν καὶ οἱ λόγοι οἱ διὰ Δαβὶδ λεχθέντες οὗτοι· « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών· καὶ κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου, ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου. Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Ὤμοσε Κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Κύριος ἐκ δεξιῶν σου· συνέθλασεν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ βασιλεῖς· κρινεῖ ἐν τοῖς ἔθνεσι, πληρώσει πτώματα (37). Ἐκ χειμάρρου ἐν ὁδῷ πίεται· διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν. »

33. Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν ὅτι εἰς τὸν Ἐζεκίαν τὸν βασιλέα εἰρῆσθαι ἐξηγεῖσθαι τολμᾶτε, οὐκ ἀγνοῶ, ἐπεῖπον· ὅτι δὲ πεπλάνησθε, ἐξ αὐτῶν τῶν λόγων αὐτίκα ὑμῖν ἀποδείξω. « Ὤμοσε Κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, » εἴρηται· καί· « Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ, » καὶ τὰ ἐπαγόμενα, καὶ τὰ προάγοντα. Ἱερεὺς δὲ ὅτι οὔτε γέγονεν Ἐζεκίας, οὔτε ἐστὶν αἰώνιος ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ, οὐδὲ ὑμεῖς ἀντειπεῖν τολμήσετε· ὅτι δὲ περὶ τοῦ ἡμετέρου Ἰησοῦ εἴρηται καὶ αὗται αἱ φωναὶ σημαίνουσι. Τὰ δὲ ὦτα ὑμῶν πέφρακται καὶ αἱ καρδίαι πεπήρωνται (38). Τὸ γάρ, « Ὤμοσε Κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. » μεθ' ὅρκου ὁ Θεὸς διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν, ἀρχιερέα αὐτὸν κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ εἶναι ἐδήλωσε, τουτέστιν, ὃν τρόπον ὁ Μελχισεδὲκ ἱερεὺς Ὑψίστου ὑπὸ Μωϋσέως ἀναγέγραπται γεγενῆσθαι, καὶ οὗτος τῶν ἐν ἀκροβυστίᾳ ἱερεὺς ἦν, καὶ τὸν ἐν περιτομῇ δεκάτας αὐτῷ προσενέγκαντα Ἀβραὰμ εὐλόγησεν, οὕτως τὸν αἰώνιον αὐτοῦ ἱερέα, καὶ Κύριον ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καλούμενον, ὁ Θεὸς τῶν ἐν ἀκροβυστίᾳ γενήσεσθαι ἐδήλου· καὶ τοὺς ἐν περιτομῇ (39) προσιοντας αὐτῷ, τουτέστι πιστεύοντας αὐτῷ καὶ τὰς εὐλογίας παρ' αὐτοῦ ζητοῦντας, καὶ αὐτοὺς προσδέξεται, καὶ εὐλογήσει (40). Καὶ ὅτι ταπεινὸς ἔσται πρῶτον ἄνθρωπος, εἶτα ὑψωθήσεται, τὰ ἐπὶ τέλει τοῦ ψαλμοῦ δηλοῖ· « Ἐκ χειμάρρου γὰρ ἐν ὁδῷ πίεται, » καὶ ἅμα, « διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν. »

34. Ἔτι δὲ καὶ πρὸς τὸ πεῖσαι ὑμᾶς ὅτι τῶν Γραφῶν

scatis. Sic autem se habent verba Davidis[99] : « Dixit Dominus Domino meo : sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion : et tu dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principatus in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum tuorum. Ex utero ante luciferum genui te. Juravit Dominus et non pœnitebit eum ; tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Dominus a dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges. Judicabit in nationibus, implebit ruinas. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. »

33. *Psalmus ille non dictus est in Ezechiam. Probat Christum humilem primo, deinde gloriosum futurum.* — Atque hunc quidem psalmum (sic enim pergebam) non ignoro ita a vobis exponi, ut in Ezechiam dictum esse audeatis dicere. Vos autem errore labi, protinus vobis ex verbis ipsis demonstrabo. Dictum est : « Juravit Dominus et non pœnitebit eum. » Et : « Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, » et quæ sequuntur, quæque præcedunt. Ezechiam autem nec sacerdotem fuisse, nec æternum Dei sacerdotem esse, ne ipsi quidem contra audebitis dicere : id vero de Jesu nostro dictum esse verba ipsa declarant ; sed aures vestræ obturatæ et corda excæcata [1]. His enim verbis : « Juravit Dominus et non pœnitebit eum. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, » jurejurando Deus propter incredulitatem vestram interposito, pontificem illum secundum ordinem Melchisedech esse declaravit ; hoc est, quemadmodum Melchisedech sacerdos Altissimi fuisse a Moyse scriptus est, isque eorum, qui in præputio sacerdos erat, ac Abrahamo decimas ipsi in circumcisione offerenti benedixit : sic Deus æternum suum sacerdotem, qui et Dominus a Spiritu sancto vocatus est, eorum, qui in præputio, sacerdotem futurum, et circumcisos quoque ipsos ad eum accedentes, id est, in eum credentes, et benedictionem ab eo quærentes suscepturum et illis benedicturum declaravit. Primo autem humilem fore hominem, deinde exaltatum iri in extremo psalmo ostenditur : « De torrente enim in via bibet ; » et simul : « Propterea exaltabit caput. »

34. *Neque etiam psalmus* LXXI *convenit Salomoni,*

[99] Psal. cix per totum. [1] Isa. VI, 10.

διά. Infra num. 33, habemus pariter, τὸ γὰρ, ὦμοσε. Legitur in utroque ms. ad marginem τὴν σύνεσιν... ἀθετήσω.

(37) *Πτώματα.* Quæ sequuntur in Bibliis, hic librariorum negligentia omissa esse monet Cl. Thirlbius.

(38) *Πεπήρωνται.* Longe aptius ad marginem Reg. et Clarom. legitur πεπώρωνται, « corda obdurata. » Sic etiam ad calcem R. Stephani.

(39) *Καὶ τοὺς ἐν περιτομῇ.* Lapsus est hic Justinus ; nam Abrahamus tunc temporis non erat circumcisus. Exscripsit, ut alia multa Justini, ita etiam hunc errorem Tertullianus, *adv. Judæos* cap. 3, et in Marc. lib. v, c. 9. Thirlbius.

(40) *Προσδέξεται, καὶ εὐλογήσει.* Commodius sane legeretur προσδέξεσθαι καὶ εὐλογήσειν, vel supra καὶ ὅτι τοὺς ἐν περιτομῇ. Auctor est Tertullianus ut Justini verba de tota gente Judæorum ad Christum redeunte intelligamus. « At in Christum, inquit lib. v *in Marc*, c. 9, conveniet ordo Melchisedech ; quoniam quidem Christus proprius et legitimus Dei antistes, præputiati sacerdotii pontifex, tum in nationibus constitutus, a quibus magis suscipi habebat, cogniturum se quandoque circumcisionem et Abrahæ gentem, cum ultimo venerit, acceptatione et benedictione dignabitur. »

Digitized by Google

cujus a vitiis abhorrent Christiani. — Adhuc autem ut vobis persuadeam nihil vos Scripturarum intelligere; alium quoque psalmum Davidi a Spiritu sancto dictatum commemorabo, quem quidem in Salomonem, **131** qui et ipse rex vester fuit, dictum esse contenditis; sed is quoque in Christum nostrum editus est. Vos autem ex æquivocis nominibus fucum vobis ipsi facitis. Ubi enim « lex Domini immaculata » dicitur [1], legem intelligitis non illam quæ post Moysen futura erat, sed eam quæ per ipsum data est, quamvis Deus clamet se novam legem ac Novum Testamentum instituturum. Et ubi dicitur : « Deus, judicium tuum Regi da [2]; quia rex fuit Salomon, psalmum in eum dictum esse vultis, quamvis psalmi verba diserte declarent eum editum fuisse in æternum regem, id est in Christum. Christus enim Rex et Sacerdos et Deus et Dominus et Angelus et homo et dux exercitus, et lapis et puer natus, ac primo perpessioni obnoxius, deinde in cœlum rediens, et rursus cum gloria veniens, ac regnum habens æternum prædicatus est; quemadmodum ex omnibus Scripturis demonstro. Ut autem id quod dico intelligatis, psalmi verba recitabo, quæ sic se habent : « Deus, judicium tuum Regi da, et justitiam tuam filio Regis; judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio. Suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam. Judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum, et humiliabit calumniatorem; et permanebit cum sole et ante lunam in generationes generationum. Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stilla destillans super terram. Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Æthiopes, et inimici ejus terram lingent. Reges Tharsis, et insulæ munera offerent : Reges Arabum et Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terræ, et omnes gentes servient ei; quia liberavit egenum a potente et pauperem cui non erat adjutor. Parcet inopi et pauperi, et animas pauperum salvas faciet. Ex usura et iniquitate redimet animas eorum; et honorabile nomen ejus coram illis. Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiæ, et orabunt de ipso semper : tota die benedicent ei. Et erit firmamentum in terra : super summos montes extolletur; super Libanum fructus ejus, et florebunt de civitate, sicut fenum terræ. Erit nomen ejus benedictum in sæcula : ante solem permanet nomen ejus. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ : omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriæ ejus in æternum et in sæculum sæculi : et replebitur gloria ejus omnis terra : fiat, fiat. » Et in fine

οὐδὲν συνήκατε, καὶ ἄλλου ψαλμοῦ τῷ Δαβὶδ (41) ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰρημένου ἀναμνήσομαι, ὃν εἰς Σολομῶνα, τὸν γενόμενον καὶ αὐτὸν βασιλέα ὑμῶν, εἰρῆσθαι λέγετε· εἰς δὲ τὸν Χριστὸν ἡμῶν καὶ αὐτὸς εἴρηται. Ὑμεῖς δὲ ἀπὸ τῶν ὁμωνύμων λέξεων ἑαυτοὺς ἐξαπατᾶτε· ὅπου γὰρ « ὁ νόμος τοῦ Κυρίου ἄμωμος » εἴρηται, οὐχὶ τὸν μετ' ἐκεῖνον μέλλοντα, ἀλλὰ τὸν διὰ Μωϋσέως ἐξηγεῖσθε, τοῦ Θεοῦ βοῶντος, καινὸν νόμον καὶ καινὴν διαθήκην διαθήσεσθαι. Καὶ ὅπου λέλεκται, « Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμά σου τῷ βασιλεῖ δός, » ἐπειδὴ βασιλεὺς Σολομὼν γέγονεν, εἰς αὐτὸν τὸν ψαλμὸν εἰρῆσθαί φατε, τῶν λόγων τοῦ ψαλμοῦ διαῤῥήδην κηρυσσόντων εἰς τὸν αἰώνιον βασιλέα, τουτέστιν εἰς τὸν Χριστὸν, εἰρῆσθαι. Ὁ γὰρ Χριστὸς βασιλεὺς, καὶ ἱερεὺς, καὶ Θεὸς, καὶ Κύριος, καὶ ἄγγελος, καὶ ἄνθρωπος, καὶ ἀρχιστράτηγος, καὶ λίθος, καὶ παιδίον γεννώμενον, καὶ παθητὸς γενόμενος πρῶτον, εἶτα εἰς οὐρανὸν ἀνερχόμενος, καὶ πάλιν παραγινόμενος μετὰ δόξης, καὶ αἰώνιον τὴν βασιλείαν ἔχων κεκήρυκται, ὡς ἀπὸ πασῶν τῶν Γραφῶν ἀποδείκνυμι. Ἵνα δὲ καὶ ὃ εἶπον νοήσητε, τοὺς τοῦ ψαλμοῦ λόγους λέγω· εἰσὶ δ' οὗτοι· « Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμά σου τῷ Βασιλεῖ δός, καὶ τὴν δικαιοσύνην σοῦ τῷ υἱῷ τοῦ Βασιλέως, κρίνειν τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει. Ἀναλαβέτω τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ, καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην· κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει συκοφάντην, καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ καὶ πρὸ τῆς σελήνης εἰς γενεὰς γενεῶν. Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν. Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. Ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται Αἰθίοπες, καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσι. Βασιλεῖς Θαρσεῖς καὶ νῆσοι δῶρα προσάξουσι· βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαββᾶ δῶρα προσάξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ· ὅτι ἐῤῥύσατο πτωχὸν ἐκ δυνάστου, καὶ πένητα ᾧ οὐκ ὑπῆρχε βοηθός. Φείσεται πτωχοῦ καὶ πένητος, καὶ ψυχὰς πενήτων σώσει· ἐκ τόκου καὶ ἐξ ἀδικίας λυτρώσεται τὰς ψυχὰς αὐτῶν· καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτῶν. Καὶ ζήσεται, καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἐκ τοῦ χρυσίου τῆς Ἀραβίας, καὶ προσεύξονται διαπαντὸς περὶ αὐτοῦ· ὅλην τὴν ἡμέραν εὐλογήσουσιν αὐτόν. Καὶ ἔσται στήριγμα ἐν τῇ γῇ, ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων ὑπεραρθήσεται· ὑπὲρ τὸν Λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ, καὶ ἐξανθήσουσιν ἐκ πόλεως ὡσεὶ χόρτος τῆς γῆς. Ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ὁ ποιῶν θαυμά-

[1] Psal. XVIII, 8. [2] Psal. LXXI, 2.

(41) *Τῷ Δαβίδ.* Legendum conjicit Cl. Thirlbius τοῦ διὰ Δαβὶδ ὑπὸ τοῦ. Sed mihi videtur Justinus respicere ad psalmi titulum, ψαλμὸς τῷ Δαυίδ, quem proinde Davidi dictatum a Spiritu sancto intelligebat.

Digitized by Google

σις μόνος, καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· γένοιτο, γένοιτο. » Καὶ ἐπὶ τέλει τοῦ ψαλμοῦ τούτου οὗ ἔφην, γέγραπται· « Ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαβὶδ υἱοῦ Ἰεσσαί. » Καὶ ὅτι μὲν βασιλεὺς ἐγένετο ἐπιφανὴς καὶ μέγας ὁ Σολομών, ἐφ' οὗ ὁ οἶκος Ἱερουσαλὴμ ἐπικληθεὶς (42) ἀνῳκοδομήθη, ἐπίσταμαι· ὅτι δὲ οὐδὲν τῶν ἐν τῷ ψαλμῷ εἰρημένων συνέβη αὐτῷ, φαίνεται. Οὔτε γὰρ πάντες οἱ βασιλεῖς προσεκύνησαν αὐτῷ, οὔτε μέχρι τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης ἐβασίλευσεν, οὔτε οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πεσόντες, χοῦν ἔλειξαν· ἀλλὰ καὶ τολμῶ λέγειν ἃ γέγραπται ἐν ταῖς Βασιλείαις (43) ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντα, ὅτι διὰ γυναῖκα ἐν Σιδῶνι εἰδωλολάτρει (44)· ὅπερ οὐχ ὑπομένουσι πρᾶξαι οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν διὰ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπιγνόντες τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀλλὰ πᾶσαν αἰκίαν καὶ τιμωρίαν μέχρις ἐσχάτου θανάτου ὑπομένουσι περὶ τοῦ (45) μήτε εἰδωλολατρῆσαι, μήτε εἰδωλόθυτα φαγεῖν.

A hujus, quem retuli, psalmi scriptum est : « Defecerunt hymni Davidis, filii Jessæ [4]. » Ac regem quidem illustrem et magnum fuisse Salomonem, sub quo templum illud, quod vocatur Hierosolymitanum, constructum fuit, haud ignoro; sed nihil ex his, quæ in psalmo dicuntur, illi contigisse liquet. Nam nec omnes reges eum adoraverunt, nec usque ad terminos orbis terrarum regnavit, nec inimici ejus coram illo cadentes **132** terram linxerunt. Neque etiam dicere verebor, quæ ab eo facta in libris Regnorum scribuntur, nempe illum propter mulierem Sidonia simulacra coluisse. Quod quidem ut committant, minime adducuntur, qui ex gentibus per Jesum crucifixum cognoverunt creatorem universorum Deum, sed cruciatum omnem et supplicium ad B extremam usque mortem perferunt, ne aut simulacra colant, aut simulacris edant immolata.

35. Καὶ ὁ Τρύφων· Καὶ μὴν πολλοὺς (46) τῶν τὸν Ἰησοῦν λεγόντων ὁμολογεῖν, καὶ λεγομένων Χριστιανῶν, πυνθάνομαι ἐσθίειν τὰ εἰδωλόθυτα, καὶ μηδὲν ἐκ τούτου βλάπτεσθαι λέγειν.

35. *Hæreses catholicos in fide confirmant.*—Tum Trypho : Ex his tamen, inquit, qui Jesum sese confiteri dicunt, et Christiani appellantur, multos esse audio, qui simulacris immolata manducent, seque nihil ex ea re lædi dictitent.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· Καὶ ἐκ τοῦ τοιούτους εἶναι ἄνδρας, ὁμολογοῦντας ἑαυτοὺς εἶναι Χριστιανοὺς καὶ τὸν σταυρωθέντα Ἰησοῦν ὁμολογεῖν καὶ Κύριον καὶ Χριστὸν, καὶ μὴ τὰ ἐκείνου διδάγματα διδάσκοντας, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν τῆς (47) πλάνης πνευμάτων, ἡμεῖς οἱ τῆς ἀληθινῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ καθαρᾶς διδασκαλίας μαθηταὶ, πιστότεροι (48) καὶ βεβαιότεροι γινόμεθα ἐν τῇ ἐλπίδι τῇ κατηγγελμένῃ ὑπ' αὐτοῦ. Ἃ γὰρ προλαβὼν μέλλειν γίνεσθαι ἐν ὀνόματι αὐτοῦ ἔφη, ταῦτα ὄψει καὶ ἐνεργείᾳ ὁρῶμεν τελούμενα. Εἶπε γάρ· « Πολλοὶ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἔξωθεν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. » Καί· « Ἔσονται σχίσματα καὶ αἱρέσεις. » Καί· « Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἐλεύσονται πρὸς ὑμᾶς, ἔξωθεν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες

Tum ego sic respondi : Ex eo etiam, quod ejusmodi exstent homines, qui se esse Christianos profiteantur, et Jesum, qui crucifixus est, Dominum et Christum confiteri, nec tamen illius doctrinam teneant, sed eam, quæ est a spiritibus erroris; nos C qui veræ ac puræ Jesu Christi doctrinæ discipuli sumus, firmiores in fide et constantiores simus in spe ab eo nuntiata. Quæ enim in suo nomine eventura prædixit, ea oculis et effectu ad exitum perducta cernimus. Dixit enim : « Multi venient in nomine meo, extrinsecus ovium pellibus induti, intus autem sunt lupi rapaces [5]. » Et : « Erunt schismata et hæreses [6]. » Et : « Cavete vobis a pseudoprophetis, qui venient ad vos, extrinsecus induti pellibus ovium, intus autem sunt lupi rapaces [7]. » Et : « Exsurgent multi pseudochristi et pseudoapostoli,

[4] Psal. LXXI per totum. [5] Matth. VII, 15. [6] I Cor. XI, 19. [7] Matth. VII, 15.

(42) *Ὁ οἶκος Ἱερουσαλὴμ ἐπικληθεὶς.* Supplendum τῆς, ut legitur n. 36, τοῦ ναοῦ τῶν Ἱεροσολύμων. Supra n. 23, τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπικληθέντα. Nimirum declarat templum ob summam venerationem dictum esse Hierosolymitanum, utpote unicum et Dei jussu in hac urbe constitutum.

(43) *Ἐν ταῖς βασιλείαις.* Uterque codex ad marginem ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Βασιλειῶν. Sic et R. Stephanus ad calcem.

(44) *Διὰ γυναῖκα ἐν Σιδῶνι εἰδωλολάτρει.* Mulierem hic Sidoniam interpretari, ut fecit Langus, nimis incommodum. Salomonem autem in urbe Sidoniorum, ut aliis interpretibus placuit, simulacra coluisse nullibi proditur, neque hæc Justino tribuenda sententia. Quare legere malim τοῖς ἐν Σιδῶνι εἰδώλοις ἐλάτρευε, vel saltem quasi ita scriptum esset, ita S. martyris verba, sine ulla immutatione, accipienda : nisi quis malit ὡς ἐν Σιδῶνι. Cl. Thirlbius legendum proponit ἐν Σιῶνι εἰδωλολάτρει, vel Θεὸν ἐν Σιὼν εἰδωλολάτρει. Eruditi viri utramque conjectu- D ram referre visum est; sed neutram probare possum.

(45) *Περὶ τοῦ.* Legendum monet Cl. Thirlbius ὑπὲρ τοῦ, ac similia loca profert ex *Apol.* I, n. 39 et *Dialog.* n. 121 et 131. Sed cum illud περὶ τοῦ idem valeat ac ὑπὲρ τοῦ, ut observabimus initio *Apologiæ* Athenagoræ, nihil prorsus in hoc Justini loco mutandum.

(46) *Πολλούς.* Hoc est Gnosticos. Otto.

(47) *Ἀπὸ τῶν τῆς.* Uterque codex habet ad marginem, ἀπὸ τοῦ τῆς πλάνης πνεύματα.

(48) *Πιστότεροι καὶ βεβαιότεροι.* Imitatur hunc locum Tertullianus lib. *De præscript.*, cap. 3 et 4. Præclare etiam S. Augustinus lib. *De vera relig.*, n. 15 : « Cum autem foris sunt, inquit, plurimum prosunt non verum docendo quod nesciunt, sed ad verum quærendum carnales et ad verum aperiendum spiritales catholicos excitando. » Ethnicis, qui varias illas sectas in probrum Christianæ religionis objiciebant, responderunt Clemens Alex. *Strom.* VII, p. 755, et Origen. III *in Cels.*, p. 118.

Digitized by Google

et multos fidelium seducent[8]. « Sunt igitur, amici, et fuerunt permulti, qui impia et nefanda dicere ac facere docerent, in nomine Jesu prodeuntes; suntque a nobis appellati ex eorum nomine, a quibus secta quæque et opinio ortum habuit. (Alii enim alio modo in Deum universorum, et in eum, quem venturum prædixerat, Christum, et in Deum Abrahæ et Isaac et Jacob blasphemias docent. Cum horum nemine communicamus, cum atheos et impios esse ac injustos et exleges sciamus, ac Jesum minime colere, sed verbis tantum confiteri. Atque illi quidem non secus ac qui in gentibus nomen Dei operibus manu factis inscribunt, ita Christianos se esse dicunt, et nefandorum ac impiorum sacrificiorum participes fiunt.) Nonnulli **133** vocantur Marciani, alii Valentiniani, alii Basilidiani, alij Satorniliani, alii aliud vocabulum habent ex suæ quisque sectæ principe; quemadmodum, ut initio dixi[9], unusquisque eorum, qui philosophari sibi videntur, acceptum a parente disciplinæ nomen illius philosophiæ quam sequitur, sibi ferendum existimat. Quamobrem cum ex his Jesum etiam eorum, quæ post ipsum futura erant, præscium fuisse scimus, tum ex multis aliis, quæ credentibus ac profitentibus eum esse Christum eventura prædixit. Nam quæcunque patimur, dum a propinquis necamur, omnia nobis eventura prænuntiavit: ita ut facile pateat nullum ejus omnino reprehendi posse nec dictum nec factum. Quapropter et pro vobis et pro aljis omnibus hominibus, qui nos oderunt, precamur, ut nobiscum resipiscentes, in eum, quem et opera et quæ etiamnum ejus nominis appellatione fiunt miracula, et doctrinæ sermones, et valicinia

A παγες. » Καί· « Ἀναστήσονται πολλοὶ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοαπόστολοι, καὶ πολλοὺς τῶν πιστῶν πλανήσουσιν. » Εἰσὶν οὖν καὶ ἐγένοντο, ὦ φίλοι ἄνδρες, πολλοὶ οἱ ἄθεα καὶ βλάσφημα λέγειν καὶ πράττειν ἐδίδαξαν, ἐν ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ προσελθόντες· καί εἰσιν ὑφ' ἡμῶν, ἀπὸ τῆς προσωνυμίας τῶν ἀνδρῶν, ἐξ οὗπερ ἑκάστη διδαχὴ καὶ γνώμη ἤρξατο. (Ἄλλοι γὰρ κατ' ἄλλον τρόπον βλασφημεῖν τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων, καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ προφητευόμενον (49) ἐλεύσεσθαι Χριστὸν, καὶ τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ διδάσκουσιν· ὧν οὐδενὶ κοινωνοῦμεν, οἱ γνωρίζοντες ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἀδίκους καὶ ἀνόμους αὐτοὺς ὑπάρχοντας, καὶ ἀντὶ τοῦ τὸν Ἰησοῦν σέβειν, ὀνόματι μόνον ὁμολογεῖν. Καὶ Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς λέγουσιν, ὃν τρόπον οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσι
B τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐπιγράφουσι τοῖς χειροποιήτοις, καὶ ἀνόμοις καὶ ἀθέοις τελεταῖς (50) κοινωνοῦσι.) Καί εἰσιν αὐτῶν οἱ μέν τινες καλούμενοι Μαρκιανοὶ (51), οἱ δὲ Οὐαλεντινιανοὶ, οἱ δὲ Βασιλιδιανοὶ, οἱ δὲ Σατορνιλιανοὶ, καὶ ἄλλοι ἄλλῳ ὀνόματι, ἀπὸ τοῦ ἀρχηγέτου τῆς γνώμης ἕκαστος ὀνομαζόμενος· ὃν τρόπον καὶ ἕκαστος τῶν φιλοσοφεῖν νομιζόντων, ὡς ἐν ἀρχῇ προεῖπον, ἀπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ λόγου τὸ ὄνομα
C ἧς φιλοσοφεῖ φιλοσοφίας ἠγεῖται φέρειν. Ὡς καὶ ἐκ τούτων (52) ἡμεῖς, ὡς ἔφην, τὸν Ἰησοῦν καὶ τῶν μετ' αὐτὸν γενησομένων προγνώστην ἐπιστάμεθα, καὶ ἐξ ἄλλων δὲ πολλῶν ὧν προεῖπε γενήσεσθαι τοῖς πιστεύουσι καὶ ὁμολογοῦσιν αὐτὸν Χριστόν. Καὶ γὰρ ἃ πάσχομεν πάντα ἀναιρούμενοι ὑπὸ τῶν οἰκείων, προεῖπεν ἡμῖν μέλλειν γενέσθαι, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον ἐπιλήψιμον αὐτοῦ λόγον ἢ πρᾶξιν φαίνεσθαι. Διὸ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων τῶν ἐχθραινόντων ἡμῖν εὐχόμεθα (53)· ἵνα,

[8] Matth. xxiv, 11 [9] supra n. 2.

(49) *Καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ προφητευόμενον.* Hæc de Ebionitis dicta existimavit Bullus in libro *De Judic. eccles.*, cap. 7. Sed perspicuum est de iisdem hæreticis dicta esse, qui Jesum et Christum esse et Dominum confitebantur, sed eum a prophetis creatoris et Dei Judæorum prædictum fuisse negabant, quia creatorem et Deum Judæorum, ejusque prophetias ac totum Vetus Testamentum omnino rejiciebant. Ex his etiam patet Christum hoc loco nequaquam a Justino, ut ibidem existimat Bullus, Deum Abrahæ appellari. Hunc ei titulum defert S. martyr sub finem *Apol.* I, et pluribus aliis in locis; sed hic Deum Abrahæ et Isaac et Jacob appellat eum, quem hæretici verum Deum esse negabant, nempe creatorem et Deum Judæorum, cum iidem Christum pro vero Deo agnoscerent, eumque Deo Abrahæ longe majorem esse contenderent. De iisdem hæreticis vid. n. 40 et 42.

(50) *Τελεταῖς κοινωνοῦσι.* « Nefandis ac impiis sacris communicant, » nimirum edendo de iis, quæ dæmoniis consecrata sunt. Neque enim verisimile est Justinum ad ipsa hæreticorum mysteria respicere, et hoc loco affirmare, quod in *Apol.* I, n. 26, fatetur se nescire, utrum fabulosa illa facinora hæretici necne committant. Præterea observandum est Justinum respondere Tryphoni, qui de idolothytis tantum locutus fuerat. Non exspectabant nefarii homines dum a judicibus cogerentur, sed sua sponte dies festos gentilium obibant, ut sacrorum participes fierent. Id ex his verbis Irenæi perspicitur: Καὶ γὰρ εἰδωλόθυτα ἀδιαφόρως ἐσθίουσι, μηδὲ μολύνεσθαι ὑπ' αὐτῶν ἡγούμενοι, καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἑορτάσιμον τῶν ἐθνῶν τέρψιν, εἰς τιμὴν τῶν εἰδώλων γινομένην, πρῶτοι συνίασιν. « Etenim idolothyta indifferenter manducant, nihil inquinari ab iis putantes, et in omnem diem festum ethnicorum, pro voluptate in honore idolorum factum, primi conveniunt. » Iren. lib. I, cap. 6. Parenthesis, quam apposuimus ab his verbis ἄλλοι γάρ usque ad τελεταῖς κοινωνοῦσι debetur Cl. Thirlbio.

(51) *Μαρκιανοί.* Non Marci discipulos, ut Cl. Thirlbio videtur, qui Marcosii dicebantur, sed Marcionitas Justinus designat. Vix tunc prodierat hæc Marcosiorum secta, cujus parentem multo post Irenæus, ut adhuc superstitem, refellit, lib. I, c. 13. Fatendum tamen est minus accurate Marcianos dici Marcionis discipulos. Sed arbitrium ejusmodi vocabulorum penes quemque scriptorem erat. Hinc ab Epiphanio interdum Μαρκίωνες vocantur, interdum Μαρκιωνισταί. Idem Οὐαλεντινούς dicit Valentini discipulos. Σατορνῖνον vocant Irenæus lib. I, cap. 24, et Eusebius lib. IV, c. 7; Σατορνῖλον Hegesippus apud Eusebium lib. IV, c. 22; Epiphanius et Theodoretus. Legitur apud R. Stephanum et in utroque cod. ms. Σατορνηλιανοί. Legendum videtur Βασιλειδιανοί. Sic enim omnes antiqui hos hæreticos vocant.

(52) *Ὡς καὶ ἐκ τούτων.* Forte Ὥστε καὶ ἐκ τούτων.

(53) *Διὸ καὶ ὑμῶν.... εὐχόμεθα.* Id est, dum prædictæ a Christo persecutiones eveniunt; non

Digitized by Google

μεταγνόντες σὺν ἡμῖν, μὴ βλασφημῆτε τὸν διά τε τῶν ἔργων, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ καὶ νῦν γινομένων δυνάμεων, καὶ ἀπὸ τῶν τῆς διδαχῆς λόγων, καὶ ἀπὸ τῶν προφητευθεισῶν εἰς αὐτὸν προφητειῶν, ἄμωμον καὶ ἀνέγκλητον κατὰ πάντα Χριστὸν Ἰησοῦν· ἀλλὰ πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν, ἐν τῇ πάλιν γενησομένῃ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ σωθῆτε, καὶ μὴ καταδικασθῆτε εἰς τὸ πῦρ ὑπ' αὐτοῦ.

A de eo prænuntiata intaminatum ac in omnibus inculpatum declarant, Jesum Christum, blasphemias non evomatis; sed in eum credentes, salutem it secundo ejus adventu, qui gloriosus futurus est consequamini, ac æterno igne ab eo non damnemini.

36. Κἀκεῖνος ἀπεκρίνατο· Ἔστω καὶ ταῦτα οὕτως ἔχοντα ὡς λέγεις, καὶ ὅτι παθητὸς Χριστὸς προεφητεύθη μέλλειν εἶναι, καὶ λίθος κέκληται (54), καὶ ἔνδοξος μετὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ παρουσίαν, ἐν ᾗ παθητὸς φαίνεσθαι κεκήρυκτο, ἐλευσόμενος καὶ κριτὴς πάντων λοιπὸν, καὶ αἰώνιος βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς γενησόμενος. Εἰ οὗτος δέ ἐστι περὶ οὗ ταῦτα προεφητεύθη, ἀπόδειξον.

36. *Probat Christum Dominum virtutum vocari.*— Tum Trypho : Sint etiam ista ut dicis; fac Christum lapidem vocatum fuisse; fac prædictum esse eum passibilem futurum, et post primum ipsius adventum, in quo passibilem venturum oracula prænuntiaverant, gloriose rediturum, ac judicem deinceps omnium, et æternum regem ac sacerdotem futurum. Utrum autem iste sit, de quo hæc prædicta B sunt, demonstra.

Κἀγώ· Ὡς βούλει, ὦ Τρύφων, ἐλεύσομαι πρὸς ἃς βούλει ταύτας ἀποδείξεις ἐν τῷ ἁρμόζοντι τόπῳ, ἔφην· τὰ νῦν δὲ συγχωρήσεις μοι πρῶτον ἐπιμνησθῆναι ὧνπερ βούλομαι προφητειῶν, εἰς ἐπίδειξιν ὅτι καὶ Θεὸς καὶ Κύριος τῶν δυνάμεων ὁ Χριστὸς καὶ Ἰακὼβ καλεῖται ἐν παραβολῇ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ οἱ παρ' ὑμῖν ἐξηγηταὶ, ὡς Θεὸς βοᾷ, ἀνόητοί εἰσι, μὴ εἰς τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαι λέγοντες, ἀλλ' εἰς Σολομῶνα, ὅτε εἰσέφερε τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου εἰς τὸν ναὸν ὃν ᾠκοδόμησεν. Ἔστι δὲ ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ οὗτος· « Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν. Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου; ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ; Ἀθῷος χερσὶ, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ· ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον αὐτοῦ· οὗτος λήψεται εὐλογίαν παρὰ Κυρίου, καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ Θεοῦ Σωτῆρος αὐτοῦ. Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον, ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ (55). Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς ἐν πολέμῳ. Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης. » Κύριος οὖν τῶν δυνάμεων ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ Σολομὼν, ἀποδέδεικται· ἀλλὰ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς ὅτε ἐκ νεκρῶν ἀνέστη καὶ ἀνέβαινεν εἰς τὸν οὐρανὸν, κελεύονται οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ταχθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἄρχοντες, ἀνοῖξαι τὰς πύλας τῶν οὐρα-

At ego : Ut placet, Trypho, veniam in tempore et loco ad eas, quas petis, demonstrationes; sed nunc per te mihi liceat prius commemorare quas volo prophetias; ut Christum demonstrem et Deum et Dominum virtutum et Jacob per similitudinem vocari a Spiritu sancto; vestrosque interpretes, ut Deus clamat, insipientes esse [10], qui hæc in Christum dicta non esse contendant, sed in Salomonem, cum tabernaculum testimonii in templum a se ædificatum inferret. Est autem psalmus Davidis iste : « Domini est terra et plenitudo ejus, orbis terrarum, et universi qui habitant in eo. Ipse super maria fundavit eum, et super flumina præparavit eum. C Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens manibus et mundo corde; qui non accepit in vano animam suam, et non juravit in dolo proximo suo : hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo Salvatore suo. Hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Jacob. Tollite portas, principes, **134** vestras, et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis et potens in prælio. Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternales : et introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ [11]. » Dominum ergo virtutum Salomonem non esse demonstravi [12]; sed cum Christus noster ex mortuis D resurrexisset, et in cœlum ascenderet, jubentur in cœlis ordinati a Deo principes aperire portas cœlorum, ut intret iste Rex gloriæ, et ascendens sedeat ad dextram Patris, donec ponat inimicos scabellum pedum ejus, quemadmodum ex alio psalmo

[10] Jer. IV, 22. [11] Psal. XXIII per totum. [12] n. 34.

modo animum non despondemus, sed etiam tormenta ita constanter perferimus, ut pro ipsis etiam persecutoribus precemur. Hanc esse Justini sententiam perspicitur ex *Apol.* I, num. 57, et Dialog. num. 96, et aliis ejusmodi locis.

(54) *Καὶ λίθος κέκληται.* Non video cur hæc verba, quæ superioribus Justini dictis num. 34, respondent, hunc in locum Cl. Thirlbius irrepsisse putet. Commodius illa quidem ponerentur ante καὶ παθητὸς προεφητεύθη, idque in interpretando sum secutus. Sed sæpe in hoc *Dialogo* accuratissimam verborum constructionem negligit Justinus, ut supra pag. 104, in his verbis : Μὴ ἐναντία δρώσαις ὡσανεί, et infra n. 43 : Κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλήν, et n. 86 initio.

(55) *Τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ.* Quod Justinus paulo ante dixit, καὶ Ἰακὼβ καλεῖται ἐν παραβολῇ, id videtur suadere, Justinum scripsisse τὸ πρόσωπόν σου Ἰακώβ. THIRLBIUS.— Vide Nobilium.

Digitized by Google

ostendimus [13]. Nam cum cœli principes informi eum et ingloria et humili specie viderent, nec cum cognoscerent, ita percontabantur : « Quis est iste Rex gloriæ? » Et respondet eis Spiritus sanctus aut Patris aut suo ipsius nomine : « Dominus virtutum iste ipse est Rex gloriæ. » Nam nec de Salomone, cujus adeo gloriosum exstitit regnum, nec de tabernaculo testimonii quemquam eorum, qui ad portas templi Hierosolymitani excubabant, ausurum fuisse dicere : « Quis est iste Rex gloriæ, » quilibet fatebitur.

(94) *Σὺν τοῖς ἐπιγνοῦσι τὸν Χριστὸν τοῦτον*. Illud, ἐπιγνοῦσι, de iis intelligendum qui post Christi adventum fuere. Neque enim duos ordines salvandorum instituit Justinus, quorum alii Christum cognoverint, sive in eum crediderint, alii non; nec quidquam magis alienum a S. martyris doctrina, quam Christum veteribus patriarchis cognitum negare

Digitized by Google

Παρθένου ταύτης τῆς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Δαβὶδ γεννηθῆναι σαρκοποιηθεὶς ὑπέμεινεν, ἵνα διὰ τῆς οἰκονομίας ταύτης ὁ πονηρευσάμενος τὴν ἀρχὴν ὄφις, καὶ οἱ ἐξομοιωθέντες αὐτῷ ἄγγελοι καταλυθῶσι, καὶ ὁ θάνατος καταφρονηθῇ, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ ἀπὸ τῶν πιστευόντων αὐτῷ καὶ εὐαρέστως ζώντων παύσηται τέλεον, ὕστερον μηκέτ' ὢν, ὅταν οἱ μὲν εἰς κρίσιν καὶ καταδίκην τοῦ πυρὸς ἀπαύστως κολάζεσθαι πεμφθῶσιν, οἱ δὲ ἐν ἀπαθείᾳ (95) καὶ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀλυπίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ συνῶσιν.

A gine caro factus nasci sustinuit, ut per hanc dispensationem serpens ille, qui ab initio improbe egit, et assimilati ei angeli profligentur, ac mors contemnatur, et in secundo ipsius Christi adventu ab his, qui in eum credunt, et ita vivunt ut ei placeant, penitus facessat, nec jam ulla sit, cum alii quidem in judicium et condemnationem ignis perpetui cruciandi mittentur, alii vero perpessionis et corruptionis et doloris expertem statum atque immortalitatem consequentur.

46. Ἐὰν δέ τινες καὶ νῦν ζῆν βούλωνται φυλάσσοντες τὰ διὰ Μωϋσέως διαταχθέντα, καὶ πιστεύσωσιν ἐπὶ τοῦτον τὸν σταυρωθέντα Ἰησοῦν, ἐπιγνόντες ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτῷ δέδοται τὸ κρῖναι πάντας ἁπλῶς, καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἡ αἰώνιος βασιλεία, δύνανται καὶ αὐτοὶ σωθῆναι; ἐπυνθάνετό μου.

46. *Quærit Trypho, an salvus sit futurus si quis legem etiamnum observet. Probat Justinus eam nihil ad justitiam conferre.* — Si qui autem nunc etiam vivere velint, Moysis instituta servando, et credant B in hunc Jesum crucifixum, agnoscentes eum esse Christum Dei, eique datum esse omnes omnino judicare, illiusque esse regnum illud quod æternum est; an ii quoque salvi esse possunt? Ita me ille interrogabat.

Κἀγὼ πάλιν· Συσκεψώμεθα κἀκεῖνο, εἰ ἔνεστιν, ἔλεγον, φυλάσσειν τὰ διὰ Μωϋσέως διαταχθέντα ἅπαντα νῦν.

At ego rursum : Id quoque, inquam, una consideremus, an nunc liceat omnia servare, quæ per Moysem præscripta sunt.

Κἀκεῖνος ἀπεκρίνατο· Οὐ. Γνωρίζομεν γὰρ ὅτι (96), ὡς ἔφης, οὔτε πρόβατον τοῦ Πάσχα (97) ἀλλαχόσε θύειν δυνατὸν, οὔτε τοὺς τῇ νηστείᾳ κελευσθέντας προσφέρεσθαι χιμάρους, οὔτε τὰς ἄλλας ἁπλῶς ἁπάσας προσφοράς.

Respondit ille : Nequaquam Agnoscimus enim, quemadmodum dixisti, nec agnum Paschæ alibi immolari posse, nec hircos in jejunio jussos offerri, nec cæteras omnes omnino oblationes.

Κἀγώ· Τίνα οὖν ἃ δυνατόν (98) ἐστι φυλάσσειν, παρακαλῶ, λέγε αὐτός· πεισθήσῃ γὰρ ὅτι, μὴ φυλάσσων τὰ αἰώνια δικαιώματα (99) τις ἢ πράξας, σωθῆναι ἐκ παντὸς ἔχει.

Tum ego : Quænam ergo illa sint, quæ possint observari, ipse, quæso, edissere. Tibi enim persuasum erit posse aliquem, non observatis nec perC fectis æternis justitiæ præceptis, salutem omnino consequi.

Κἀκεῖνος· Τὸ σαββατίζειν λέγω, καὶ τὸ περιτέμνεσθαι, καὶ τὸ τὰ ἔμμηνα φυλάσσειν, καὶ τὸ βαπτίζεσθαι ἁψάμενόν τινος ὧν ἀπηγόρευται ὑπὸ Μωϋσέως, ἢ ἐν συνουσίᾳ (1) γενόμενον.

At ille : Sabbata peragere, et circumcidi et menses observare, et ablui, si quid a Moyse prohibitum attigeris, vel post concubitum.

Κἀγὼ ἔφην· Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ εἴ τινες ἄλλοι γεγόνασι πρὸ τούτων ἢ μετὰ τούτους ὁμοίως δίκαιοι, λέγω δὲ καὶ Σάρραν τὴν γυναῖκα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Ῥεβέκκαν τὴν τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ Ῥαχὴλ τὴν τοῦ Ἰακὼβ, καὶ Λείαν, καὶ τὰς λοιπὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας, μέχρι τῆς Μωϋσέως τοῦ πιστοῦ θεράποντος μητρὸς, μηδὲν τούτων φυλάξαντας (2), εἰ δοκοῦσιν ὑμῖν σωθήσεσθαι;

142 Tum ego : Abraham, inquam, et Isaac et Jacob et Noe et Job, et si qui alii ante vel post eos justi similiter fuere, Saram dico uxorem Abrahæ et Rebeccam Isaaci, et Rachelem atque Liam Jacobi, et reliquas alias ejusmodi, usque ad Moysis, fidelis illius famuli, matrem, cum nihil horum custodierint, num vobis salutem videntur adepturi?

Καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο· Οὐ περιετέτμητο Ἀβραὰμ καὶ οἱ μετ' αὐτόν;

Respondit Trypho : Non circumcisus est Abraham, D et qui post eum fuere?

(95) *Ἐν ἀπαθείᾳ.* Præpositionem expungit H. Stephanus.

(96) *Γνωρίζομεν γὰρ ὅτι.* Mendose editum fuerat ἔτι. Ed. Patrol.

(97) *Πρόβατον τοῦ Πάσχα.* Pulsi Hierosolymis Judæi jacturam sacrificii variis modis sarcire tentabant. « Per diversa, inquit Hilarius in Psal. CXVIII, n. 12, speciem sacerdotii illius legitimi et holocausti et circumcisionis imitantur. » S. Phileas martyr, instante Culciano præfecto, ut saltem Deo sacrificaret, ita respondit : « Solis Judæis præceptum fuerat sacrificare Deo soli in Hierosolyma. Nunc autem peccant Judæi in aliis locis solemnia sua celebrantes. » De iisdem S. Augustinus, lib. II *Retract.*, c. 10, sic loquitur : « Eos et nunc videmus sine sacrificiis remansisse, nisi forte quod per Pascha immolant ovem, hoc in sacrificio deputetur. » Vide Julianum apud Cyrill. Alex., lib. IX, p. 305.

(98) *Ἃ δυνατόν.* Ita codex Clarom. Editi ἀδύνατον, quæ vox interpretes in magnam difficultatem conjecerat.

(99) *Τὰ αἰώνια δικαιώματα.* Id est, videbis salutem æternam non observatis illis mandatis, quæ tu æterna esse ac nunquam prætermittenda existimas, comparari posse; quippe cum nec circumcisionem, ut paulo post probat Justinus, ii qui ante Abraham fuerunt, nec cætera instituta ipse Abraham, ejusque usque ad Moysem posteri observaverint

(1) *Ἐν συνουσίᾳ.* Codices mss. habent ad marginem ἐν οὐσίᾳ. Ita et R. Stephanus ad calcem.

(2) *Φυλάξαντας.* Legit Thirlbius φυλάξαντες. Paulo post legendum videtur ἐξετάσομεν τὸν λόγον.

Digitized by Google

Ego vero : Scio, inquam, Abraham ejusque posteros circumcisos fuisse. Cur autem data illis circumcisio fuerit, pluribus supra disserui ; et si vos ea, quæ dixi, non inflectunt, rem denuo examinabimus. Ex justis autem hominibus neminem prorsus usque ad Moysem quidquam eorum, de quibus modo quærebamus, præter eam, quæ ab Abrahamo initium habuit, circumcisionem, observasse aut observandi præceptum accepisse scitis.

Et ille : Scimus, inquit, et eos salvari confitemur.

Ego rursum : Considerate omnia ejusmodi præcepta propter duritiam cordis populi vestri 'per Moysem vobis a Deo tradita esse ; ut pluribus hisce rebus admoniti, in omni actione Deum semper ante oculos haberetis, nec injuste aut impie agere inciperetis. Nam et coccineum panniculum ut vobis circumponeretis præcepit [36], cujus ope nulla vos Dei caperet oblivio ; et phylacterium descriptis quibusdam litteris in membranis tenuissimis, quæ quidem omnino sancta esse intelligimus, jussit circumdari [37], his etiam rebus exstimulans vos, ut semper in memoria Deum haberetis, et simul exprobrans, quod nullam illius colendi memoriam teneretis. Vobis tamen ne sic quidem persuasum est, ut simulacra ne coleretis. Eliæ enim tempore, eorum numerum recensens, qui genu Baali non flexerant, septem millia numero esse dixit : et apud Isaiam vobiscum expostulat, quod vestros etiam filios simulacris immolaveritis. Nos autem ne iis sacra faciamus, quibus olim fecimus, extrema supplicia perferimus, et dum occidimur, lætamur, minime dubii quin nos Deus per Christum suum ad vitam revocaturus sit, et incorruptos ac perpessionis expertes et immortales facturus ; et quæ ob duritiam cordis populi vestri instituta sunt, ea nihil ad justitiæ observationem et pietatem afferre novimus.

47. *Cum Christianis legem observantibus communicat Justinus. Secus catholici non pauci.*— Rursus, Trypho : Si quis hæc ita se habere sciens, præterquam quod hunc Christum esse agnoscat, eique videlicet credat et obediat, hæc quoque instituta observare voluerit, utrum is salvabitur, ita ille sciscitabatur.

At ego : Ut mihi quidem videtur, o Trypho, hominem ejusmodi salvum dico futurum ; si modo cæteris hominibus, id est, iis qui ex gentibus per Christum ab errore circumcisi sunt, omnino persuadere non conetur, ut eadem ac ipse observent, salutem eos negans adepturos, nisi hæc custodiant ; quale est quod et initio disputationis faciebas, cum pronuntiares salvum me non futurum, nisi hæc observarem.

Κἀγώ· Ἐπίσταμαι, ἔφην, ὅτι περιετέτμητο Ἀβραὰμ καὶ οἱ μετ' αὐτόν. Διὰ τί δὲ ἐδόθη αὐτοῖς ἡ περιτομή, ἐν πολλοῖς τοῖς προλελεγμένοις εἶπον, καὶ εἰ μὴ δυσωπεῖ ὑμᾶς τὰ λεγόμενα, πάλιν ἐξετάσωμεν τὸν λόγον. Ὅτι δὲ μέχρι Μωϋσέως οὐδεὶς ἁπλῶς δίκαιος οὐδὲν ὅλως τούτων περὶ ὧν ἐζητοῦμεν ἐφύλαξεν, οὐδὲ ἐντολὴν ἔλαβε φυλάσσειν, πλὴν τὴν ἀρχὴν λαβούσης ἀπὸ Ἀβραὰμ τῆς περιτομῆς, ἐπίστασθε.

Κἀκεῖνος· Ἐπιστάμεθα, ἔφη· καὶ ὅτι σώζονται ὁμολογοῦμεν.

Κἀγὼ πάλιν· Διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐντάλματα νοεῖτε τὸν Θεὸν διὰ Μωϋσέως ἐντειλάμενον ὑμῖν, ἵνα διὰ πολλῶν τούτων ἐν πάσῃ πράξει πρὸ ὀφθαλμῶν ἀεὶ ἔχητε τὸν Θεὸν, καὶ μήτε ἀδικεῖν μήτε ἀσεβεῖν ἄρχησθε. Καὶ γὰρ τὸ κόκκινον βάμμα περιτιθέναι αὐτοῖς ἐνετείλατο ὑμῖν, ἵνα διὰ τούτου μὴ λήθη ὑμᾶς λαμβάνῃ τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλακτήριον ἐν ὑμέσι λεπτοτάτοις γεγραμμένων χαρακτήρων τινῶν, ἃ πάντως ἅγια νοοῦμεν εἶναι, περικεῖσθαι ὑμᾶς ἐκέλευσε· καὶ διὰ τούτων δυσωπῶν ὑμᾶς ἀεὶ μνήμην ἔχειν τοῦ Θεοῦ· ἅμα τε καὶ ἔλεγχον (3) ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, οὐδὲ μικρὰν μνήμην ἔχετε τοῦ θεοσεβεῖν· καὶ οὐδ' οὕτως ἐπείσθητε μὴ εἰδωλολατρεῖν· ἀλλ ἐπὶ Ἡλίου ὀνομάζων τὸν ἀριθμὸν τῶν μὴ καμψάντων γόνυ τῇ Βάαλ, ἑπτακισχιλίους τὸν ἀριθμὸν ὄντας εἶπε· καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν θυσίαν πεποιηκέναι τοῖς εἰδώλοις ἐλέγχει ὑμᾶς. Ἡμεῖς δὲ, ὑπὲρ τοῦ μὴ θυσιάζειν οἷς πάλαι ἐθύομεν, ὑπομένομεν τὰς ἐσχάτας τιμωρίας, καὶ θανατούμενοι χαίρομεν· πιστεύοντες ὅτι ἀναστήσει ἡμᾶς ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ ἀφθάρτους καὶ ἀπαθεῖς καὶ ἀθανάτους ποιήσει, καὶ οὐδὲν συμβάλλεσθαι πρὸς δικαιοπραξίαν καὶ εὐσέβειαν τὰ διὰ τὴν σκληροκαρδίαν τοῦ λαοῦ ὑμῶν διαταχθέντα γινώσκομεν.

47. Καὶ ὁ Τρύφων πάλιν· Ἐὰν δέ τις, εἰδὼς ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, μετὰ τοῦ καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν ἐπίστασθαι δηλονότι, καὶ πεπιστευκέναι καὶ πείθεσθαι αὐτῷ, βούλεται καὶ ταῦτα φυλάσσειν, σωθήσεται ; ἐπυνθάνετο.

Κἀγώ· Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Τρύφων, λέγω ὅτι σωθήσεται ὁ τοιοῦτος, ἐὰν μὴ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, λέγω δὴ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν διὰ τοῦ Χριστοῦ ἀπὸ τῆς πλάνης περιτμηθέντας, ἐκ παντὸς πείθειν ἀγωνίζηται, ταὐτὰ αὐτῷ φυλάσσειν, λέγων οὐ σωθήσεσθαι αὐτοὺς, ἐὰν μὴ ταῦτα φυλάξωσιν· ὁποῖον ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων καὶ σὺ ἔπραττες, ἀποφαινόμενος οὐ σωθήσεσθαί με, ἐὰν μὴ ταῦτα φυλάξω.

[36] Num. xv, 38. [37] Deut. vi, 6.

(3) Ἅμα τε καὶ ἔλεγχον. Lego ἅμα τε καὶ ἐλέγχων ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Ita etiam eruditus Londinensis editor.

Digitized by Google

Κἀκεῖνος· Διὰ τί οὖν εἶπας· « Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, σωθήσεται ὁ τοιοῦτος, » εἰ μή τι (4) εἰσὶν οἱ λέγοντες ὅτι οὐ σωθήσονται οἱ τοιοῦτοι;

Εἰσὶν, ἀπεκρινάμην, ὦ Τρύφων, καὶ μηδὲ κοινωνεῖν ὁμιλίας ἢ ἑστίας τοῖς τοιούτοις (5) τολμῶντες· οἷς ἐγὼ οὐ σύναινός εἰμι. Ἀλλ' ἐὰν αὐτοὶ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς γνώμης καὶ τὰ ὅσα δύνανται νῦν ἐκ τῶν Μωϋσέως, ἃ διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ νοοῦμεν διατετάχθαι, μετὰ τοῦ ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν ἐλπίζειν, καὶ τὰς αἰωνίους καὶ φύσει δικαιοπραξίας καὶ εὐσεβείας φυλάσσειν βούλωνται, καὶ αἱρῶνται συζῆν τοῖς Χριστιανοῖς καὶ πιστοῖς, ὡς προεῖπον, μὴ πείθοντες αὐτοὺς μήτε περιτέμνεσθαι ὁμοίως αὐτοῖς, μήτε σαββατίζειν, μήτε ἄλλα ὅσα τοιαῦτά ἐστι τηρεῖν, καὶ προσλαμβάνεσθαι, καὶ κοινωνεῖν ἁπάντων, ὡς ὁμοσπλάγχνοις καὶ ἀδελφοῖς, δεῖν ἀποφαίνεσθαι (6). Ἐὰν δὲ οἱ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ὑμετέρου πιστεύειν λέγοντες ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν, ὦ Τρύφων, ἔλεγον, ἐκ παντὸς κατὰ τὸν διὰ Μωϋσέως διαταχθέντα νόμον ἀναγκάζωσι ζῆν τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντας ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν, ἢ μὴ κοινωνεῖν αὐτοῖς τῆς τοιαύτης συνδιαγωγῆς αἱρῶνται, ὁμοίως καὶ τούτους οὐκ ἀποδέχομαι. Τοὺς δὲ πειθομένους αὐτοῖς ἐπὶ τὴν ἔννομον πολιτείαν, μετὰ τοῦ φυλάσσειν τὴν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ὁμολογίαν, καὶ σωθήσεσθαι ἴσως ὑπολαμβάνω. Τοὺς δὲ ὁμολογήσαντας καὶ ἐπιγνόντας τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ ἡτινιοῦν αἰτίᾳ μεταβάντας ἐπὶ τὴν ἔννομον πολιτείαν, ἀρνησαμένους ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ πρὶν τελευτῆς μὴ μεταγνόντας, οὐδόλως σωθήσεσθαι ἀποφαίνομαι. Καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ ζῶντας κατὰ τὸν νόμον, καὶ ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν μὴ πιστεύοντας πρὶν τελευτῆς τοῦ βίου, οὐ σωθήσεσθαι ὁμοίως ἀποφαίνομαι (καὶ μάλιστα τοὺς ἐν ταῖς συναγωγαῖς καταναθεματίσαντας καὶ καταναθεματίζοντας ἐπ' αὐτὸν τοῦτον τὸν Χριστὸν) καὶ πᾶν ὅπως (7) τύχωσι τῆς σωτηρίας, καὶ τῆς τιμωρίας τῆς ἐν τῷ πυρὶ ἀπαλλαγῶσιν. Ἡ γὰρ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ

143 At ille: Cur igitur dixisti: « Ut mihi quidem videtur, talis salvus erit, » nisi quia sunt, qui tales negent salvos futuros?

Sunt, inquam, o Trypho; quique cum eis nec sermonis, nec hospitii communione conjungi audeant; quibus ego non assentior. Sed si ob animi infirmitatem etiam quæcunque nunc possunt ex iis, quæ a Moyse propter duritiam cordis populi instituta novimus, cum spe in hunc Christum et æternorum ac naturalium justitiæ et pietatis præceptorum observatione conjungere voluerint; modo cum Christianis et fidelibus vivere non recusent, nec iis, ut jam dixi, suadeant, ut similiter ac ipsi circumcidantur, aut sabbata et alia ejusmodi custodiant; eos suscipiendos esse et cum iis omnium rerum communionem, ut eum hominibus eodem modo affectis et fratribus, tenendam esse censeo. Sin autem, Trypho, qui ex vestro genere in hunc Christum sese dicunt credere, eos qui ex gentibus in hunc Christum credunt, omnino secundum legem per Moysem institutam cogant vivere, aut ejusmodi consuetudine cum eis conjungi nolint, non sane hos etiam similiter probaverim. Qui vero ab eis ad legis observationem cum confessione in Christum Dei conjungendam adducti fuerint, eos forsitan etiam salutem adepturos suspicor. At qui postquam confessi fuerint et agnoverint hunc esse Christum, quacunque de causa ad legis observationem traducti negaverint hunc esse Christum, nec pœnitentiam ante mortem egerint, nullam iis salutem fore assevero. Et qui ex semine Abrahæ orti secundum legem vixerint, nec ante vitæ exitum in hunc Christum crediderint, similiter salvos minime facturos esse confirmo (eos præsertim qui in synagogis exsecrati sunt et exsecrantur hunc Christum), omnino enim salutem assequerentur, et ab ignis supplicio liberarentur. Nam qui pœnitentiam peccatorum agit, eum benignitas et humanitas Dei et immensitas divitiarum

(4) *Εἰ μή τι.* Legendum forte εἰ μὴ ὅτι (*nisi quia*), vel, cum Pearsono, μή τι (*num*), sine εἰ quod docto viro redundare videtur. Ed. Patrol.

(5) *Τοιούτοις.* Hoc est qui postea quam Jesum esse Christum agnoverint, legis quoque instituta volunt observare. (Trypho paulo ante: Μετὰ τοῦ καὶ τοῦτον εἶναι τὸν *Χριστὸν* ἐπίστασθαι... βούλεται καὶ *ταῦτα* φυλάσσειν), id quod in causa erat cur nonnulli a communione illos excluderent. Otto.

(6) *Δεῖν ἀποφαίνεσθαι.* Vel legendum ἀποφαίνομαι, cum Sylburgio vel potius illud ἀποφαίνεσθαι referendum ad superiora verba, quasi scriptum esset: Ἀλλὰ σύναινός εἰμι τοῦ ἀποφαίνεσθαι. De hac sancti martyris lenitate nonnulla disserimus in Præfatione. Nunc satis est observare: 1° Hos Mosaicæ legis cum Evangelii professione cultores nondum ab omnibus Ecclesiis damnatos fuisse, cum Justinus hæc scriberet. Neque enim solus erat Justinus qui cum eis communicaret; quinetiam in ambiguo reliquit, utrum plures essent qui eos rejicerent, quam qui admitterent. Sed tandem in apertum schisma res est perducta. Nam testatur Hieronymus ep. 80, ejusmodi homines, quos Nazaræos vocat, et a Christianis damnari, quamvis crederent « in Filium Dei natum ex Virgine Maria, » et a Judæis, quamvis legem observarent, ita ut nec Christiani essent nec Judæi. 2° Eos de Christi divinitate consensisse et ab Ebionitis longe diversos fuisse patet. Hoc enim semper Justinum inter et Tryphonem convenit, nulla re illos a cæteris Christianis discrepare, nisi legis observatione, nec aliud causæ subesse, cur eos a communione excluderent nonnulli. — *Δεῖν ἀποφαίνομαι.* Ita jam Sylburgio observante martyr sine dubio scripsit; nempe eodem modo et paulo infra bis et alibi ἀποφαίνομαι sæpe occurrit. In codd. mss. et editis δεῖν ἀποφαίνεσθαι, quod solus Maranus sic defendere studet, ut ἀποφαίνεσθαι ad superiora verba referat, quasi scriptum sit ἀλλὰ σύναινός εἰμι τοῦ (?) ἀποφαίνεσθαι. Otto.

(7) *Καὶ πᾶν ὅπως.* Hujus loci intelligentia ex his quæ præcedunt et quæ sequuntur repetenda, idque parenthesis ope facilius animadvertitur. Legendum ergo videtur κἂν πάνυ πως, etc., subintelligendo videlicet, si ante mortis exitum credant. Langus sic legit: Καταναθεματίζοντας τοὺς ἐπ' αὐτὸν τὸν Χριστὸν πιστεύοντας καὶ μὴ μετανοοῦντας καὶ πᾶν πράττοντας ὅπως, etc. Sylburgius eodem modo legit, nisi quod illud καὶ πᾶν πράττοντας refert ad τοὺς πιστεύοντας, recisis illis vocibus καὶ μὴ μετανοοῦντας.

Digitized by Google

ejus, quemadmodum per Ezechielem declarat [38], perinde ac justum et peccato carentem habet; qui autem a pietate et justitiæ observatione ad injustitiam et impietatem delabitur, eum ut peccatorem et injustum et impium numerat. Quapropter Dominus noster Jesus Christus dixit: « In quibus vos deprehendero, in his et judicabo. »

48. *Antequam probet divinitatem Christi, postulat ut fixum maneat eum esse Christum.* — Hic Trypho: Et his de rebus quid sentires, audivimus. Repetens igitur sermonem, in quo desieras, absolve. Nam mirabilis quidam mihi videtur, et qui prorsus demonstrari non possit. Quod enim ais præexstitisse Deum 144 ante sæcula hunc Christum, ac deinde etiam nasci hominem factum sustinuisse, nec hominem ex hominibus esse, id non solum ab opinione abhorrens mihi videtur, sed etiam stultum.

Ad hæc ego: Scio, inquam, hanc doctrinam ab opinione abhorrentem videri, præsertim vestri generis hominibus, qui quæ Dei sunt nec intelligere nec facere unquam voluistis, sed quæ magistrorum vestrorum, quemadmodum ipse Deus clamat [39]. Sed tamen, Trypho, nequaquam irritum et infectum erit quod demonstravi, hunc esse Christum Dei, si demonstrare non possim illum etiam præexstitisse Filium Creatoris universorum, Deum existentem, et hominem ex Virgine genitum esse. Sed cum omnino demonstratum sit hunc esse Christum Dei, qualiscunque ille sit; si minus demonstravero præexstitisse et hominem perpessionibus nostris obnoxium, et carnem habentem nasci, secundum Patris voluntatem sustinuisse; in hoc tantum æquum fuerit me errasse dicere, nequaquam autem negare eum Christum esse, etiamsi homo ex hominibus genitus videatur, nec quidquam amplius quam ejus, quemadmodum per Ezechielem declarat [38], perinde ac justum et peccato carentem habet; qui autem a pietate et justitiæ observatione ad injustitiam et impietatem delabitur, eum ut peccatorem et injustum et impium numerat. Quapropter Dominus noster Jesus Christus dixit: « In quibus vos deprehendero, in his et judicabo. »

48. Καὶ ὁ Τρύφων· Καὶ περὶ τούτων ὅσα φρονεῖς ἀκηκόαμεν, εἶπεν. Ἀναλαβὼν οὖν τὸν λόγον ὅθεν ἐπαύσω, πέραινε· παράδοξός τις γάρ ποτε (9) καὶ μὴ δυνάμενος ὅλως ἀποδειχθῆναι δοκεῖ μοι εἶναι. Τὸ γὰρ λέγειν σε προϋπάρχειν Θεὸν ὄντα πρὸ αἰώνων τοῦτον τὸν Χριστὸν, εἶτα καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπον γενόμενον ὑπομεῖναι, καὶ ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, οὐ μόνον παράδοξον δοκεῖ μοι εἶναι, ἀλλὰ καὶ μωρόν.

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἔφην· Οἶδ' ὅτι παράδοξος ὁ λόγος δοκεῖ εἶναι, καὶ μάλιστα τοῖς ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν, οἵτινες τὰ τοῦ Θεοῦ οὔτε νοῆσαι οὔτε ποιῆσαί ποτε βεβούλησθε, ἀλλὰ τὰ τῶν διδασκάλων ὑμῶν, ὡς αὐτὸς ὁ Θεὸς βοᾷ. Ἤδη μέντοι, ὦ Τρύφων, εἶπον, οὐκ ἀπόλλυται τὸ τοιοῦτον (10) εἶναι Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, ἐὰν ἀποδεῖξαι μὴ δύνωμαι ὅτι καὶ προϋπῆρχεν Υἱὸς τοῦ Ποιητοῦ τῶν ὅλων, Θεὸς ὤν, καὶ γεγέννηται ἄνθρωπος διὰ τῆς Παρθένου. Ἀλλὰ ἐκ παντὸς ἀποδεικνυμένου, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ, ὅστις οὗτος ἔσται, ἐὰν δὲ μὴ ἀποδεικνύω (11) ὅτι προϋπῆρχε, καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, σάρκα ἔχων, κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν ὑπέμεινεν, ἐν τούτῳ πεπλανῆσθαί με μόνον λέγειν δίκαιον, ἀλλὰ μὴ ἀρνεῖσθαι ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐὰν φαίνηται ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων γεννηθεὶς, καὶ ἐκλογῇ γενόμενος εἰς τὸν Χριστὸν εἶναι (12) ἀποδεικνύηται. Καὶ γάρ εἰσί τινες, ὦ φίλοι, ἔλεγον, ἀπὸ

A ἄμετρον τοῦ πλούτου αὐτοῦ τὸν μετανοοῦντα ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς δι' Ἰεζεκιὴλ μηνύει, ὡς δίκαιον καὶ ἀναμάρτητον ἔχει· καὶ τὸν ἀπὸ εὐσεβείας ἢ δικαιοπραξίας μετατιθέμενον ἐπὶ ἀδικίαν καὶ ἀθεότητα ὡς ἁμαρτωλὸν καὶ ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἐπίσταται. Διὸ καὶ ὁ ἡμέτερος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἶπεν· « Ἐν οἷς ἂν ὑμᾶς (8) καταλάβω, ἐν τούτοις καὶ κρινῶ. »

B

C

D

[38] Ezech. xxxiii, 11-20. [39] Isa. xxix, 13.

(8) *Ἐν οἷς ἂν ὑμᾶς.* Hanc sententiam, quam nonnulli ecclesiastici scriptores Deo per prophetarum aliquem loquenti attribuunt, ex Evangelio secundum Hebræos a Justino depromptam existimat Grabius, *Spicileg.* tom. I, p. 14.

(9) *Παράδοξός τις γάρ ποτε.* Redundat postrema vox et vacat, nec videtur collocanda post δυνάμενος, ut placuit Sylburgio.

(10) *Τοιοῦτον.* Legendum τοῦτον, quod olim monuit vir magnus Hugo Grotius *ad Luc.* xxiii, 35, et nuper doctissimus Bullus in *Judicio Eccles. cath.*, p. 69. Langus etiam vertit, « Christum hunc esse Dei. » Thirlbius.

(11) *Ἐὰν δὲ μὴ ἀποδεικνύω.* Redundat hoc loco illud δέ, ut initio *Apol.* I, et sæpe alias. Hac autem præfatione, quam Justinus futuræ disputationi præmittit, mirum in modum abusi sunt et remonstrantes in sua *Apologia* adversus professores Leydenses, et Episcopius in pluribus ad hujus *Apologiæ* defensionem elucubrationibus, et multi alii. Contendunt Justinum hoc tantum a Judæis, ut Jesum credant esse Christum, nihil amplius petere, et idcirco ad imitandum eis proponere exemplum nonnullorum Christianorum, qui quamvis Jesum negarent Deum, Christum tamen non negabant. Nihil absurdius his ratiocinationibus. Cum metueret Justinus ne sibi elaberetur inconstans et fugitivus Tryphonis animus, hac eum admonitione et lege, veluti quodam nodo, constringere conatur, ut assensum suum iis, quæ jam disputata fuerant, ne retrahat, etiamsi minus assentiatur iis quæ deinceps disserentur. Idem ergo facit Justinus, quod solers et prudens quisque disputator; nec ea parvi pendit quæ dicere parabat, sed curat ut in tuto sint quæ jam dixerat. Eorum autem exemplum, qui Jesum negabant Deum, sed Christum esse fatebantur, non eo spectat, ut detestabiles hæretici probentur, sed ut constet Jesum esse Christum, cum id negare non audeant, qui certissima quæque negant. Nota omnibus scriptoribus hæc disputandi ratio. Sic Novatianus (ut alios omittam) Ebionitis et Artemonitis objicit exemplum aliorum hæreticorum, qui veritatis luce perculsi divinitatem Christi non negabant, quamvis in alios errores nequissimos impegissent, *De Trin.* c. 18.

(12) *Ἐκλογῇ γενόμενος εἰς τὸν Χριστὸν εἶναι.* Quidam post R. Stephanum legunt ἐκλογῇ γενόμενος. Atque hanc equidem conjecturam nec repudio, nec tamen omnino necessariam puto. Præcipuum hujus loci vitium videtur residere in his vocibus, εἰς τὸν Χριστὸν εἶναι, pro quibus lego εἰς τὸ Χριστὸν εἶναι.

Digitized by Google

τῷ ἡμετέρου γένους (13) ὁμολογοῦντες αὐτὸν Χριστὸν εἶναι, ἄνθρωπον δὲ ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον ἀποφαινόμενοι· οἷς οὐ συντίθεμαι, οὐδ' ἂν (14) πλεῖστοι (15) ταὐτά μοι (16) δοξάσαντες εἴποιεν· ἐπειδὴ οὐκ ἀνθρωπείοις διδάγμασι κεκελεύσμεθα ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ πείθεσθαι, ἀλλὰ τοῖς διὰ τῶν μακαρίων προφητῶν κηρυχθεῖσι καὶ δι' αὐτοῦ διδαχθεῖσι.

A plius demonstretur, nisi eum electione consecutum esse, ut Christus esset. Sunt enim quidam, amici, ex genere nostro, qui eum Christum esse confitentur, quamvis hominem ex hominibus genitum pronuntient; quibus ego non assentior, nec assentirer, etiamsi maxima pars, quæ mecum **145** consentit, idem diceret; neque enim humanis doctrinis jussi sumus ab ipso Christo credere, sed iis quæ a beatis prophetis prædicata et ab ipso tradita.

49. Καὶ ὁ Τρύφων· Ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν, εἶπεν, οἱ λέγοντες ἄνθρωπον γεγονέναι αὐτὸν, καὶ κατ' ἐκλογὴν κεχρῖσθαι, καὶ Χριστὸν γεγονέναι, πιθανώτερον ὑμῶν λέγειν τῶν ταῦτα ἅπερ φῄς λεγόντων. Καὶ γὰρ πάντες ἡμεῖς τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων προσδοκῶμεν γενήσεσθαι, καὶ τὸν Ἠλίαν χρῖσαι αὐτὸν ἐλθόντα. Ἐὰν δὲ οὗτος φαίνηται ὢν ὁ Χριστὸς, ἄνθρωπον μὲν ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον ἐκ παντὸς ἐπίστασθαι δεῖ· ἐκ δὲ τοῦ μηδὲ Ἠλίαν ἐληλυθέναι, οὐδὲ τοῦτον ἀποφαίνομαι εἶναι.

49. *Objicientibus nondum advenisse Eliam respondet Joannem esse præcursorem primi adventus.* — Et Trypho : Mihi quidem videntur, inquit, qui illum hominem fuisse et electione unctum, ac Christum factum esse dicunt, probabilius quam B vos, qui ea quæ retulisti, tenetis, dicere. Nam et nos omnes Christum hominem ex hominibus exspectamus nasciturum, et ab Elia, quando is venerit, unctum iri. Quod si iste Christus esse videatur, homo ex hominibus omnino existimandus est : sed quia nondum venit Elias, neque hunc Christum esse censeo.

Κἀγὼ πάλιν ἐπυθόμην αὐτοῦ· Οὐχὶ Ἠλίαν φησὶν

Rursus ergo illum percontatus sum : An non

(13) Ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους. Ex his verbis Episcopius et alii colligunt hos Justini adversarios communione conjunctos cum eo et cum aliis catholicis fuisse. Bullus et uterque Londinensis editor legunt ἀπὸ τοῦ ὑμετέρου γένους, quia Ebionitæ a Judæis orti. Clericus, *Hist. eccles.*, p. 676, legendum esse ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου, ac de Ebionitis Justinum non loqui contendit. Levissima mihi lis cum Bullo, tota adversus Episcopium et Clericum erit contentio. Nam retinendum illud ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου, sed de Ebionitis intelligendum sic probo : 1° His verbis, οὐδ' ἂν πλεῖστοι, quæ paulo post sequuntur, non solum catholicos omnes, sed etiam plurimas sectas, quæ Christi divinitatem tenebant, comprehendit Justinus, ut modo videbimus. Ergo in paucis illis hujus dogmatis hostibus non ductam ex Judæis originem considerat, sed quamdam nominis communitatem cum aliis Christianis, tum catholicis, tum hæreticis; ac proinde retinendum illud ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου, ac de Ebionitis accipiendum. 2° Justinus infra n. 82, de hæreticis agens ait : Καὶ παρ' ἡμῖν νῦν πολλοί εἰσι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι. Cur ergo de Ebionitis agens non dicret eos esse « ex nostro genere. » Vide n. 35, et *Apol.* I, n. 26. Quod si Justini verba hæreticis aptari possunt, de aliis quam hæreticis intelligi non possunt. Constat enim secundo sæculo hæreticos exstitisse, qui Christi divinitatem negarent : at catholicos exstitisse, qui D hanc impietatem profiterentur, nec excluderentur a communione, non modo non constat, sed etiam omnibus testimoniis et historiæ monumentis repugnat. Quomodo ergo verba Justini, cum iis, quos tunc certo scimus exstitisse, conveniant, in eos detorqueantur, quos nullos prorsus novimus? 3° « Nostros » appellare solent hæreticos catholici, cum eos Judæis, ut hoc loco Justinus, aut gentilibus opponunt. Vide Origen. *in Levit.* p. 88, *in Cels.* lib. III, pag. 118 et 2, *De princip.* cap. 10. Gregor. Naz. Orat. 37, p. 595. Hieronym. Præfat. lib. XI, *in Isai.* 4° Justinus duo tantum doctrinæ genera agnoscit, doctrinam Christi et doctrinam spirituum erroris, et cum iis, qui doctrinam erroris spirituum sequuntur, nullam esse catholicis communionem declarat, num. 35. Sic etiam hoc ipso in loco, qui nunc in manibus est, doctrinam eorum, qui Christi divinitatem negabant, opponit ei doctrinæ, cui Christus jussit ut credamus, quamque ipse tradidit et prophetæ prædicaverunt. Qui ergo cum hominibus Christum ne ex Virgine quidem natum credentibus communicasset? Huic commento repugnant tres *Dialogi* partes, ut ex analysi præmissa perspici potest.

(14) Οὐδ' ἂν... εἴποιεν. Nostra hujus loci interpretatio confirmatur verbis sequentibus, « neque C enim humanis doctrinis, » etc., quæ rationem continent, cur Justinus huic errori nunquam assensurus sit, quæcunque ei objiciatur assentiendi causa. Vitiosa ergo hæc Langi interpretatio : « Quibus ego non assentior : neque id sane multi, qui in eadem mecum sententia sunt, dixerint. » Inde ortum ut Justinus, cum vehementissimus sit hoc loco, frigidior tamen visus sit Episcopio et Clerico, quam ut illum de hominibus a communione Ecclesiæ abscissis loqui crederent. Perionius fere ut Langus : « Quibus ego non assentior, nec plurimi, qui idem quod ego sentiant, asseverabunt. » Gelenius : « Quibus non assentior, ne si maxima quidem esset turba sic opinantium. » Thirlbius non absimilia proponit : « Neque, etiamsi multo plures essent, assentirer. » Sed hæc interpretatio cum nonnulla alia peccat, tum illud etiam quod nihil habet de magna illa eorum, qui idem ac Justinus sentiebant, multitudine, quam a Justino commemoratam fuisse patet ex sequentibus Tryphonis verbis.

(15) Πλεῖστοι. Manifestum est ex hac voce Justinum non solis catholicis hoc testimonium tribuere, sed pluribus etiam sectis, quæ Jesum, ut antea dicebat, n. 35, et Dominum et Christum esse confitebantur. Si de solis catholicis locutus esset, non maximam partem, sed, ut solet, totam Ecclesiam dixisset. Sic enim, ubi de hæreticis loquitur p. 35 et 80, catholicos ita inter se consentire docet, ut nullam prorsus communionem habeant cum iis qui non Christi, sed spirituum erroris doctrinam sequuntur. Hinc etiam n. 63, catholicos velut unam animam esse et unam synagogam docet. Igitur maxima illa pars non catholicorum intelligenda est, sed eorum qui nomen Christianorum ferebant.

(16) Ταὐτά μοι. Ad verbum : « Etiamsi maxima pars, quæ mecum (hactenus) consensit, vel, postquam mecum (hactenus) consensit, id diceret. » Scripsit R. Stephanus ταὐτά μοι.

Digitized by Google

Scriptura per Zachariam dicit Eliam ante magnum illum et terribilem Domini diem esse venturum?

Respondit ille : Maxime.

Si igitur Scriptura confiteri cogit duplicem Christi adventum esse prædictum : alterum in quo perpessionibus obnoxius et inglorius et informis apparebit ; alterum in quo circumfluens gloria et omnium judex adveniet, quemadmodum et supra plurimis demonstratum est [40]; an non id a divino verbo prædicatum intelligemus, Eliam terribilis et magni diei, id est secundi ejus adventus præcursorem futurum?

Maxime, respondit ille.

Atque hoc ipsum, aiebam, Dominus noster inter ea quæ docuit, futurum esse tradidit, cum Eliam quoque dixit esse venturum. Quod quidem nos futurum esse scimus cum e cœlis gloriose Dominus noster Jesus Christus venturus est ; cujus quidem primi etiam adventus Spiritus Dei, qui in Elia fuerat, præco præcessit in Joanne vestri generis propheta, post quem nullus alius deinceps propheta apud vos exstitit. Is ad amnem Jordanem considens clamabat : « Ego quidem baptizo in aqua in pœnitentiam : veniet autem fortior me, cujus non sum dignus calceamenta portare. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni : cujus ventilabrum in manu ejus, et permundabit aream suam, et congregabit triticum in horreum, paleam autem comburet igni inexstinguibili [41]. » Atque hunc ipsum prophetam rex vester Herodes conjecerat in carcerem ; cumque natalitia celebrarentur, saltante fratris filia delectatus jussit eam petere quidquid vellet. Tum puellam mater submonuit, ut Joannis in vincula conjecti caput peteret ; quod cum illa petisset, misit rex, et caput Joannis in lance jussit afferri. Quapropter et Christus noster, cum adhuc in terris versaretur, his qui oportere asserebant ut Elias ante Christum veniret, hæc dixit : « Elias quidem venturus est et restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt ei quæcunque voluerunt [42]. » Et scriptum est tunc discipulos intellexisse eum de Joanne Baptista id illis dixisse.

Tum Trypho : Videtur id quoque mihi ab opinione abhorrere, quod Spiritum propheticum Dei, qui in Elia fuerat, etiam in Joanne dicis fuisse.

Ad hæc ego : Non tibi videtur idem factum **146** fuisse in Jesu filio Nave, qui populi ducendi provinciam post Moysem suscepit ; Deo ipso, cum jussus est Moyses ut manus Jesu imponeret, di-

A ὁ λόγος διὰ Ζαχαρίου (17) ἐλεύσεσθαι πρὸ τῆς ἡμέρας τῆς μεγάλης καὶ φοβερᾶς τοῦ Κυρίου ;

Κἀκεῖνος ἀπεκρίνατο· Μάλιστα.

Ἐὰν οὖν ὁ λόγος ἀναγκάζῃ ὁμολογεῖν, ὅτι δύο παρουσίαι τοῦ Χριστοῦ προεφητεύοντο γενησόμεναι, μία μὲν ἐν ᾗ παθητὸς καὶ ἄτιμος καὶ ἀειδὴς φανήσεται· ἡ δὲ ἑτέρα, ἐν ᾗ καὶ ἔνδοξος καὶ κριτὴς ἁπάντων ἐλεύσεται, ὡς καὶ ἐν πολλοῖς τοῖς προλελεγμένοις ἀποδέδεικται, οὐχὶ τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ πρόοδον γενήσεσθαι τὸν Ἠλίαν νοήσομεν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ κεκηρυκέναι ;

Μάλιστα, ἀπεκρίνατο.

B Καὶ ὁ ἡμέτερος οὖν Κύριος, ἔφην, τοῦτο αὐτὸ ἐν τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ παρέδωκε γενησόμενον, εἰπὼν καὶ Ἠλίαν ἐλεύσεσθαι· καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστάμεθα γενησόμενον, ὅταν μέλλῃ ἐν δόξῃ ἐξ οὐρανῶν παραγίνεσθαι ὁ ἡμέτερος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, οὗ καὶ τῆς πρώτης φανερώσεως κῆρυξ προῆλθε τὸ ἐν Ἠλίᾳ γενόμενον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ἐν Ἰωάννῃ τῷ γενομένῳ ἐν τῷ γένει ὑμῶν προφήτῃ, μεθ' ὃν οὐδεὶς ἕτερος λοιπὸς (18) παρ' ὑμῖν ἐφάνη προφήτης, ὅστις ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν καθεζόμενος ἐβόα· « Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ἥξει δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· οὗ τὸ πτύον αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ τὸν σῖτον συνάξει εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. » Καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν προφήτην συνεκεκλείκει ὁ βασιλεὺς ὑμῶν Ἡρώδης εἰς φυλακήν, καὶ γενεσίων ἡμέρας τελουμένης, ὀρχουμένης τῆς ἐξαδελφῆς αὐτοῦ τοῦ Ἡρώδου εὐ..ρέστως αὐτῷ, εἶπεν αὐτῇ αἰτήσασθαι ὃ ἐὰν βούληται. Καὶ ἡ μήτηρ τῆς παιδὸς ὑπέβαλεν αὐτῇ αἰτήσασθαι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ αἰτησάσης, ἔπεμψε, καὶ ἐπὶ πίνακι ἐνεχθῆναι (19) τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου ἐκέλευσε. Διὸ καὶ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς εἰρήκει ἐπὶ γῆς τότε τοῖς λέγουσι πρὸ τοῦ Χριστοῦ Ἠλίαν δεῖν ἐλθεῖν· « Ἠλίας μὲν ἐλεύσεται καὶ ἀποκαταστήσει πάντα· λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, ἀλλ' ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. » Καὶ γέγραπται ὅτι τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.

D Καὶ ὁ Τρύφων· Καὶ τοῦτο παράδοξον λέγειν μοι δοκεῖς, ὅτι τὸ ἐν Ἠλίᾳ τοῦ Θεοῦ γενόμενον προφητικὸν Πνεῦμα, καὶ ἐν Ἰωάννῃ γέγονε.

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα· Οὐ δοκεῖ σοι ἐπὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ, τὸν διαδεξάμενον τὴν λαοηγησίαν μετὰ Μωϋσέα, τὸ αὐτὸ γεγονέναι ; ὅτε ἐῤῥέθη τῷ Μωϋσεῖ ἐπιθεῖναι τῷ Ἰησοῦ τὰς χεῖρας, εἰπόντος αὐτοῦ τοῦ

[40] n. 14 et 32. [41] Matth. III, 11 et 12. [42] Matth. XVII, 12.

(17) *Διὰ Ζαχαρίου.* Monuit Sylburgius Zachariam hic obrepsisse pro Malachia, apud quem hæc prophetia legitur cap. IV, v. 15.

(18) *Λοιπός.* Forte λοιπόν, sed lectio vulgata ferri potest. Thirl.

(19) *Ἐναχθῆναι.* Aptius ἐνεχθῆναι. Sylburgius.

Digitized by Google

Θεοῦ· « Κἀγὼ μεταθήσω (20) ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐν σοὶ ἐπ' αὐτόν. »

Κἀκεῖνος· Μάλιστα.

Ὡς οὖν, φημί, ἔτι ὄντος τότε ἐν ἀνθρώποις τοῦ Μωσέως, μετέθηκεν ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ ἐν Μωσεῖ πνεύματος, οὕτως καὶ ἀπὸ τοῦ Ἠλίου (21) ἐπὶ τὸν Ἰωάννην ἐλθεῖν ὁ Θεὸς δυνατὸς ἦν ποιῆσαι· ἵνα ὥσπερ ὁ Χριστὸς τῇ πρώτῃ παρουσίᾳ ἄδοξος ἐφάνη, οὕτως καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐν Ἠλίᾳ πάντοτε καθαρεύοντος (22), τοῦ Χριστοῦ (23), ἄδοξος ἡ πρώτη παρουσία νοηθῇ. Κρυφίᾳ γὰρ χειρὶ ὁ Κύριος πολεμεῖν τὸν Ἀμαλὴκ εἴρηται, καὶ ὅτι ἔπεσεν ὁ Ἀμαλὴκ οὐκ ἀρνήσεσθε. Εἰ δὲ ἐν τῇ ἐνδόξῳ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ πολεμηθήσεσθαι τὸν Ἀμαλὴκ μόνον λέγεται, ποῖος καρπὸς ἔσται τοῦ λόγου, ὃς φησι· « Κρυφίᾳ χειρὶ ὁ Θεὸς πολεμεῖ τὸν Ἀμαλήκ; » Νοῆσαι (24) δύνασθε ὅτι κρυφία δύναμις τοῦ Θεοῦ γέγονε τῷ σταυρωθέντι Χριστῷ, ὃν καὶ τὰ δαιμόνια φρίσσει, καὶ πᾶσαι ἁπλῶς αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι τῆς γῆς (25).

50. Καὶ ὁ Τρύφων· Ἔοικάς μοι ἐκ πολλῆς προστρίψεως τῆς πρὸς πολλοὺς περὶ πάντων τῶν ζητουμένων γεγονέναι, καὶ διὰ τοῦτο ἑτοίμως ἔχειν ἀποκρίνεσθαι πρὸς πάντα ἃ ἂν ἐπερωτηθῇς. Ἀπόκριναι οὖν μοι πρότερον, πῶς ἔχεις ἀποδεῖξαι, ὅτι καὶ ἄλλος Θεὸς παρὰ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων· καὶ τότε ἀποδείξεις ὅτι καὶ γεννηθῆναι διὰ τῆς Παρθένου ὑπέμεινε.

Κἀγὼ ἔφην· Πρότερόν μοι συγχώρησον εἰπεῖν λόγους τινὰς ἐκ τῆς Ἡσαΐου προφητείας τοὺς εἰρημένους περὶ τῆς προελεύσεως ἣν προελήλυθεν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τούτου Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς καὶ προφήτης γενόμενος.

Κἀκεῖνος· Συγχωρῶ.

Κἀγὼ εἶπον· Ἡσαΐας οὖν περὶ τῆς Ἰωάννου προελεύσεως οὕτως προεῖπε· « Καὶ εἶπεν Ἐζεκίας πρὸς Ἡσαΐαν· Ἀγαθὸς ὁ λόγος Κυρίου ὃν ἐλάλησε· γενέσθω εἰρήνη καὶ δικαιοσύνη ἐν ταῖς ἡμέραις μου. »

A cente : « Et ego transferam de spiritu qui in te est, in ipsum. »

Tum ille : Maxime.

Quemadmodum igitur, inquam, cum adhuc Moyses inter homines versaretur, transtulit Deus in Jesum ex eo spiritu, qui erat in Moyse; ita ab Elia in Joannem transferre potuit Deus, ut quemadmodum Christus priore adventu inglorius apparuit, ita etiam illius spiritus, qui in Elia purus et integer manebat, itidem ut Christi, inglorius primus adventus intelligeretur. Occulta enim manu Dominus debellare Amalechum dicitur; nec Amalechum cecidisse negabitis. Si vero in glorioso tantum Christi adventu debellatum iri Amalechum dicatur; quis fructus erit Scripturæ dicentis : « Occulta B manu Deus debellat Amalechum [43]? » Occultam ergo Dei virtutem intelligere potestis in Christo crucifixo fuisse, quem dæmones tremunt ac omnes prorsus principatus et potestates terræ.

50. *Probatur ex Isaia Joannem esse præcursorem Christi.* — Hic Trypho : Videris mihi ab assidua cum multis de omnibus rebus controversis conflictatione venisse, ac propterea paratus esse de omnibus quæ ex te quæruntur, respondere. Mihi igitur prius responde, quomodo demonstrare possis alium etiam esse Deum præter creatorem universorum; tumque demonstrabis eum etiam nasci ex Virgine sustinuisse.

Tum ego : Prius per te mihi liceat nonnulla ex Isaiæ vaticinio verba proferre de illo præcursionis C dicta munere, quo ante hunc ipsum Dominum nostrum Jesum Christum Joannes Baptista et propheta perfunctus est.

Per me licet, inquit ille.

Tum ego : Isaias igitur de Joannis præcursione ita prædixit : « Et dixit Ezechias Isaiæ : Bonum verbum Domini, quod locutus est : Fiat pax et justitia in diebus meis [44]. » Et : « Consolamini po-

[43] Exod. XVII, 16. [44] Isa. XXXIX, 8.

(20) *Κἀγὼ μεταθήσω.* His quæ leguntur Num. XXVII, 18, et Deut. XXXIV, 9, commiscuit Justinus quæ de LXX senioribus dicit Deus Num. XI, 17. THIRLBIUS.

(21) *Ἀπὸ τοῦ Ἠλίου.* Forte subaudiendum πνεύματος. At legendum non videtur, ut conjicit Cl. Thirlbius τὸ τοῦ Ἠλίου vel τὸ πνεῦμα τοῦ Ἠλίου.

(22) *Τοῦ ἐν Ἠλίᾳ πάντοτε καθαρεύοντος.* Spiritus ille, de quo Dominus in Joannem transtulit, semper in Elia purus exsistebat, id est minime læsus aut violatus fuit hac communicatione. Sic enim Philo, lib. *De Gigant.*, pag. 287, de spiritu Moysis, de quo Dominus transtulit, in LXX seniores : Μὴ νομίσῃς οὕτω τὴν ἀφαίρεσιν κατὰ ἀποκοπὴν καὶ διάζευξιν γίνεσθαι, ἀλλὰ οἷα γένοιτ' ἂν ἀπὸ πυρὸς... νῦν δὲ τὸ ἐπ' αὐτῷ πνεῦμά ἐστι τὸ σοφὸν, τὸ θεῖον, τὸ ἄμητον, τὸ ἀστεῖον, τὸ ἀδιαίρετον, τὸ πάντη δ' ὅλων ἐκπεπληρωμένον, ὅπερ ὠφελοῦν οὐ βλάπτεται, μεταδοθὲν ἑτέρῳ, οὐδ' αὖ προτεθὲν ἐλαττοῦται τὴν σύνεσιν, καὶ ἐπιστήμην, καὶ σοφίαν. « Cave putes hanc ablationem fieri per abscissionem disjunctionemque, imo potius qualis ab igne fit..... Nunc autem spiritus ille, qui inest Moysi, sapiens est, divinus est, insecabilis, indivisibilis, probus, ubique implens omnia; dum prodest, non læditur, dum communicatur alteri, vel etiam extenditur (legendum enim videtur προταθέν vel παραταθέν), non imminuitur intellectu, scientia et sapientia. » Sic etiam Clemens *Strom.* VI, p. 673, Spiritum sanctum distribui docet : κατὰ τὴν ἑκάστου περιγραφὴν ἀπεριγράφως, « secundum uniuscujusque circumscriptionem incircumscripte. » S. Basilius lib. *De Spir. S.*, c. 9, divinitatem S. Spiritus probat, quia « sic dividitur ut ipse nihil patiatur, ita communicatur ut maneat integer, ἀπαθῶς μεριζόμενον καὶ ὁλοσχερῶς μετεχόμενον. Basilium imitatur Ambrosius lib. I *De Spiritu sancto*, c. 8.

(23) *Τοῦ Χριστοῦ.* Legendum ὡς τοῦ Χριστοῦ, quæ particula videtur a librariis omissa ob similem sonum syllabæ præcedentis. Legit eruditus Londinensis editor πάντοτε καθαρμοσθέντος (vel καθαρμόζοντος) τῷ Χριστῷ. Sed id nemini puto probatum iri.

(24) *Νοῆσαι.* Νοῆσαι οὖν, aut aliquid simile placuit Sylburgio.

(25) *Τῆς γῆς.* Hæc omnino delenda putat Cl. Thirlbius; sed vide n. 131.

Digitized by Google

pulum; sacerdotes, loquimini ad cor Hierusalem, et consolamini eam; quia repleta est humilitas ejus. Solutum est peccatum illius, quia recepit de manu Domini duplicia peccata sua. Vox clamantis in deserto : Parate vias Domini; rectas facite semitas Dei nostri. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur : et erunt omnia prava in directum, et aspera in vias planas; et apparebit gloria Domini : et videbit omnis caro salutare Dei; quia Dominus locutus est. Vox dicentis : Clama, et dixi : **147** Quid clamabo? Omnis caro fenum et omnis gloria hominis, quasi flos feni. Aruit fenum, et flos ejus cecidit; verbum autem Domini manet in sempiternum. Super montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Hierusalem. Exaltate, nolite timere : dic civitatibus Juda : Ecce Deus vester; Dominus ecce cum virtute venit, et brachium cum dominatione venit. Ecce merces cum eo, et opus in conspectu ejus. Sicut pastor pascet gregem suum, et brachio congregabit agnos, et prægnantem consolabitur. Quis mensus est manu aquam, et cœlum palmo et omnem terram pugillo? quis statuit montes pondere, et saltus statera? Quis cognovit mentem Domini; aut quis consiliarius ejus fuit, qui doceat eum? aut cum quo consilium iniit, et instruxit illum? Vel quis ostendit ei judicium? vel viam intelligentiæ quis ostendit illi? Omnes gentes, sicut stilla de situla, et quasi momentum stateræ reputatæ sunt, et quasi sputum reputabuntur. Libanus autem non sufficit ad comburendum : et quadrupedia non sufficiunt ad holocaustum, et cunctæ gentes nihilum et in nihilum reputatæ sunt [45]. »

A Καί· « Παρακαλεῖτε τὸν λαὸν, ἱερεῖς λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἰερουσαλὴμ, καὶ παρακαλέσατε αὐτὴν, ὅτι ἐπλήσθη ἡ ταπείνωσις αὐτῆς. Λέλυται αὐτῆς ἡ ἁμαρτία· ὅτι ἐδέξατο ἐκ χειρὸς Κυρίου διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῆς. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς Κυρίου· εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται πάντα τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας· καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα Κυρίου, καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· ὅτι Κύριος ἐλάλησε. Φωνὴ λέγοντος· Βόησον· καὶ εἶπον· Τί βοήσω; Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε· τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν B αἰῶνα. Ἐπ᾽ ὄρους ὑψηλοῦ ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἰερουσαλήμ. Ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε, εἶπον ταῖς πόλεσιν Ἰούδα· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ὑμῶν, Κύριος ἰδοὺ μετ᾽ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρίας ἔρχεται. Ἰδοὺ ὁ μισθὸς μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἐναντίον αὐτοῦ. Ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ τῷ βραχίονι συνάξει ἄρνας, καὶ τὴν ἐν γαστρὶ ἔχουσαν παρακαλέσει. Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; Τίς ἔστησε τὰ ὄρη σταθμῷ, καὶ τὰς νάπας ζυγῷ; Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; καὶ τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; Ἢ πρὸς τίνα συνεβουλεύσατο καὶ συνεβίβασεν αὐτόν; Ἢ τίς ἔδειξεν αὐτῷ κρίσιν; ἢ ὁδὸν συνέσεως τίς ἐγνώρισεν αὐτῷ; Πάντα C τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, καὶ ὡς πτυελὸς λογισθήσονται. Ὁ δὲ Λίβανος οὐχ ἱκανῶς (26) εἰς καῦσιν, καὶ τὰ τετράποδα οὐχ ἱκανὰ εἰς ὁλοκάρπωσιν, καὶ πάντα τὰ ἔθνη οὐδὲν, καὶ εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν. »

51. *Probatur hanc prophetiam esse adimpletam.* — Desinente me dixit Trypho : Ambigua omnia prophetiæ a te allatæ verba, nec quidquam habent quo decidatur id quod demonstrare vis.

Tunc ego respondi : Si quidem non evenisset, Trypho, ut desinerent, ac jam omnino nulli essent post hunc Joannem in vestro genere prophetæ; quæ videlicet a me in Jesum Christum proferuntur, ambigue fortasse dicta viderentur. Sed si Joannes quidem præcessit clamans hominibus ut pœnitentiam D agerent; eique adhuc ad fluvium Jordanem sedenti superveniens Christus finem attulit vaticinandi et baptizandi; ipse autem Evangelium quoque prædicare cœpit, regnum cœlorum dicens appropinquare, seque multa a Scribis et Pharisæis pati oportere, et crucifigi et tertio die resurgere, ac futurum, ut ite-

51. Καὶ παυσαμένου μου εἶπεν ὁ Τρύφων· Ἀμφίβολοι μὲν πάντες οἱ λόγοι τῆς προφητείας ἣν φῂς σὺ, ὦ ἄνθρωπε, καὶ οὐδὲν τμητικὸν εἰς ἀπόδειξιν οὗπερ βούλει ἀποδεῖξαι ἔχοντες.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· Εἰ μὲν μὴ ἐπαύσαντο καὶ οὐκέτι ἐγένοντο οἱ προφῆται ἐν τῷ γένει ὑμῶν, ὦ Τρύφων, μετὰ τοῦτον τὸν Ἰωάννην, δῆλον ὅτι ἃ λέγω εἰς Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, ἴσως ἀμφίβολα ἐνοεῖτε (27) εἶναι τὰ λεγόμενα. Εἰ δὲ Ἰωάννης μὲν προελήλυθε βοῶν τοῖς ἀνθρώποις μετανοεῖν, καὶ Χριστὸς, ἔτι αὐτοῦ καθεζομένου ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ, ἐπελθὼν ἔπαυσέ τε αὐτὸν τοῦ προφητεύειν (28) καὶ βαπτίζειν, καὶ εὐηγγελίζετο καὶ αὐτὸς λέγων, ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ ὅτι δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνα-

[45] Isa. XL, 1-17.

(26) *Οὐχ ἱκανῶς.* Erratum esse pro ἱκανός, ut habemus in Bibliis, admonuit Perionius. Legitur ἱκανός in edit. Paris.

(27) *Ἐνοεῖτε.* Dixerat Trypho ambigua sibi videri prophetiæ verba. Cur ergo ait Justinus ἴσως ἀμφίβολα ἐνοεῖτε, « forte ambigue dicta vobis videntur. » Si legamus ἐνοεῖτο, soluta erit difficultas.

(28) *Ἔπαυσέ τε αὐτὸν τοῦ προφητεύειν.* In eamdem sententiam Justinus infra n. 87, interpretatur illud Isaiæ : « Et requiescet super eum Spiritus Domini. » Justinum imitatur Tertullianus lib. IV *in Marcionem*, c. 18.

Digitized by Google

στῆναι, καὶ πάλιν παραγενήσεσθαι ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τότε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ συμπιεῖν πάλιν καὶ συμφαγεῖν, καὶ ἐν τῷ μεταξὺ τῆς παρουσίας αὐτοῦ χρόνῳ, ὡς προέφην, γενήσεσθαι ἱερεῖς καὶ ψευδοπροφήτας (29) ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ προεμήνυσε, καὶ οὕτω φαίνεται ὄντα· πῶς ἔτι ἀμφιβάλλειν ἔστιν, ἔργῳ πεισθῆναι ὑμῶν ἐχόντων; Εἰρήκειν (30) δὲ περὶ τοῦ μηκέτι γενήσεσθαι ἐν τῷ γένει ὑμῶν προφήτην, καὶ περὶ τοῦ ἐπιγνῶναι ὅτι ἡ πάλαι κηρυσσομένη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καινὴ Διαθήκη διαταχθήσεσθαι (31), ἤδη τότε παρῆν, τουτέστιν αὐτὸς ὢν ὁ Χριστὸς, οὕτως· « Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται μέχρι Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ἐξότου ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. »

52. Καὶ διὰ Ἰακὼβ δὲ τοῦ πατριάρχου προεφητεύθη ὅτι δύο τοῦ Χριστοῦ παρουσίαι ἔσονται, καὶ ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ παθητὸς ἔσται, καὶ ὅτι μετὰ τὸ αὐτὸν ἐλθεῖν οὔτε προφήτης οὔτε βασιλεὺς ἐν τῷ γένει ὑμῶν, (ἐπήνεγκα,) καὶ ὅτι τὰ ἔθνη πιστεύοντα ἐπὶ τὸν παθητὸν Χριστὸν, πάλιν παραγενησόμενον προσδοκήσει. Ἐν παραβολῇ δὲ καὶ παρακεκαλυμμένως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦτο (32) αὐτὰ ἐλελαλήκει, ἔφην· οὕτως δὲ εἰρηκέναι ἐπήνεγκα· « Ἰούδα, ἤνεσάν σε οἱ ἀδελφοί σου· αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου· προσκυνήσουσί σε οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. Σκύμνος λέοντος Ἰούδα· ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης. Ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ (33)· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ (34). Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. Χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου (35), καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ὡς γάλα. » Ὅτι οὖν οὐδέποτε ἐν τῷ γένει ὑμῶν ἐπαύσατο οὔτε προφήτης, οὔτε ἄρχων, ἐξ ὅτου ἀρχὴν ἔλαβε, μέχρις οὗ οὗτος ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ γέγονε καὶ ἔπαθεν, οὐδ' ἀναισχύντως τολμήσετε εἰπεῖν, ἢ ἀποδεῖξαι ἔχετε. Καὶ γὰρ Ἡρώδην (36), ἀφ' οὗ ἔπα-

rum Hierosolymam veniret, tumque una cum discipulis ederet ac biberet, ac interea dum veniret, in ipsius nomine, ut jam dixi [46], sacerdotes et prophetæ falsi prodirent, quæ quidem ita evenisse liquet; quomodo adhuc dubitare fas sit, cum res ipsæ vobis persuadere possint? Nullum autem deinceps futurum in vestro genere prophetam dixerat, atque ut homines agnoscerent novum illud testamentum, quod olim Deus institutum iri prædicaverat, jam tum adesse, hoc est, seipsum, quippe qui Christus esset, sic eos alloquebatur : « Lex et prophetæ usque ad Joannem Baptistam : ex quo tempore regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus erat. Qui habet aures audiendi, audiat [47]. »

52. *Jacob duos Christi adventus prædixit.* — Illud etiam a Jacobo patriarcha prædictum est, duos Christi adventus futuros, eumque in primo perpessionibus obnoxium fore, ac postquam advenerit, nec prophetam nec **148** regem in vestro genere futurum (ita enim pergebam), gentes autem in Christum passionibus obnoxium credentes, rursus venturum exspectaturas. Atque hac de causa, aiebam, in parabolis et arcane Spiritus sanctus hæc tradidit. Sic autem illum locutum esse addidi : « Juda, laudaverunt te fratres tui, manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum; adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda : ex germine, fili mi, ascendisti : recumbens dormivit, ut leo, et quasi catulus. Quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Juda, et dux de femoribus ejus donec veniant, quæ reposita sunt ei; et ipse erit exspectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, et ad helicem pullum asinæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ amictum suum. Fulvi oculi ejus præ vino, et candidi dentes ejus ut lac [48]. » Porro in genere vestro, ex quo initium accepit, usque ad illud tempus, quo hic Jesus Christus natus ac passus est, prophetam aut principem esse unquam desiisse, nec impudenter dicere audebitis, nec habetis demonstrare. Nam cum Herodem, post quem passus est,

[46] n. 25. [47] Matth. xi, 12-15. [48] Gen. xlix, 8-12.

(29) *Ἱερεῖς καὶ ψευδοπροφήτας.* Conjicit Sylburgius aut legendum ψευδιερεῖς, aut ita explicandam Justini sententiam. Sed si quid immutandum sit, legere malim αἱρέσεις. Sic enim Justinus supra n. 35, tanquam ex verbis Christi illud citat : Ἔσονται σχίσματα καὶ αἱρέσεις· « Erunt schismata et hæreses. » Censet etiam Cl. Thirlbius legendum αἱρέσεις.

(30) *Εἰρήκειν.* Legendum εἰρήκει, ut patet ex hac voce οὕτως quæ refertur ad illud verbum.

(31) *Διαταχθήσεσθαι.* Inepta emendatio in editionibus Græco-Latinis ubi legitur διαταχθήσεται, καὶ ἤδη τότε παρῆν.

(32) *Διὰ τοῦτο.* Ne videlicet Judæi aperta de eorum reprobatione et gentium vocatione testimonia expungerent, ut clarius declarat Justinus n. 120.

(33) *Τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ.* Uterque ms. codex ad marginem et R. Stephanus ad calcem habent ὃ ἀπόκειται. Vid. infra num. 120, et *Apol.* 1, num. 32.

Εἶπε δὲ αὐτῷ· Τί τὸ ὄνομά σου ἐστίν; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἰακώβ. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Οὐ κληθήσεται ἔτι τὸ ὄνομά σου Ἰακώβ, ἀλλὰ Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου· ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ. Ἠρώτησε δὲ Ἰακώβ, καὶ εἶπεν· Ἀνάγγειλόν μοι τὸ ὄνομά σου. Καὶ εἶπεν· Ἵνα τί τοῦτο ἐρωτᾷς τὸ ὄνομά μου; Καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν ἐκεῖ. Καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, Εἶδος Θεοῦ· εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐχάρη ἡ ψυχή μου.» Καὶ πάλιν ἐν ἑτέροις περὶ τοῦ αὐτοῦ Ἰακὼβ ἐξαγγέλλων, ταῦτά φησιν· « Ἦλθε δὲ Ἰακὼβ εἰς Λουζᾶ, ἥ ἐστιν εἰς γῆν Χαναάν, ἥ ἐστι Βαιθήλ, αὐτὸς, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὃς ἦν μετ' αὐτοῦ· καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκεῖ θυσιαστήριον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου Βαιθήλ· ἐκεῖ γὰρ ἐφάνη αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἡσαῦ. Ἀπέθανε δὲ Δεβόρρα ἡ τροφὸς Ῥεβέκκας, καὶ ἐτάφη κατωτέρω Βαιθὴλ ὑπὸ τὸν βάλανον· καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα αὐτῆς Βάλανον πένθους. Ὤφθη δὲ ὁ Θεὸς τῷ Ἰακὼβ ἔτι ἐν Λουζᾷ, ὅτε παρεγένετο ἐκ Μεσοποταμίας τῆς Συρίας, καὶ εὐλόγησεν αὐτόν· καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός· Τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ οὐ κληθήσεται ἔτι, ἀλλὰ Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου.» Θεὸς καλεῖται, καὶ Θεός ἐστι, καὶ ἔσται. Καὶ συννευσάντων ταῖς κεφαλαῖς ἁπάντων, ἔφην ἐγώ· Καὶ τοὺς λόγους οἳ ἀγγέλλουσι πῶς ὤφθη αὐτῷ φεύγοντι τὸν ἀδελφὸν Ἡσαῦ, οὗτος καὶ ἄγγελος, καὶ Θεὸς, καὶ Κύριος, καὶ ἐν ἰδέᾳ ἀνδρὸς τῷ Ἀβραὰμ φανεὶς, καὶ ἐν ἰδέᾳ ἀνθρώπου αὐτῷ τῷ Ἰακὼβ παλαίσας, ἀναγκαῖον εἶναι εἰπεῖν ὑμῖν λογιζόμενος λέγω· εἰσὶ δὲ οὗτοι· « Καὶ ἐξῆλθεν Ἰακὼβ ἀπὸ τοῦ φρέατος τοῦ ὅρκου, καὶ ἐπορεύθη εἰς Χαρράν, καὶ ἀπήντησε τόπῳ, καὶ ἐκοιμήθη ἐκεῖ, ἔδυ γὰρ ὁ ἥλιος, καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν λίθων τοῦ τόπου, καὶ ἔθηκε πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκοιμήθη ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ, καὶ ἐνυπνιάσθη. Καὶ ἰδοὺ κλῖμαξ ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ, ἧς ἡ κεφαλὴ ἀφικνεῖτο εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον ἐπ' αὐτῆς. Ὁ δὲ Κύριος ἐστήρικτο ἐπ' αὐτήν. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου καὶ Ἰσαάκ· μὴ φοβοῦ· ἡ γῆ ἐφ' ἧς σὺ καθεύδεις ἐπ' αὐτῆς, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματί σου· καὶ ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς ἡ ἄμμος τῆς γῆς, καὶ πλατυνθήσεται εἰς θάλασσαν, καὶ νότον, καὶ βορρᾶν, καὶ ἀνατολάς· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μετὰ σοῦ, διαφυλάσσων σε ἐν ὁδῷ πάσῃ ᾗ ἂν πορευθῇς· καὶ ἀποστρέψω σε εἰς τὴν γῆν ταύτην, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλίπω ἕως τοῦ ποιῆσαί με πάντα ὅσα ἐλάλησά σοι. Καὶ ἐξηγέρθη Ἰακὼβ ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· Ὅτι ἐστὶ Κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν· καὶ ἐφοβήθη, καὶ εἶπεν· Ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος· οὐκ ἔστι τοῦτο ἀλλ' ἢ οἶκος τοῦ Θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἀνέστη Ἰακὼβ τῷ πρωΐ, καὶ ἔλαβε τὸν λίθον ὃν ὑπέθηκεν ἐκεῖ πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ· καὶ ἔστησεν αὐτὸν στήλην, καὶ ἐπέχεε τὸ ἔλαιον ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ (71), καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου, Οἶκος Θεοῦ· καὶ Οὐλαμμάους ἦν τὸ ὄνομα τῇ πόλει τὸ πρότερον.»

erit nomen tuum, qui invaluisti cum Deo, et cum hominibus potens eris. Jacob autem interrogavit, et dixit: Annuntia mihi nomen tuum. Et dixit: Ut quid hoc interrogas tu nomen meum? Et benedixit eum ibi. Et vocavit Jacob nomen loci illius, Visio Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem; et gavisa est anima mea [69].» Et item alibi de eodem Jacob verba faciens, hæc dicit: « Venit autem Jacob in Luza, quæ est in terra Chanaan, quæ est Bethel, et ipse, et omnis populus, qui erat cum eo; et ædificavit ibi aram, et vocavit nomen loci Bethel; illic enim apparuit ei Deus, cum ipse fugeret a facie Esau fratris sui. Mortua est autem Deborra, nutrix Rebeccæ, et sepulta est infra Bethel sub quercu; et vocavit Jacob nomen ejus, Quercum luctus. **156** Apparuit autem Deus ipsi Jacob adhuc in Luza, quando advenit de Mesopotamia Syriæ. Et benedixit eum, et dixit ei Deus: Nomen tuum jam non vocabitur Jacob, sed Israel erit nomen tuum [70].» Deus vocatur, et Deus est et erit; et cum capite omnes annuissent, dixi ego: Illa etiam Scripturæ testimonia, in quibus narratur quomodo ei fratrem Esau fugienti apparuerit ille et angelus et Deus et Dominus, qui et in specie viri Abrahæ visus et in specie hominis cum Jacob luctatus, necesse esse vobis referre arbitror; sunt autem ejusmodi: « Et exiit Jacob a puteo Juramenti, et profectus est in Charran; et venit ad quemdam locum, et dormivit ibi, occiderat enim sol; et sumpsit ex lapidibus loci, et posuit ad caput suum, et dormivit in loco illo, et somniavit. Et ecce scala stabilita super terram, cujus caput pertingebat ad cœlum, et angeli Dei ascendebant, et descendebant in ea. Et Dominus incumbebat super eam; et dixit: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui et Isaac, noli timere; terra, super quam dormis super eam, tibi dabo illam, et semini tuo; et erit semen tuum sicut arena terræ, et dilatabitur ad mare, et notum, et aquilonem, et ad orientem; et benedicentur in te omnes tribus terræ, et in semine tuo. Et ecce ego sum tecum, custodiens te in omni via, quacunque ibis, et reducam te in terram hanc; quia te non derelinquam, donec faciam omnia, quæ locutus sum tibi. Et surrexit Jacob de somno suo, et dixit: Quia Dominus est in loco hoc; ego autem nesciebam; et timuit, et dixit: Quam terribilis est locus hic; non est hic nisi domus Dei, et hæc porta cœli. Et surrexit Jacob mane, et sumpsit lapidem, quem supposuerat ibi ad caput suum, et statuit illum titulum, et superfudit oleum in cacumen ejus; et appellavit Jacob nomen loci, Domus Dei; et Ulammaus erat nomen civitatis antea [71].»

[69] Gen. xxxii, 22-30. [70] Gen. xxxv, 6-10. [71] Gen. xxviii, 10-19.

(71) *Ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ.* Sic habet uterque ms. codex. Editi, ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτῆς.

Digitized by Google

59. *Deus a Patre distinctus cum Moyse collocutus.* — Hæc cum dixissem, Sustinete me, aiebam, ex libro quoque Exodi vobis demonstrantem, quomodo ipse ille et angelus et Deus et Dominus et vir et homo, qui Abrahæ et Isaac visus est, in igne flammæ ex rubo apparuerit et collocutus sit cum Moyse. His autem libenter et citra molestiam et alacriter audire se asserentibus : Extant hæc, inquam, in eo libro qui inscribitur Exodus : « Sed enim post dies multos illos mortuus est rex Ægypti, et ingemuerunt filii Israel ab operibus [72],» et reliqua usque ad illud : « Vadens congrega senatum Israelis, et dices ad eos : Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, et Deus Isaac et Deus Jacob, dicens : Visitatione visito vos, et quæcunque accidere vobis in Ægypto [73].» Ad hæc adjeci : Intelligitis, o viri, quem angelum Moyses secum in igne flammæ collocutum dicit, eum ipsum, cum Deus sit, declarare Moysi, Deum se esse Abraham et Isaac et Jacob ?

60. *Opiniones Judæorum de eo qui in rubo visus est.* — Et Trypho : Non hoc, inquit, intelligimus ex verbis a te recitatis, sed angelum quidem fuisse eum, qui visus est in igne flammæ, Deum autem cum Moyse collocutum ; ita ut duo simul, angelus et Deus, in hac tum visione exstiterint.

157 Tum ego rursus respondi : Etiamsi, inquam, id tum, amici, factum esset, ut angelus et Deus simul in visione Moysi oblati essent ; profecto qui dixit Moysi se Deum esse Abrahæ, et Deum Isaac, et Deum Jacob, is, ut vobis ex verbis jam descriptis demonstratum est, non creator universorum Deus erit, sed idem ac ille, quem Abrahæ et Jacob apparuisse, ac Creatoris universorum voluntati ministrare, ejusque consilio pariter in Sodomorum judicio ministrasse demonstratum vobis est ; ita ut etiamsi, ut dicitis, duo fuerint et angelus et Deus, nemo tamen non omnino mente captus auctorem universorum et parentem relictis omnibus supercœlestibus in parva terræ particula visum dicere audeat.

At Trypho : Quandoquidem demonstratum est eum, qui visus Abrahæ Deus ac Dominus vocatur, ab eo, qui in cœlis est, Domino accepisse, quæ terræ Sodomorum inflixit ; nunc, etiam si angelus adfuisset cum Deo qui Moysi apparuit ; Deum, qui

59. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, Ἀνάσχεσθέ μου, ἔλεγον, καὶ ἀπὸ τῆς βίβλου τῆς Ἐξόδου ἀποδεικνύοντος ὑμῖν, πῶς ὁ αὐτὸς οὗτος καὶ ἄγγελος, καὶ Θεὸς, καὶ Κύριος, καὶ ἀνὴρ, καὶ ἄνθρωπος Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ (72) φανεὶς, ἐν πυρὶ φλογὸς ἐκ βάτου πέφανται καὶ ὡμίλησε τῷ Μωϋσεῖ. Κἀκείνων ἡδέως καὶ ἀκαμάτως καὶ προθύμως ἀκούειν λεγόντων, ἐπέφερον· Ταῦτα δέ ἐστιν ἐν τῇ βίβλῳ ἣ ἐπιγράφεται Ἔξοδος· « Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας τὰς πολλὰς ἐκείνας ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου, καὶ κατεστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἔργων,» καὶ τὰ λοιπὰ μέχρι τοῦ· « Ἐλθὼν συνάγαγε τὴν γερουσίαν Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Κύριος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ὑμῶν ὤφθη μοι, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, λέγων, Ἐπισκοπῇ ἐπισκέπτομαι ὑμᾶς, καὶ ὅσα συμβέβηκεν ὑμῖν ἐν Αἰγύπτῳ.» Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπέφερον, Ὦ ἄνδρες, νενοήκατε, λέγων, ὅτι ὃν λέγει Μωσῆς ἄγγελον ἐν πυρὶ φλογὸς λελαληκέναι αὐτῷ, οὗτος αὐτὸς Θεὸς ὢν, σημαίνει τῷ Μωσεῖ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ ;

60. Καὶ ὁ Τρύφων· Οὐ τοῦτο νοοῦμεν ἀπὸ τῶν λόγων τῶν προλελεγμένων, ἔλεγεν, ἀλλ' ὅτι ἄγγελος μὲν ἦν ὁ ὀφθεὶς ἐν φλογὶ πυρὸς, Θεὸς δὲ ὁ ὁμιλῶν τῷ Μωσεῖ· ὥστε καὶ ἄγγελον καὶ Θεὸν, δύο ὁμοῦ ὄντας ἐν τῇ τότε ὀπτασίᾳ γεγενῆσθαι.

Κἀγὼ πάλιν ἀπεκρινάμην· Εἰ καὶ τοῦτο γέγονε τότε, ὦ φίλοι, ὡς καὶ ἄγγελον καὶ Θεὸν ὁμοῦ ἐν τῇ ὀπτασίᾳ τῇ τῷ Μωσεῖ γενομένῃ ὑπάρξαι, ὡς καὶ ἀποδέδεικται ὑμῖν διὰ τῶν προγεγραμμένων λόγων, οὐχ ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων ἔσται Θεὸς ὁ τῷ Μωσεῖ εἰπὼν αὐτὸν εἶναι Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸν Ἰακὼβ, ἀλλ' ὁ ἀποδειχθεὶς ὑμῖν ὤφθαι τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, τῇ τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων θελήσει ὑπηρετῶν, καὶ ἐν τῇ κρίσει τῶν Σοδόμων τῇ βουλῇ αὐτοῦ ὁμοίως ὑπηρετήσας· ὥστε κἂν, ὡς φατε, ἔχῃ, ὅτι δύο ἦσαν, καὶ ἄγγελος καὶ Θεὸς, οὐ τὸν ποιητὴν τὸν ὅλων καὶ πατέρα καταλιπόντα τὰ ὑπὲρ οὐρανὸν ἅπαντα, ἐν ὀλίγῳ γῆς μορίῳ (73) πεφάνθαι πᾶς ὁστισοῦν, κἂν μικρὸν νοῦν ἔχων, τολμήσει εἰπεῖν.

Καὶ ὁ Τρύφων· Ἐπειδὴ ἤδη προαποδέδεικται ὅτι ὁ ὀφθεὶς τῷ Ἀβραὰμ Θεὸς καὶ Κύριος ὠνομασμένος, ὑπὸ Κυρίου τοῦ ἐν οὐρανοῖς λαβὼν τὰ ἐπαχθέντα τῇ Σοδόμων γῇ, ἐπήγαγε, καὶ νῦν καὶ ἄγγελος (74) ἦν σὺν τῷ φανέντι τῷ Μωσεῖ Θεὸς (75) γεγενημένος,

[72] Exod. II, 23. [73] Exod. III, 16.

(72) *Καὶ Ἰσαάκ.* Videtur Jacob nomen vel in locum Isaaci substituendum, vel saltem addendum, ut Langus et Thirlbius viderunt. — *Ἰακώβ.* Vulgo Ἰσαάκ. At vero Jacob nomen ob antecedentia in locum Isaaci substituendum esse jam Langus vidit. Atque mox c. 60 : Ὁ ἀποδειχθεὶς ὑμῖν ὤφθαι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰακώβ. Coll. c. 56. Thirlbius mallet : Ὡς ἀνὴρ καὶ ἄνθρωπος Ἀβραὰμ καὶ Ἰακὼβ φανείς. Nemo autem leget Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Οττο.

(73) *Ἐν ὀλίγῳ γῆς μορίῳ.* Vide quæ de hac Justini loquendi ratione observamus ad n. 127.

(74) *Καὶ νῦν καὶ ἄγγελος.* Legendum καὶ νῦν κἂν ἄγγελος. Liquet enim Tryphonem hic Justino assentiri, et ad præcedentia illius verba respicere. Quare dicere non potuit, « et nunc etiam angelus erat Deus cum eo qui apparuit Moysi. » Non enim id dixerat Justinus, sed tantum, « etiamsi angelus et Deus simul essent. »

(75) *Σὺν τῷ φανέντι τῷ Μωσεῖ Θεός.* Legendum Θεῷ. Sic enim antea ἄγγελον καὶ Θεόν.

Digitized by Google

τὸν Θεὸν (76) τὸν ἀπὸ τῆς βάτου ὁμιλήσαντα τῷ Μωσεῖ, οὐ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν νοήσομεν γεγονέναι, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν καὶ τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ Ἰακὼβ ἀποδειχθέντα πεφανερῶσθαι· ὃς καὶ ἄγγελος τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ Θεοῦ καλεῖται καὶ νοεῖται εἶναι, ἐκ τοῦ διαγγέλλειν τοῖς ἀνθρώποις τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ἁπάντων.

A ex rubo collocutus est cum Moyse, non creatorem universorum Deum intelligemus fuisse, sed eum quem et Abrahæ et Isaac et Jacob apparuisse demonstratum est, qui etiam universorum creatoris Dei angelus vocatur et esse intelligitur, eo quod a patre et creatore universorum mandata ad homines perferat.

Κἀγὼ πάλιν· Ἤδη μέντοι, ὦ Τρύφων, ἀποδείξω, ὅτι πρὸς τῇ Μωσέως ὀπτασίᾳ αὐτὸς οὗτος μόνος καὶ ἄγγελος καλούμενος, καὶ Θεὸς ὑπάρχων, ὤφθη καὶ προσωμίλησε τῷ Μωσεῖ. Οὕτως γὰρ ἔφη ὁ λόγος· « Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου ἐν πυρὶ φλογὸς ἐκ βάτου· καὶ ὁρᾷ ὅτι ἡ βάτος καίεται πυρὶ, ἡ δὲ βάτος οὐ κατεκαίετο. Ὁ δὲ Μωσῆς εἶπε· Παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τοῦτο τὸ μέγα, ὅτι οὐ κατακαίεται ἡ βάτος. Ὡς δ' εἶδε Κύριος ὅτι προσάγει ἰδεῖν, ἐκάλεσεν αὐτὸν Κύριος ἐκ τῆς βάτου. » Ὃν οὖν τρόπον τὸν τῷ Ἰακὼβ ὀφθέντα κατὰ τοὺς ὕπνους ἄγγελον ὁ λόγος λέγει, εἶτα αὐτὸν τὸν ὀφθέντα κατὰ τοὺς ὕπνους ἄγγελον εἰρηκέναι αὐτῷ, ὅτι· « Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ὅτε ἀπεδίδρασκες ἀπὸ προσώπου Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου· » καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἐν τῇ κρίσει τῶν Σοδόμων Κύριον παρὰ Κυρίου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τὴν κρίσιν ἐπενηνοχέναι ἔφη· οὕτως καὶ ἐνταῦθα ὁ λόγος λέγων ἄγγελον Κυρίου ὤφθαι τῷ Μωσεῖ, καὶ μετέπειτα Κύριον αὐτὸν ὄντα καὶ Θεὸν σημαίνων, τὸν αὐτὸν λέγει ὃν καὶ διὰ πολλῶν τῶν λελεγμένων ὑπηρετοῦντα τῷ ὑπὲρ κόσμον Θεῷ, ὑπὲρ ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι, σημαίνει.

Tum ego rursum : Jam demonstrabo, inquam, o Trypho, in Moysis visione ipsum illum, qui et angelus vocatur et Deus est, solum apparuisse Moysi, et cum eo collocutum esse. Sic enim ait Scriptura : « Apparuit autem ei angelus Domini in igne flammæ ex rubo : et videbat, quod rubus arderet igne et non combureretur. Dixit autem Moyses : Vadens B videbo visionem hanc magnam, quia non comburitur rubus. Cernens autem Dominus quod accederet ad videndum, vocavit eum ex rubo[74]. » Quemadmodum igitur Scriptura eum, qui Jacobo in somnis apparuit, angelum appellat, deinde ipsum illum, qui in somnis apparuit, angelum ipsi dixisse narrat : « Ego sum Deus, qui apparui tibi, cum fugeres a facie Esaü fratris tui[75] ; » et sub Abraham in judicio Sodomorum a Domino in cœlis judicium intulisse dixit : ita et hoc loco angelum Domini Moysi apparuisse referens, ac postea Dominum illum et Deum esse declarans, non alium designat, quam quem pluribus testimoniis jam allatis Deo supermundano, supra quem alius non est, ministrare significat.

61. Μαρτύριον δὲ καὶ ἄλλο ὑμῖν, ὦ φίλοι, ἔφην, ἀπὸ τῶν Γραφῶν δώσω, ὅτι ἀρχὴν πρὸ πάντων (77) τῶν κτισμάτων ὁ Θεὸς γεγέννηκε δύναμίν τινα ἐξ ἑαυτοῦ λογικὴν, ἥτις καὶ δόξα Κυρίου ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου καλεῖται, ποτὲ δὲ Υἱὸς, ποτὲ δὲ Σοφία, ποτὲ δὲ Ἄγγελος, ποτὲ δὲ Θεὸς, ποτὲ δὲ Κύριος καὶ Λόγος· ποτὲ δὲ ἀρχιστράτηγον ἑαυτὸν λέγει, ἐν ἀνθρώπου μορφῇ φανέντα τῷ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦ. Ἔχειν γὰρ πάντα προσονομάζεσθαι (78) ἔκ τε τοῦ ὑπηρετεῖν τῷ πατρικῷ βουλήματι, καὶ ἐκ τοῦ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς θελήσει γεγενῆσθαι. Ἀλλ' οὐ τοιοῦτον (79)

61. *Sapientia ex Patre genita, ut ignis ex igne.* — Alio etiam vobis ex Scripturis testimonio, amici, demonstrabo Deum ante omnes res creatas, initium genuisse ex seipso virtutem quamdam rationalem, quæ et gloria Domini a Spiritu sancto vocatur, ac nunc Filius, nunc Sapientia, nunc Angelus, nunc Deus, **158** nunc Dominus et Verbum ; interdum etiam Archiducem se ipse appellat, Jesu filio Navæ in forma hominis apparens (habet enim has omnes appellationes, ex eo quod Patris voluntati ministret, et voluntate de Patre genitus sit). Quale est

[74] Exod. III, 2-4. [75] Gen. XXXV, 7.

(76) *Τὸν Θεόν.* Post has voces articulum addidimus ex duobus mss.

(77) *Ἀρχὴν πρὸ πάντων.* Reddendum non duxi, « initio ante omnia, » sed « principium ante omnia. » Neque enim hæc de æterna Filii generatione accipienda sunt, sed eum Pater ante mundi creationem principium omnium genuisse dicitur. Non solus hunc Scripturæ locum ita accepit Justinus. Aquila pro hac voce posuit κεφάλαιον. Tatianus de hac Filii seu Verbi generatione sic loquitur : Τοῦτον ἔσχεν κόσμου τὴν ἀρχήν. Athenagoras eodem sensu hanc vocem accepit, *Apol.* n. 10. Origenes *in Joan.* p. 17, ex hoc Salomonis loco probat Verbum esse ἀρχὴν γενέσεως. Hoc testimonium eodem ac Justinus sensu intellexit Tertullianus, qui et eodem modo *adv. Hermogenem* cap. 18, et *adv. Prax.* cap. 6, illud citat, et in libro *contra Hermogenem* cap. 18, sic loquitur : « Habemus etiam illam initium cognoscere quæ dicit : *Dominus condidit me initium viarum suarum.* » Ita etiam Irenæus lib. IV, c. 20, n. 3, et Ambros. lib. III *De fide*, et *in Psalm.* CX.

(78) *Ἔχειν γὰρ πάντα προσονομάζεσθαι.* Leg. ἔχει, idque observavit Thirlbius, qui etiam paulo post legendum contendit γεγεννῆσθαι, sed ipse alibi observat ferri posse vulgatam lectionem.

(79) *Ἀλλ' οὐ τοιοῦτον.* Videntur hæc injecta ab indocto librario ; nec ea recepit Langus in interpretationem. Hic autem observabimus generationem, de qua disserit Justinus, non esse æternam generationem, sed eam, quam Filio ad mundi creationem prodeunti scriptores antiqui attribuerunt. Nam 1° Exemplum ex verbo humano petitum, « Verbum enim aliquod proferentes, verbum gignimus, » argumento est Justinum non de æterna, sed de temporaria Dei locutione loqui. 2° Postquam Justinus Salomonis locum retulit, « Dominus condidit me, » etc., subjungit illud Genesis, « Faciamus hominem, » quod « eodem sensu » dictum existimat 3° Salomonis testimonium refert ad mundi creationem, ac Filium non simpliciter genitum dicit,

Digitized by Google

quod in nobis fieri videmus; aliquem enim sermonem proferentes, sermonem gignimus, nec tamen cum abscissione, ita ut sermo ille, qui in nobis est, dum eum proferimus, imminuatur. Quale est etiam quod videmus ex igne alium ignem nasci, non imminuto eo, ex quo iste accensus est; et qui ex eo accensus est, exstat ipse et apparet, nec eum imminuit, ex quo accensus est. Testis mihi erit Verbum Sapientiæ, ipse ille Deus ex Patre universorum genitus, qui et Verbum et Sapientia, et Virtus et gloria est genitoris, per Salomonem hæc locuti: « Cum annuntiavero vobis quæ quotidie fiunt, quæ a sæculo sunt memorans recensebo. Dominus condidit me initium viarum suarum ad opera sua. Ante sæculum fundavit me in principio, priusquam terram faceret, et priusquam abyssos crearet, priusquam fontes aquarum erumperent, priusquam montes stabilirentur; ante omnes colles generat me. Deus fecit regionem et solitudinem, et summa loca quæ incoluntur sub cœlo. Cum pararet cœlum, eram cum eo; et cum designaret thronum suum super ventis; cum firmas faceret summas nubes, et stabiles efficeret fontes abyssi; cum stabilia faceret fundamenta terræ, eram apud eum componens. Ego eram qua cum gaudebat; quotidie autem lætabar in conspectu ejus quovis tempore; quoniam delectabatur orbe habitabili consummato, et delectabatur in filiis hominum. Nunc igitur, fili, audi me. Beatus vir qui exaudiet me, et homo qui vias meas custodiet, vigilans ad fores meas quotidie, servans postes introitus mei. Exitus enim mei, exitus vitæ. Et præparata est voluntas a Domino. Qui vero in me delinquunt, impii sunt in suas ipsorum animas: et qui oderunt me, diligunt mortem [76]. »

[76] Prov. VIII, 21, usque ad finem.

A ὁποῖον καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενον (80) ὁρῶμεν· λόγον γάρ τινα προβάλλοντες, λόγον γεννῶμεν, οὐ κατὰ ἀποτομήν, ὡς ἐλαττωθῆναι τὸν ἐν ἡμῖν λόγον προβαλλόμενοι· καὶ ὁποῖον ἐπὶ πυρὸς ὁρῶμεν ἄλλο γινόμενον, οὐκ ἐλαττουμένου ἐκείνου ἐξ οὗ ἡ ἀναψις γέγονεν, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ μένοντος, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀναφθὲν, καὶ αὐτὸ ὂν φαίνεται, οὐκ ἐλαττῶσαν ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἀνήφθη. Μαρτυρήσει δέ μοι ὁ λόγος τῆς σοφίας, αὐτὸς ὢν οὗτος ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων γεννηθεὶς (81), καὶ λόγος, καὶ σοφία, καὶ δύναμις, καὶ δόξα τοῦ γεννήσαντος ὑπάρχων, καὶ διὰ Σολομῶνος φήσαντος ταῦτα (82)· « Ἐὰν ἀναγγέλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἀριθμῆσαι. Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ (83) εἰς ἔργα αὐτοῦ. Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ
B με ἐν ἀρχῇ, πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ τὰς πηγὰς προελθεῖν τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ τὰ ὄρη ἑδρασθῆναι· πρὸ δὲ πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με. Ὁ Θεὸς ἐποίησε χώραν, καὶ ἀοίκητον, καὶ ἄκρα οἰκούμενα ὑπ' οὐρανόν. Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ, καὶ ὅτε ἀφώριζε τὸν αὐτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων· ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ ἄνω νέφη, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐποίει πηγὰς ἀβύσσου· ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ θεμέλια τῆς γῆς, ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα. Ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε· καθ' ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ, ὅτι εὐφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας, καὶ εὐφραίνετο ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. Νῦν οὖν, υἱὲ, ἄκουέ μου. Μακάριος ἀνὴρ ὃς εἰσακούσεταί
C μου, καὶ ἄνθρωπος ὃς τὰς ὁδούς μου φυλάξει, ὑπνῶν (84) ἐπ' ἐμαῖς θύραις καθ' ἡμέραν, τηρῶν σταθμοὺς ἐμῶν εἰσόδων· αἱ γὰρ ἔξοδοί μου ἔξοδοι ζωῆς, καὶ ἡτοίμασται θέλησις παρὰ Κυρίου. Οἱ δὲ εἰς ἐμὲ ἁμαρτάνοντες, ἀσεβοῦσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν ψυχάς· καὶ οἱ μισοῦντές με ἀγαπῶσι θάνατον. »

sed genitum principium ante omnia opera. « Principium, inquit, ante omnia opera hæc ipsa progenies a Deo genita est. » 4° Tatianus Verbi progressum ad mundi creationem exponens, iisdem prorsus utitur exemplis et sententiis ac Justinus hoc loco. Si quis tamen retineat hæc verba, ἀλλ' οὐ τοιοῦτον, scribenda sunt cum interrogationis nota, ut in edit. Londin. — Cæterum generatio de qua martyr loquitur, hic quoque ea est quam Logo ad mundi creationem prodeunti constanter attribuere solet. Otto.

(80) *Γενόμενον*. Legendum γινόμενον, ut admonuit Cl. Thirlbius. Mox malim προβαλλόμενον.

(81) *Ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων γεννηθείς*. Non dicit ὑπὸ τοῦ Πατρός, a Patre Deus genitus, sed ἀπὸ τοῦ Πατρός, « ex Patre, » ut generationem ex substantia indicet. Eodem spectant omnia Justini principia. Exemplum ignis ex alio igne accensi demonstrat totam Patris substantiam, omnia attributa ac proinde et ipsam æternitatem in Filio esse. Hinc etiam Verbum Dei cum hominis λόγῳ comparatur, quia scilicet nihil Deo Patri magis intimum, quam ipsius Verbum, cui omnes suas ideas ac totam substantiam tradidit. Essentiæ numerica unitas inde etiam confirmatur, quod Filius, etsi Deus est de Deo, ut lux de luce, non tamen separari potest a Patre. Illa ergo generatio, quam Verbo ad mundi creationem progredienti attribuit Justinus, æternitatem illius statuit, nedum de illa quidquam detrahat. Vide num. 128.

(82) *Φήσαντος ταῦτα*. Legere mallem φήσας ταῦτα referendo ad λόγος. Sed tamen quominus vulgatam lectionem immutem, hac retineor ratione, quod similia videam apud Justinum exempla. Non multo post, nempe num. 62, legimus: Τοῦτο αὐτὸ καὶ γέννημα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐγεγέννητο..... καὶ δι' ἀποκαλύψεως τῆς γεγενημένης Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ, εἶπον, τοῦτο αὐτὸ εἰπόντος. Et num. 63: Οὐ σημαίνει ὑμῖν, ὅτι ἄνωθεν καὶ διὰ γαστρὸς ἀνθρωπείας ὁ Θεὸς καὶ
D Πατὴρ τῶν ὅλων γεννᾶσθαι αὐτὸν ἔμελλε; καὶ ἐν ἑτέροις εἰπών, etc. Vide n. 113, sub finem, ubi pariter Deus narrasse dicitur secundam circumcisionem a Josue per gladios lapideos peractam fuisse. Ex quo patet Justinum Deo Patri non ea solum Scripturæ testimonia, in quibus Pater loquitur, sed alia etiam interdum attribuere. Non videtur ergo mutandum illud φήσαντος, cum satis commode ad Deum Patrem referri possit. Vide n. 91, initio.

(83) *Ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ*. Mss. et R. Stephanus, ὁδόν. Vix dubium quin legerit Justinus ὁδῶν αὐτοῦ, ut habemus in Bibliis, atque ut emendatum est in edit. Paris. Infra enim n. 129, codex Regius habet in textu ὁδῶν, et Justinus Christum quidem et Ἀρχὴν et Σοφίαν a Salomone appellari observat, ὁδὸν vero appellari non dicit.

(84) *Ὑπνῶν*. Vitiosa prorsus scriptura a dormiente librario inducta pro ἀγρυπνῶν.

Digitized by Google

62. Καὶ τοῦτο αὐτὸ, ὦ φίλοι, εἶπε καὶ διὰ Μωσέως ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, μηνύων ἡμῖν, ὃν ἐδήλωσε (85), τὸν Θεὸν λέγειν τούτῳ αὐτῷ τῷ νοήματι (86) ἐπὶ τῆς ποιήσεως τοῦ ἀνθρώπου, λέγων ταῦτα· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς αὐτοὺς, λέγων· Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. » Καὶ ὅπως μὴ ἀλλάσσοντες τοὺς προλελεγμένους λόγους, ἐκεῖνα λέγητε ἃ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν λέγουσιν, ἢ ὅτι πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγεν ὁ Θεὸς, « Ποιήσωμεν, » ὁποῖον καὶ ἡμεῖς, μέλλοντές τι ποιεῖν, πολλάκις πρὸς ἑαυτοὺς λέγομεν, « Ποιήσωμεν, » ἢ ὅτι (87) πρὸς τὰ στοιχεῖα, τουτέστι τὴν γῆν καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως, ἐξ ὧν νοοῦμεν τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι, Θεὸν εἰρηκέναι, « Ποιήσωμεν· » λόγους τοὺς εἰρημένους ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μωσέως πάλιν ἱστορήσω, ἐξ ὧν ἀναμφιλέκτως πρὸς τινὰ καὶ ἀριθμῷ ὄντα ἕτερον, λογικὸν ὑπάρχοντα, ὡμιληκέναι αὐτὸν ἐπιγνῶναι ἔχομεν. Εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι· « Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν. » Οὐκοῦν (88) εἰπὼν, ὡς *εἷς ἐξ ἡμῶν*, καὶ ἀριθμὸν τῶν ἀλλήλοις συνόντων, καὶ τὸ ἐλάχιστον δύο, μεμήνυκεν. Οὐ γὰρ, ὅπερ ἡ παρ' ὑμῖν (89) λεγομένη αἵρεσις δογματίζει, φαίην ἂν ἐγὼ ἀληθὲς εἶναι, ἢ οἱ ἐκείνης διδάσκαλοι ἀποδεῖξαι δύνανται, ὅτι ἀγγέλοις ἔλεγεν, ἢ ὅτι ἀγγέλων ποίημα ἦν τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπειον. Ἀλλὰ τοῦτο τὸ τῷ ὄντι ἀπὸ τοῦ Πατρὸς προβληθὲν γέννημα (90), πρὸ πάντων τῶν ποιημάτων συνῆν τῷ Πατρὶ, καὶ τούτῳ ὁ Πατὴρ προσομιλεῖ (91), ὡς ὁ λόγος διὰ τοῦ

62. *Illud,* « *Faciamus hominem,* » *consentit cum Proverbiorum testimonio.* — Hoc ipsum, amici, per Moysem quoque divinus sermo prædicavit, indicans nobis ad eum, quem demonstravit, hæc a Deo in **159** eamdem prorsus sententiam dici in hominis creatione. « Faciamus hominem ad imaginem nostram et ad similitudinem. Et habeant principatum piscium maris, et volatilium cœli, et pecorum, et omnis terræ, et omnium reptilium repentium super terram. Et fecit Deus hominem : ad imaginem Dei fecit eum : masculum et feminam fecit eos. Et benedixit eos Deus, dicens : Crescite, et multiplicamini, et replete terram et dominamini ei [77]. » Ac ne allata a me verba immutantes, idem dicatis ac magistri vestri, vel secum dixisse Deum, « Faciamus, » quemadmodum et nos aliquid facturi sæpe dicimus, « Faciamus ; » vel elementis, id est terræ et cæteris similiter, ex quibus hominem factum intelligimus, Deum dixisse : « Faciamus ; » ejusdem Moysis dicta rursus afferam ex quibus, dubitatione omni præclusa, eum cum aliquo, qui et numero alter sit, et rationalis, collocutum cognoscere possumus. Sic autem habent hæc verba : « Et dixit Deus : Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, ut sciat bonum et malum [78]. » Dum ergo dicit, « Quasi unus ex nobis, » et numerum eorum, qui inter se conjuncti sint, et saltem duos declaravit. Neque enim quod illa, quæ apud vos dicitur, hæresis decernit, id ego verum esse existimaverim, aut ejus magistri id demonstrare possint, nempe angelos eum allocutum, aut angelorum opus esse corpus humanum. Sed hæc ipsa vere ex Patre prolata progenies, ante res omnes creatas una erat cum Patre, et cum ea Pater colloquebatur ; quemadmodum Scriptura per Salomonem declaravit, hanc

[77] Gen. I, 26-28 [78] Gen. III, 12.

(85) *Ὃν ἐδήλωσε.* Nimirum Justinus, cum Verbum mundi principium esse censeat, his verbis, « in principio, » Verbum a Moyse, ut multi alii scriptores, indicari existimat. Unde etiam ait in *Apol.* I, num. 23, Moysem declarare Verbum « Deo primogenitum esse. » Si cui tamen minus placeat hæc explicandi ratio, legat ὃν ἐδήλωσα, « quem demonstravi. »

(86) *Τούτῳ αὐτῷ τῷ νοήματι.* Si illud, « Faciamus, » idem prorsus valet ac eodem sensu dictum est, ac illud : « Dominus condidit me principium viarum suarum, » ut conceptis verbis declarat Justinus ; an dubium esse possit quin illa generatio, quam Verbo S. martyr hoc loco attribuit, nequaquam productio sit et generatio Verbi personæ, sed Patris cum eo deliberatio de mundi creatione, et ejusdem Verbi ad operis effectionem progressio. Sic etiam paulo post, colloquium Patris cum Verbo confirmat Justinus ex his verbis Salomonis : « Dominus condidit me, » etc.

(87) *Ἢ ὅτι..... Θεὸν εἰρηκέναι.* Vel delendum illud ὅτι, vel legendum Θεὸς εἴρηκε, nisi forte properantem Justinum minus accurate locutum fateamur. Sic enim num. 45 : Ὅτι καὶ τοὺς... σωθήσεσθαι εἶπον.

(88) *Οὐκοῦν.* Sylburg., Morell., Jebb. et Maran. interrogative οὐκ οὖν, contra codd. mss. Otto.

(89) *Ἡ παρ' ὑμῖν.* Legendum pronuntiat Thirlbius ἡ παρ' ἡμῖν, quia hæretici ex Judæis orti, nempe Saturninus et Menander et Marcus, hominem angelorum opus esse dixerunt, ut videre est apud Iren. I, c. 22, et Tertull. *De resurr. carnis* c. 5, et *De anima* c. 23. Sed huic sententiæ multa reclamant. 1° Suas habuere hæreses Judæi, quæ nostris hæresibus, in primis Menandro et Saturnino, multa suppeditarunt. 2° Secta, quam hic refellit Justinus, statuebat Deum dixisse angelis : « Faciamus, » etc. At ipsi angeli, prout fingebant Menander et Saturninus, « adhortati sunt semetipsos, dicentes : Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem, » Iren. l. I, cap. 24. 3° Vox illa διδάσκαλοι Rabbinis optime convenit. Sic eos pluribus locis appellat Justinus. 4° Magistri illi non aliam ob causam videntur illud, « Faciamus, » angelis dictum finxisse, nisi ut testimonium eraderent, quo personæ divinæ demonstrantur. Hac autem nota Judæos facile agnosco, nequaquam vero Saturninum et Marcum.

(90) *Τὸ τῷ ὄντι..... προβληθὲν γέννημα.* Vere prolatum fuisse Verbum docet, non quod tunc nasci et generari cœperit, sed quia illud Pater non ut inanem sonum, sed ut personam a se distinctam et sibi æqualem vere ad mundi creationem emisit. Eodem sensu dixit Tertullianus libro *Contra Prax.* cap. 7 : « Hæc est nativitas perfecta sermonis dum ex Deo procedit. »

(91) *Προσομιλεῖ.* Quidam legendum putaverunt προσωμίλει, sed hac emendatione possumus supersedere.

Digitized by Google

ipsam, quæ Sapientia a Salomone dicitur, et principium ante omnia opera et progeniem, a Deo genitam esse, qui idem etiam docet per revelationem Josuæ filio Navæ factam. Ut autem ex his quoque perspicuum vobis fiat id quod a me asseritur, audite et hæc verba ex libro Josuæ deprompta : « Et factum est, cum esset Jesus in Hiericho, respiciens oculis videt hominem stantem contra se. Et accedens Jesus dixit ei : Noster es, an adversariorum ? At ille dixit ei : Ego sum princeps militiæ virtutis Domini ; nunc adveni. Et Jesus cecidit in faciem super terram, et dixit ei : Domine, quid præcipis tuo famulo ? Et ait princeps militiæ Domini ad Jesum : Solve calceamenta de pedibus tuis ; locus enim in quo stas, terra sancta est. Et Hiericho clausa erat **160** ac munita : et nemo prodibat ex illa. Et dixit Dominus ad Jesum : Ecce ego trado tibi subjugatam Hiericho, et regem ejus, qui est in ea, et potentes viros fortitudine [79]. »

A Σολομῶνος ἐδήλωσεν, ὅτι καὶ ἀρχὴ πρὸ πάντων (92) τῶν ποιημάτων τοῦτ' αὐτὸ καὶ γέννημα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐγεγέννητο, ὃ σοφία διὰ Σολομῶνος καλεῖται, καὶ δι' ἀποκαλύψεως τῆς γεγενημένης Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ, εἶπον, τοῦτο αὐτὸ εἰπόντος (93). Ἵνα δὲ καὶ ἐκ τούτων φανερὸν ὑμῖν γένηται ὃ λέγω, ἀκούσατε καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ βιβλίου Ἰησοῦ· ἔστι δὲ ταῦτα· « Καὶ ἐγένετο ὡς ἦν Ἰησοῦς ἐν Ἰεριχὼ, ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ ἄνθρωπον ἑστηκότα κατέναντι αὐτοῦ (94). Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ· Ἡμέτερος εἶ, ἢ τῶν ὑπεναντίων ; Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐγὼ ἀρχιστράτηγος δυνάμεως Κυρίου· νῦν παραγέγονα. Καὶ Ἰησοῦς ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Δέσποτα, τί προστάσσεις τῷ σῷ οἰκέτῃ ; Καὶ λέγει ὁ ἀρχιστράτηγος Κυρίου πρὸς B Ἰησοῦν· Λῦσαι τὰ ὑποδήματα τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐφ' οὗ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί. Καὶ ἡ Ἰεριχὼ συγκεκλεισμένη ἦν καὶ ὠχυρωμένη, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῆς ἐξεπορεύετο (95). Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Ἰησοῦν· Ἰδοὺ παραδίδωμί σοι τὴν Ἰεριχὼ ὑποχείριον, καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς τὸν ἐν αὐτῇ, δυνατοὺς ὄντας ἰσχύι. »

63. *Probatur hunc Deum incarnatum esse.*—Tum Trypho : Prævalide, inquit, ac pluribus, id a te demonstratum est. Quod igitur superest, eum ex Virgine hominem de Patris sui voluntate nasci et cruciſigi et mori non refugisse, ac postea videlicet resurrexisse et in cœlum ascendisse, fac ut demonstres.

63. Καὶ ὁ Τρύφων· Ἰσχυρῶς καὶ διὰ πολλῶν δείκνυταί σοι τοῦτο, φίλε, ἔφη. Λοιπὸν οὖν καὶ ὅτι οὗτος διὰ τῆς Παρθένου ἄνθρωπος γεννηθῆναι κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ βούλησιν ὑπέμεινεν, ἀπόδειξον, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ ἀποθανεῖν· δῆλον δὲ καὶ ὅτι μετὰ ταῦτα ἀναστὰς ἀνελήλυθεν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀπόδειξον.

Sic ego respondi : Id jam a me effectum est, o viri, ex prophetarum verbis, quæ jam recitata iterum vestra causa referens et explicans persuadere vobis conabor, ut in hoc quoque mihi assentiamini. Quod igitur dicit Isaias : « Generationem ejus quis C enarrabit ? quia tollitur a terra vita ejus [80], » an non tibi eo dictum videtur, quod qui ob iniquitates populi in mortem a Deo traditus dicitur, is genus ex hominibus non habeat ; cujus et de sanguine Moyses, ut jam dixi, cum arcane loqueretur, sanguine uvæ suam illum stolam lavaturum esse dixit ; quippe cum ejus sanguis non ex semine humano generatus sit, sed ex voluntate Dei. Et quæ a Davide dicta sunt : « In splendoribus sanctorum tuorum ex utero ante luciferum genui te. Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech [81], » nonne vobis significant antiquitus futurum fuisse ut eum etiam ex humano utero Deus et Pater universorum gigneret ?

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· Ἤδη καὶ τοῦτο ἀποδέδεικταί μοι, ὦ ἄνδρες, ἐν τοῖς προανιστορημένοις λόγοις τῶν προφητειῶν, οὓς δι' ὑμᾶς πάλιν ἀναμιμνησκόμενος καὶ ἐξηγούμενος, πειράσομαι καὶ εἰς τὴν περὶ τούτου συγκατάθεσιν ἀγαγεῖν ὑμᾶς. Ὁ γοῦν λόγος ὃν ἔφη Ἡσαΐας· « Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται ; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ, » οὐ δοκεῖ σοι λελέχθαι ὡς οὐκ ἐξ ἀνθρώπων ἔχοντος τὸ γένος τοῦ διὰ τὰς ἀνομίας τοῦ λαοῦ εἰς θάνατον παραδεδόσθαι εἰρημένου ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ; περὶ οὗ καὶ Μωσῆς τοῦ αἵματος, ὡς προέφην, αἵματι σταφυλῆς, ἐν παραβολῇ εἰπὼν, τὴν στολὴν αὐτοῦ πλύνειν (96) ἔφη, ὡς τοῦ αἵματος αὐτοῦ οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος γεγεννημένου, ἀλλ' ἐκ θελήματος Θεοῦ. Καὶ τὰ ὑπὸ Δαβὶδ εἰρημένα· « Ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Ὤμοσε Κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ, » οὐ σημαίνει ὑμῖν (97) ὅτι ἄνωθεν (98), καὶ διὰ γαστρὸς ἀνθρω-

[79] Josue v, 13 usque ad finem, et VI, 1, 2. [80] Isa. LIII, 8. [81] Psal. CIX, 3, 4.

(92) Ἀρχὴ *πρὸ πάντων*. Grabius et post eum Londinenses editores legendum existimant ἀρχήν « initio. » Sed eos egregie refellunt supra allata veterum testimonia, qui Verbum non initio, sed potius initium et principium dicunt genitum fuisse. Inde etiam patet non recidendam esse conjunctionem ante γέννημα. Nam Verbum prodiit, ut verus opifex rerum, verusque Filius, non ut inanis sonus.

(93) *Εἰπόντος*. Sylburgius legit εἰρηται. Vide quæ paulo ante observavimus.

(94) Αὐτοῦ. Biblia, αὐτοῦ καὶ ἡ ῥομφαία ἐσπαD σμένη ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Verba omissa esse videntur a librario, cui errandi dedit occasionem repetitum αὐτοῦ. Otto.

(95) *Ἐξεπορεύετο*. Fortasse interierunt verba οὐδὲ εἰσεπορεύετο (in causa esse potest duplex ἐπορεύετο), quæ ap. Septuaginta adduntur. Otto.

(96) *Πλύνειν*. Mallet πλυνεῖν Sylburgius.— Πλυνεῖν legit Otto.

(97) *Οὐ σημαίνει ὑμῖν*. Sic duo codices mss.; legitur ἡμῖν in editionibus Parisiensibus.

(98) *Ἄνωθεν*. Minus commode hunc locum de generatione ex Virgine intelligit Justinus. Illud ἄνω-

Digitized by Google

πείας ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τῶν ὅλων γεννᾶσθαι (99) αὐτὸν ἔμελλε; Καὶ ἐν ἑτέροις εἰπὼν τοῖς καὶ αὐτοῖς προλελεγμένοις· « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. Σμύρναν, καὶ στακτὴν, καὶ κασσίαν ἀπὸ τῶν ἱματίων σου, ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, ἐξ ὧν εὐφρανάν σε. Θυγατέρες βασιλέων ἐν τῇ τιμῇ σου. Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ. » Ὅτι γοῦν καὶ προσκυνητός ἐστι καὶ Θεὸς καὶ Χριστὸς ὑπὸ τοῦ ταῦτα πεπήσαντος (1) μαρτυρούμενος, καὶ οἱ λόγοι οὗτοι διαῤῥήδην σημαίνουσι. Καὶ ὅτι τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ὡς οὔσι μιᾷ ψυχῇ, καὶ μιᾷ συναγωγῇ, καὶ μιᾷ Ἐκκλησίᾳ, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ (2) ὡς θυγατρὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ γενομένῃ (3), καὶ μετασχούσῃ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ (Χριστιανοὶ γὰρ πάντες καλούμεθα) ὁμοίως φανερῶς οἱ λόγοι κηρύσσουσι, διδάσκοντες ἡμᾶς καὶ τῶν παλαιῶν πατρῴων ἐθῶν ἐπιλαθέσθαι, οὕτως ἔχοντες· « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ. »

A Qui quidem et alio in testimonio, quod et ipsum jam recitatum, dicit: « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi; virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exsultationis præ participibus tuis. Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis; a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te. Filiæ regum in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumamicta, variegata. Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui, et concupiscet Rex decorem tuum: quia ipse est Dominus tuus, et adorabis eum [82]. » Igitur eum et adorandum esse et Deum, et Christum illius, qui hæc perfecit, testimonio declaratum, manifeste ex B his etiam verbis perspicitur. Qui autem in illum credunt, cum una sint anima et una synagoga ac una Ecclesia, idcirco Ecclesiam, quæ ex illius nomine constituta est, illiusque nominis particeps est: (omnes enim Christiani vocamur), veluti filiam a divina Scriptura compellari, similiter hæc verba manifeste demonstrant; quibus illud etiam edocemur, ut antiqua patrum nostrorum instituta oblivioni tradamus. Sic autem habent: « Audi, filia **161** et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum Patris tui, et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus tuus, et adorabis eum. »

64. Καὶ ὁ Τρύφων· Ἔστω ὑμῶν τῶν ἐξ ἐθνῶν Κύριος, καὶ Χριστὸς, καὶ Θεὸς γνωριζόμενος, ὡς αἱ Γραφαὶ σημαίνουσιν, οἵτινες καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ Χριστιανοὶ καλεῖσθαι πάντες ἐσχήκατε· ἡμεῖς δὲ, τοῦ Θεοῦ τοῦ καὶ αὐτὸν τοῦτον ποιήσαντος λατρευταὶ ὄντες, οὐ δεόμεθα τῆς ὁμολογίας αὐτοῦ, οὐδὲ τῆς προσκυνήσεως.

C 64. *Neganti Judæo se indigere hoc Christo alia testimonia affert Justinus.* — Hic Trypho: Sit sane vester, qui ex gentibus estis, ille Dominus et Christus ac Deus agnitus, quemadmodum Scripturæ significant, qui etiam ex ejus nomine habuistis omnes ut Christiani diceremini. Nobis autem, qui Dei, a quo etiam hic ipse factus est, cultores sumus, nihil opus est, ut eum confiteamur, aut adoremus.

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα εἶπον· Ὦ Τρύφων, εἰ ὁμοίως ὑμῖν φιλέριστος καὶ κενὸς ὑπῆρχον, οὐκ ἂν ἔτι προσέμενον, κοινωνῶν ὑμῖν τῶν λόγων, οὐ συνιέναι τὰ λεγόμενα παρασκευαζομένοις, ἀλλά τι λέγειν μόνον θήγουσιν ἑαυτούς· νῦν δὲ, ἐπεὶ κρίσιν Θεοῦ δέδοικα, εὖ φθάνω ἀποφαίνεσθαι περὶ οὐδενὸς τῶν ἀπὸ τοῦ

Ad hæc ego: Si vobis, inquam, Trypho, studio contentionis et levitate similis essem, non jam adhuc perseverarem vobiscum communicare sermones; quippe qui non ad ea, quæ dicuntur, intelligenda vos paretis, sed tantum ad aliquid dicendum exacuatis. Nunc autem quia judicium Dei for-

[82] Psal. XLIV, 7-12.

θεν non idem valet ac « cœlitus, » sed idem ac « antiquitus; » quo sensu usurpatur n. 24, sive ante solem et lunam. Vide quæ dicemus ad n. 77.

(99) *Γεννᾶσθαι.* Mallet γέννησαι Sylburgius, sed nihil necesse est immutare.

(1) *Ὑπὸ τοῦ ταῦτα ποιήσαντος.* « Qui hæc perfecit, » nimirum incarnationem et vocationem gentium et alia ejusmodi mysteria. Sic enim n. 84, Filii Incarnationem δυνάμει καὶ βουλῇ τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ perfectam fuisse docet. Et n. 119, de Incarnatione et vocatione gentium agens sic loquitur: Οἶεσθε ἂν ἡμᾶς ποτε, ὦ ἄνδρες, νενοηκέναι δυνηθῆναι ἐν ταῖς Γραφαῖς ταῦτα, εἰ μὴ θελήματι τοῦ θελήσαντος αὐτὰ ἐλάβομεν χάριν τοῦ νοῆσαι; hæc verba, τοῦ θελήσαντος αὐτά, mirifice respondent istis, τοῦ ταῦτα ποιήσαντος, quibus Thirlbius primo qui-

D dem Scripturarum auctorem designari suspicatus est, sed postea maluit cum Lango « de rerum creatore » interpretari.

(2) *Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.* Deest εἴρηται, aut simile quidpiam.

(3) *Γενομένῃ.* Legendum putat Sylburgius λεγομένῃ, ac duo simillima loca pariter immutat, nempe num. 99 et num. 117. Sed vox illa γενομένῃ cum sua sponte percommoda est, tum pluribus Justini locis confirmatur. Ait num. 135: Ἡμεῖς ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ Χριστοῦ λατομηθέντες, Ἰσραηλιτικὸν τὸ ἀληθινόν ἐσμεν γένος, et num. 138: Ὁ γὰρ Χριστὸς, πρωτότοκος πάσης κτίσεως ὢν καὶ ἀρχὴ, πάλιν ἄλλου γένους γέγονεν τοῦ ἀναγεννηθέντος δι' αὐτοῦ. Vid. num. 110.

Digitized by Google

mido, de nullo ex vestro genere præjudico, utrum is non sit ex eorum numero, qui secundum gratiam Domini Sabaoth salvari possunt. Quapropter quamvis non probe agatis, pergam tamen quidquid a vobis propositum aut contra fuerit dictum, ad id respondere; quod idem etiam adversus omnes omnino ex omni hominum genere, qui his de rebus aut mecum commentari aut ex me sciscitari voluerint, facio. Si igitur animum ad ea quæ ex Scripturis attuli advertissetis, eos etiam qui ex vestro genere salvantur, per hunc salvari, atque in ejus parte esse intellexissetis profecto, nec me videlicet ea de re essetis percontati. Iterum igitur referam, quæ ex Davide antea protuli [83]; ac vos oro ut ad intelligendum, non autem ad improbe agendum et contra tantummodo dicendum vos incitetis. Davidis autem dicta sic habent. « Dominus regnavit, irascantur populi; qui sedet super Cherubim; moveatur terra. Dominus in Sion magnus et excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile et sanctum est, et honor regis judicium diligit. Tu parasti directiones. Judicium et justitiam in Jacob tu fecisti. Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctus est. Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus. Invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos; in columna nubis loquebatur ad eos; quoniam custodiebant testimonia ejus et præcepta ejus, quæ dedit illis [84]. Sunt etiam alia verba, quæ a Davide pronuntiata et a me jam allata in Salomonem dicta esse, propterea quod in Salomonem inscripta sunt, insipienter contenditis; sed ex illis demonstratur cum in Salomonem dicta non fuisse, tum etiam hunc ipsum ante solem esse, eosque ex vestro populo, qui salvantur, per eum salvatum iri. Sic autem habent : « Deus, judicium tuum Regi da, et justitiam tuam filio Regis. Judicabit populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio. Suscipiant montes pacem populo, et colles justitiam. Judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios pauperum; et humiliabit calumniatorem; et permanebit cum sole, **162** et ante lunam in generationes generationum, » et reliqua usque ad : Ante solem permanet nomen ejus, et benedicentur in ipso omnes tribus terræ; omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriæ ejus in sæculum sæculi. Et replebitur gloria ejus omnis terra : Fiat,

γένους ὑμῶν, εἰ μή τις ἐστὶν ἀπὸ τῶν κατὰ χάριν τὴν ἀπὸ Κυρίου Σαβαὼθ σωθῆναι δυνάμενος (4)· διὸ κἂν ὑμεῖς πονηρεύησθε, προσμενῶ πρὸς ὅτιοῦν προβαλεῖσθε καὶ ἀντιλέγετε, ἀποκρινόμενος, καὶ τὸ αὐτὸ καὶ πρὸς πάντας ἁπλῶς τοὺς ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων συζητεῖν ἢ πυνθάνεσθαί μου περὶ τούτων βουλομένους πράττω. Ὅτι οὖν οἱ σωζόμενοι ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ὑμετέρου διὰ τούτου σώσονται, καὶ ἐν τῇ τούτου μερίδι εἰσὶ, τοῖς προλελεγμένοις ὑπ' ἐμοῦ ἀπὸ τῶν Γραφῶν εἰ προσεσχήκειτε, ἐνενοήκειτε ἂν ἤδη, κἀμὲ δηλονότι περὶ τούτου οὐκ ἂν ἠρωτήσατε. Πάλιν δὲ ἐρῶ τὰ προλελεγμένα μοι ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ, καὶ ἀξιῶ ὑμᾶς πρὸς τὸ συνιέναι, μὴ πρὸς τὸ πονηρεύεσθαι, καὶ ἀντιλέγειν μόνον ἑαυτοὺς ὀτρῦναι. Εἰσὶν οὖν οἱ λόγοι οὕς φησιν ὁ Δαβὶδ οὗτοι· « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν (5)· ὀργιζέσθωσαν λαοί· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ· σαλευθήτω ἡ γῆ· Κύριος ἐν Σιὼν μέγας, καὶ ὑψηλός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς λαούς. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ ὀνόματί σου τῷ μεγάλῳ, ὅτι φοβερὸν καὶ ἅγιόν ἐστι, καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ. Σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας· κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας. Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστι. Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ, καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ἐπεκαλοῦντο τὸν Κύριον, καὶ αὐτὸς εἰσήκουεν αὐτῶν· ἐν στύλῳ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτούς· ὅτι ἐφύλασσον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ, ἃ ἔδωκεν αὐτοῖς. » Καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς καὶ αὐτοῖς προανιστορημένοις διὰ τοῦ Δαβὶδ λεχθεῖσι λόγοις, οὓς εἰς Σολομῶνα ἀνοήτως φάσκετε εἰρῆσθαι ἐπιγεγραμμένοις εἰς Σολομῶνα, ἐξ ὧν καὶ τὸ ὅτι εἰς Σολομῶνα οὐκ εἴρηνται ἀποδείκνυται, καὶ ὅτι οὗτος καὶ πρὸ τοῦ ἡλίου ἦν, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν σωζόμενοι δι' αὐτοῦ σωθήσονται. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· « Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμά σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως. Κρινεῖ (6) τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει. Ἀναλαβέτωσαν τὰ ὄρη τῷ λαῷ εἰρήνην, καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην. Κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει συκοφάντην· καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης εἰς γενεὰς γενεῶν, » καὶ τὰ λοιπὰ ἄχρι τοῦ· « Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος· καὶ εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. Γένοιτο, γένοιτο! » Καὶ

[83] n. 37. [84] Psal. xcviii, 1-7.

(4) *Δυνάμενος*. Cod. Clarom. ad marg. δυναμένων, quod quidem melius est.

(5) *Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν*. Hunc psalmum de Christo dictum esse Justinus contendit, hoc principio fretus, quod jam pluribus argumentis probaverat, non Patrem Moysi apparuisse, sed Filium. Hac autem mente psalmum illum profert, ut ex his quæ de Domino in Sion magno et judicium et justitiam in Jacob faciente, tum etiam de Moysi et Aaron dicuntur, Judaicam superbiam refellat, quæ se Christi gratia negabat indigere, eosque demonstret non posse salvari, nisi Christum adorent.

(6) *Κρινεῖ*. Sic legitur in utroque codice ms. et ad marg. κρίνειν. At R. Stephanus maluit hanc postremam lectionem in ipsum contextum recipere et alteram ad calcem rejicere.

Digitized by Google

ἐκ τῶν ἄλλων ὧν προεῖπον ὁμοίως διὰ Δαβὶδ λελέχθαι λόγων, ὅτι ἀπ' ἄκρων τῶν οὐρανῶν προέρχεσθαι ἐμελλεν, καὶ πάλιν εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἀνιέναι ἐμηνύετο, ἀναμνήσθητε, ἵνα καὶ Θεὸν ἄνωθεν προελθόντα, καὶ ἄνθρωπον ἐν ἀνθρώποις γενόμενον γνωρίσητε· καὶ πάλιν ἐκεῖνον παραγενησόμενον, ὃν ὄψονται καὶ κόψονται οἱ ἐκκεντήσαντες αὐτόν. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· « Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ· ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ τῇ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς, ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν· ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται τῆς θέρμης αὐτοῦ. »

65. Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη· Ὑπὸ τῶν τοσούτων Γραφῶν δυσωπούμενος, οὐκ οἶδά τί φῶ περὶ τῆς Γραφῆς ἣν ἔφη Ἡσαΐας, καθ' ἣν ὁ Θεὸς οὐδενὶ ἑτέρῳ δοῦναι τὴν δόξαν αὐτοῦ λέγει, οὕτως εἰπών· « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός· τοῦτό μου ὄνομα· τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ μὴ δώσω, οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου. »

Κἀγώ· Εἰ μὲν ἁπλῶς καὶ μὴ μετὰ κακίας τούτους τοὺς λόγους εἶπων, ἐσίγησας, ὦ Τρύφων, μήτε τοὺς πρὸ αὐτῶν προειπὼν, μήτε τοὺς ἐπακολουθοῦντας συνάψας, συγγνωστὸς εἶ· εἰ δὲ χάριν τοῦ νομίζειν δύνασθαι εἰς ἀπορίαν ἐμβάλλειν τὸν λόγον, ἵν' εἴπω ἐναντίας εἶναι τὰς Γραφὰς ἀλλήλαις, πεπλάνησαι. Οὐ γὰρ τολμήσω τοῦτό ποτε ἢ ἐνθυμηθῆναι ἢ εἰπεῖν· ἀλλ' ἐὰν τοιαύτη τις δοκοῦσα εἶναι Γραφὴ προβληθῇ, καὶ πρόφασιν (7) ἔχῃ ὡς ἐναντία οὖσα, ἐκ παντὸς πεπεισμένος, ὅτι οὐδεμία Γραφὴ τῇ ἑτέρᾳ ἐναντία ἐστὶν, αὐτὸς μὴ νοεῖν μᾶλλον ὁμολογήσω τὰ εἰρημένα, καὶ τοὺς ἐναντίας τὰς Γραφὰς ὑπολαμβάνοντας τὸ αὐτὸ φρονεῖν μᾶλλον ἐμοὶ πεῖσαι ἀγωνίσομαι. Ὅπως δ' ἂν ᾖς προτεθεικὼς τὸ πρόβλημα, Θεὸς ἐπίσταται. Ἐγὼ δὲ ὡς εἴρηται ὁ λόγος ἀναμνήσω ὑμᾶς, ὅπως καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτου γνωρίσητε ὅτι ὁ Θεὸς τῷ Χριστῷ αὐτοῦ μόνῳ τὴν δόξαν δίδωσιν. Ἀναλήψομαι δὲ βραχεῖς τινὰς λόγους, ὦ ἄνδρες, τοὺς ἐν συναφείᾳ τῶν εἰρημένων ὑπὸ τοῦ Τρύφωνος, καὶ τοὺς ὁμοίως συνημμένους κατ' ἐπακολούθησιν. Οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρας περικοπῆς αὐτοὺς ἐρῶ, ἀλλ' ὑφ' ἓν ὡς εἰσι συνημμένοι· καὶ ὑμεῖς τὸν νοῦν χρήσατέ μοι. Εἰσὶ δὲ οὗτοι· « Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ πήξας αὐτὸν, ὁ στερεώσας τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ἐπ' αὐτῆς, καὶ πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτήν. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἰσχύσω σε· καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός· τοῦτό μου ὄνομα· τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ μὴ δώσω,

A Fiat [85]. » Aliis etiam ex verbis pariter a Davide, ut supra dixi, pronuntiatis, futurum fuisse, ut e summo cœlo progrederetur, ejusque in eadem loca indicari reditum recordamini; ut illum et Deum e cœlo prodiisse et hominem inter homines factum esse agnoscatis, ac rursus adventurum, quem quidem videbunt et plangent qui illum pupugerunt. Ejusmodi sunt hæc verba : « Cœli enarrant gloriam Dei, et opus manuum ejus annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, et nox nocti annuntiat scientiam. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum : et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo B suo, exsultabit ut gigas ad currendam viam; a summo cœlo egressio ejus. Et occursus ejus usque ad summum cœli : nec est qui se abscondat a calore ejus [86]. »

65. *Objicit Judæus Deum suum gloriam alteri non dare. Locum explicat Justinus.* — Ilic Trypho : Tot Scripturarum, inquit, auctoritate permotus, incertus sum animi quid de illa Scriptura dicam, qua Deus apud Isaiam nulli alii gloriam suam daturum se esse declarat his verbis : « Ego Dominus Deus : hoc nomen meum : et gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas [87]. »

(72) *Τῷ ἑνὶ κέρατι.* His verbis loci hujus, quem nonnulli corruptum immerito crediderunt, sensus illustratur. Non enim dicit Justinus unicornis speciem cruci similem esse, neque in unicornis cornu exstantes ramulos, ut opinatus est Sylburgius, animadvertit. Sed cornibus unicornium, quæ in Scriptura memorantur, crucem significari contendit, quia crux nihil aliud est, quam unum lignum erectum, sive unum cornu, cui duo extrema, veluti totidem cornua, adduntur: aliud etiam cornu inspicitur in illo ligno, quod in medio crucis fixum est, ut insideant qui crucifiguntur. Hunc locum haud aliter intellexit Tertullianus, qui in libro *adv. Jud* et in *adv. Marc.* cap. 18, sic loquitur: Tauri decor ejus; cornua unicornis cornua ejus, in eis nationes ventilabit pariter ad summum usque terræ. « Non utique rhinoceros destinabatur unicornis, vel minotaurus bicornis; sed Christus in illo significabatur, taurus ob utramque dispositionem, aliis ferus ut judex, aliis mansuetus ut salvator, cujus cornua essent crucis extima. Nam et in antenna navis, quæ crucis pars est, cornua extremitates vocantur; unicornis autem media stipitis palus.» Unicornis ergo cornua crucem repræsentant, quia media stipitis palus, sive unum illud lignum erectum, est unicornis quædam, cui alia cornua adduntur, dum aliud lignum adaptatur.

(73) *Τῷ Ἰσραήλ.* Referuntur hæc verba ad sequens participium γεγενημένη, nec necessa est aut ea post ἀνάθεσις rejicere, ut placet Sylburgio, aut legere τὸν Ἰσραήλ.

(74) *Καταρᾶσθαι.* Rectius κατηρᾶσθαι tempore præterito. SILBURGIUS.

Digitized by Google

cisione et sabbatis placuerint Deo, per alios duces et legis institutionem tot elapsis ætatibus Deus justificari voluerit, eos quidem, qui ab Abrahamo ad Moysem fuerunt, per circumcisionem, eos autem qui post Moysem, tum per circumcisionem, tum per alia præcepta, id est, sabbatum, victimas, cineres et dona; calumniis appetetur Deus, nisi, ut jam dixi, id causæ demonstretis fuisse, quod populum vestrum præscius omnium Deus meriturum cognoverit, ut Hierosolymis pelleretur, nec cuiquam eo ingredi liceret. Nulla enim re alia dignoscimini, ut jam dixi, nisi ista carnis circumcisione. Neque enim Abrahamum Deus justum per circumcisionem fuisse testatus est, sed per fidem. Ante enim quam circumcisus esset, ita de eo dictum legimus : « Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam [48]. » Et nos igitur, qui in præputio carnis nostræ credimus Deo per Christum, ac circumcisionem eam habemus, quæ nobis eam adeptis prodest, id est cordis circumcisionem, futurum speramus ut justi et Deo grati reperiamur; si quidem jam etiam ab eo testimonium per propheticos sermones accepimus. Quod autem sabbata servare et munera offerre jussi estis, quodque locum de suo nomine Dominus vocari passus est, nisi id propterea factum demonstretis, ne, ut diximus, ad simulacrorum cultum delapsi ac Dei immemores, impii et athei essetis, quales semper vos fuisse patet. (Atque hanc fuisse causam, cur Deus de sabbatis et donis leges **190** sanciret, a me supra demonstratum est, sed propter eos qui hodie venerunt, eadem pæne omnia repetere volo.) Nisi, inquam, ita sit, calumniis appetetur Deus, quasi nec futurorum præscius sit, nec eamdem omnes justitiam noscere et observare docuerit (multas enim generationes hominum ante Moysem fuisse liquet), nec vera sit Scriptura quæ dicit Deum esse verum et justum, et omnes vias ejus judicia, nec esse iniquitatem in eo. Sed quia vera est Scriptura; etiam Deus tales vos semper esse non vult, insipientes et vestri amantes, ut cum Christo, qui placuit Deo, et ab eo, ut ex san-

A Θεῷ, τίς ἡ αἰτία τοῦ δι' ἄλλων προστατῶν (75) καὶ νομοθεσίας μετὰ τοσαύτας γενεὰς ἀξιοῦν τὸν Θεὸν δικαιοῦσθαι μὲν τοὺς ἀπὸ Ἀβραὰμ μέχρι Μωϋσέως διὰ περιτομῆς, τοὺς δὲ ἀπὸ Μωϋσέως καὶ διὰ περιτομῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἐντολῶν, τουτέστι σαββάτου, καὶ θυσιῶν, καὶ σποδῶν (76), καὶ προσφορῶν, εἰ μή, ὡς προείρηται ὑπ' ἐμοῦ, ἀποδείξετε, ὅτι διὰ τὸ τὸν Θεὸν, προγνώστην ὄντα, ἐγνωκέναι ἄξιον γενησόμενον τὸν λαὸν ὑμῶν ἐκβληθῆναι ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ μηδένα ἐπιτρέπεσθαι εἰσελθεῖν ἐκεῖ. (Οὐδαμόθεν (77) γὰρ ἀλλαχόθεν ἐστὲ γνωριζόμενοι, ὡς προέφην, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς περὶ τὴν σάρκα περιτομῆς. Οὐδὲ γὰρ Ἀβραὰμ διὰ τὴν περιτομὴν δίκαιος εἶναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐμαρτυρήθη, ἀλλὰ διὰ τὴν πίστιν. Πρὸ τοῦ γὰρ περιτμηθῆναι αὐτὸν εἴρηται περὶ αὐτοῦ οὕτως·

B *Ἐπίστευσε δὲ τῷ Θεῷ Ἀβραὰμ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.* Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ἡμῶν πιστεύοντες τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ περιτομὴν ἔχοντες τὴν ὠφελοῦσαν ἡμᾶς τοὺς κεκτημένους, τουτέστι τῆς καρδίας, δίκαιοι καὶ εὐάρεστοι τῷ Θεῷ ἐλπίζομεν φανῆναι· ἐπειδὴ καὶ ἤδη μεμαρτυρήμεθα διὰ τῶν προφητικῶν λόγων ὑπ' αὐτοῦ.) Τὸ δὲ σαββατίζειν (78), καὶ τὰς προσφορὰς φέρειν κελευσθῆναι ὑμᾶς, καὶ τόπον εἰς ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐπικληθῆναι ἀνασχέσθαι τὸν Κύριον, ἵνα, ὡς εἴρηται, μὴ εἰδωλολατροῦντες καὶ ἀμνημονοῦντες τοῦ Θεοῦ, ἀσεβεῖς καὶ ἄθεοι γένησθε, ὡς ἀεὶ φαίνεσθε γεγενημένοι. (Καὶ ὅτι διὰ ταῦτα ἐνετέταλτο ὁ Θεὸς τὰς περὶ σαββάτων καὶ προσφορῶν ἐντολὰς, προαποδέδεικταί μοι διὰ τῶν προειρημένων· διὰ δὲ τοὺς

C σήμερον ἐλθόντας, καὶ τὰ αὐτὰ σχεδὸν πάντα βούλομαι ἀναλαμβάνειν.) Ἐπεὶ, εἰ μὴ τοῦτό ἐστι, συκοφαντηθήσεται ὁ Θεὸς, ὡς μήτε πρόγνωσιν ἔχων, μήτε τὰ αὐτὰ δίκαια πάντας διδάσκων καὶ εἰδέναι καὶ πράττειν· (πολλαὶ γὰρ γενεαὶ ἀνθρώπων πρὸ Μωϋσέως φαίνονται γεγενημέναι·) καὶ οὐκ ἔστι Λόγος ὁ λέγων (79), ὡς οὐκ ἀληθὴς ὁ Θεὸς καὶ δίκαιος, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κρίσεις, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. Ἐπειδὴ δὲ ἀληθὴς ὁ Λόγος, καὶ Θεὸς ὑμᾶς τοιούτους μὴ εἶναι ἀσυνέτους καὶ φιλαύτους ἀεὶ βούλεται, ὅπως σωθῆτε μετὰ τοῦ Χριστοῦ (80)

[48] Gen. xv, 6.

(75) *Δι' ἄλλων προστατῶν.* Nonnullis videtur legi posse προσταγῶν, sed eos refellit sequens vocabulum νομοθεσίας. Liquet Abraham et Moysem aptissime hic designari.

(76) *Σποδῶν.* Legendum σπονδῶν. THIRLBIUS.

(77) *Οὐδαμόθεν.* Cum sensus absolutus non sit, Langus ante hæc verba apposuit ad conclusionem superioris periodi : « Quid habebitis quod respondeatis? » Sed lucem huic loco afferre conatus sum ope parenthesis, quam tamen in Latina interpretatione servandam non duxi. Sed ut sensum absolverem, supra inserui hæc verba : « calumniis appetetur Deus, » quæ infra occurrunt. — *Εἰ μὴ... ἐκεῖ.* Reposui signum interrogationis. Langus non male subaudit : Τί ἔξετε ἀποκρίνασθαι; « quid habebitis quod respondeatis? » Tales conclusiones in sermone quotidiano sæpe omittere solemus. Perperam Maran. ad sensum absolvendum addit : « Calumniis appetetur Deus » (infra enim : συκοφαντηθήσεται ὁ Θεός), et verba οὐδαμόθεν... ὑπ' αὐτοῦ uncis includit.

D

(78) *Τὸ δὲ σαββατίζειν... ἵνα.* Hic etiam aliquid deesse videbitur, nisi hæc verba referantur ad superiora εἰ μὴ ἀποδείξετε ὅτι. Atque inde patet non sine causa longam hanc parenthesim appositam fuisse.

(79) *Καὶ οὐκ ἔστι λόγος ὁ λέγων.* Corruptissimus locus, cujus tamen non difficilis emendatio. Legendum enim : Καὶ οὐκ ἔστιν ἀληθὴς λόγος ὁ λέγων ὡς ἀληθὴς (vel ἀληθινὸς vel εὐθὺς) ὁ Κύριος καὶ δίκαιος. Hæc variis ex psalmis desumpta sunt. Illud enim, « et omnes viæ ejus judicia, » ex psalmo XXIV, v. 10. Illud « et non est iniquitas in eo, » ex psalmo XCI decerptum. Ita etiam hunc locum CL. THIRLBIUS emendat.

(80) *Μετὰ τοῦ Χριστοῦ.* Cum Christo, ut auctore beatitudinis; quo sensu Paulus I Thessal. IV, 17 : « Et sic semper cum Domino erimus. » Sic etiam supra n. 80 : Εὐφρανθῆναι μετὰ τοῦ Χριστοῦ. Inutilis ergo opera Cl. Thirlbii legentis : Μετὰ τῶν διὰ

Digitized by Google

τοῦ εὐαρεστοῦντος τῷ Θεῷ, καὶ μεμαρτυρημένου, ὡς προέφην, διὰ τῶν ἁγίων προφητικῶν λόγων τὴν ἀπόδειξιν ποιήσας.

93. Τὰ γὰρ ἀεὶ καὶ δι' ὅλου δίκαια καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην παρέχει ἐν παντὶ γένει ἀνθρώπων· καὶ ἔστι πᾶν γένος γνωρίζον, ὅτι μοιχεία κακὸν, καὶ πορνεία, καὶ ἀνδροφονία (81), καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Κἂν πάντες πράττωσιν αὐτὰ, ἀλλ' οὖν γε τοῦ ἐπίστασθαι ἀδικοῦντες, ὅταν πράττωσι ταῦτα, οὐκ ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ, πλὴν ὅσοι ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπεφορημένοι, καὶ ἀνατροφῆς καὶ ἐθῶν φαύλων καὶ νόμων πονηρῶν διαφθαρέντες, τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἀπώλεσαν, μᾶλλον δὲ ἔσβεσαν, ἢ ἐπεσχημένας ἔχουσιν (82). Ἰδεῖν γὰρ ἔστι καὶ τοὺς τοιούτους (83) μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν βουλομένους, ἅπερ αὐτοὶ τοὺς ἄλλους διατιθέασι, καὶ ἐν συνειδήσεσιν ἐχθραῖς ταῦτα ὀνειδίζοντας ἀλλήλοις ἅπερ ἐργάζονται. Ὅθεν μοι δοκεῖ καλῶς εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου Κυρίου καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν δυσὶν ἐντολαῖς πᾶσαν δικαιοσύνην καὶ εὐσέβειαν πληροῦσθαι. Εἰσὶ δὲ αὗται· *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου· καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.* Ὁ γὰρ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, πλήρης θεοσεβοῦς γνώμης ὑπάρχων, οὐδένα ἄλλον τιμήσει θεόν· καὶ ἄγγελον ἐκεῖνον ἂν τιμήσαι Θεοῦ βουλομένου, τὸν ἀγαπώμενον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ. Καὶ ὁ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπῶν, ἅπερ αὐτῷ βούλεται ἀγαθὰ, κἀκείνῳ βουλήσεται· οὐδεὶς δὲ ἑαυτῷ κακὰ βουλήσεται. Ταῦτ' οὖν τῷ πλησίον καὶ εὔξαιτ' ἄν, καὶ ἐργάσαιτο γενέσθαι, ἅπερ καὶ ἑαυτῷ ὁ τὸν πλησίον ἀγαπῶν. Πλησίον δὲ ἀνθρώπου οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ ὁμοιοπαθὲς καὶ λογικὸν ζῶον, ὁ ἄνθρωπος. Διχῇ οὖν τῆς πάσης δικαιοσύνης τετμημένης, πρός τε Θεὸν καὶ ἀνθρώπους, ὅστις, φησὶν ὁ Λόγος, ἀγαπᾷ Κύριον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, δίκαιος ἀληθῶς ἂν εἴη. Ὑμεῖς δὲ οὔτε πρὸς Θεὸν, οὔτε πρὸς τοὺς προφήτας, οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν ἢ ἀγάπην ἔχοντες, οὐδέποτε ἐδείχθητε, ἀλλ' ὡς δείκνυται, καὶ εἰδωλολάτραι πάντοτε, καὶ φονεῖς τῶν δικαίων εὐ-

A ctorum prophetarum sermonibus demonstravi, testimonium accepit, salutem assequamini.'

93. *Eadem justitiæ ratio omnibus tradita. Hanc Christus duobus præceptis comprehendit.* — Nam quæ semper et ubique justa sunt, ac totam justitiam in omni hominum genere exhibet; nec ullum est genus quod ignoret adulterium esse malum et fornicationem et homicidium et quæcunque alia similia. Quæ quidem etiamsi omnes faciant, non tamen assequuntur ut, cum ea faciunt, inique a se fieri ignorent, iis exceptis quicunque impuro spiritu pleni, vel prava institutione, et malis moribus, ac nefariis legibus corrupti naturales notiones amiserunt, vel potius exstinxerunt, aut inhibitas tenent. B Videre enim est etiam ejusmodi homines eadem pati nolle, quæ ipsi aliis faciunt, ac sibi invicem inimica conscientia exprobrare quæ perpetrant. Unde mihi præclare a Domino nostro et Salvatore Jesu Christo dictum videtur, duobus præceptis justitiam omnem et pietatem adimpleri : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex totis viribus tuis, et proximum tuum sicut teipsum [46]. » Nam qui ex toto corde et ex totis viribus diligit Deum, is cum piæ sententiæ plenus sit, nullum alium deum colet, sed tamen angelum etiam illum, Deo jubente, colet, quem ipse Dominus et Deus diligit. Et qui proximum diligit tanquam seipsum, eadem illi bona ac ipse sibi optabit. Nemo autem sibi mala evenire vult. Igitur qui proximum diligit, C eadem illi ac ipse sibi precabitur ac navabit. Proximus autem hominis non alius est, quam illud similibus perpessionibus obnoxium et ratione præditum animal, homo. Bifariam igitur distributa omni justitia, in Deum et homines; quicunque, ait Scriptura, diligit Dominum Deum ex toto corde et ex totis viribus, et proximum ut seipsum, is vere justus fuerit. Vos autem neque **191** in Deum, neque in prophetas, neque in vosmetipsos amorem unquam aut charitatem declarastis, sed semper, ut manifestum est, et simulacrorum cultores et justorum interfectores vos præbuistis; ita ut ipsi

[46] Matth. XXII, 37.

τοῦ Χριστοῦ τούτου εὐαρεστούντων τῷ Θεῷ καὶ μεμαρτυρημένων. Christus est de quo Justinus ex tot prophetarum testimoniis probavit illum a Deo accepisse testimonium.

(81) *Ἀνδροφορία.* Uterque cod. mss. ἀνδρομανία ad marginem.

(82) *Ἠ ἐπεσχημένας ἔχουσιν.* Naturales notiones in ejusmodi hominibus suspensas magis quam penitus exstinctas putat, quia nulla est naturalis legis ignoratio, quæ non facile Christi gratia superetur. Sed, quod maxime observandum est, hanc ignorationem nequaquam a peccato excusat. Nam 1° Multum discriminis ponit inter illam ignorantiam, quæ ex peccato originali, malis institutionibus, et legibus venit, et eam, quam auctori naturæ acceptam referebant hæretici illius ætatis; de postremo hoc genere fatetur, nihil laudi aut vitio reliquum loci futurum, Apol. II, n. 7. At homines qui peccato primi parentis in mortem et fraudem serpen- D tis lapsi sunt, sua quemque culpa peccare declarat supra n. 88. Vid. Apol. I, n. 61. Qui hac laborant ignoratione, eos miseriores putat iis in quibus non oblitterata legis divinæ cognitio. 2° Id discriminis ponit inter Mosaica præscripta et legem divinam, quod ista certis temporibus et locis astricta sint, hæc autem omni tempori et loco et hominum generi imposita sit. 3° Cum Rabbini veniam darent quatuor aut quinque uxorum ducendarum, ac eos, qui ita nubebant, « nihil peccare » contenderent n. 134 et 141, Judæi ab omni prorsus scrupulo in hac Rabbinorum auctoritate acquiescebant. Sed eos peccare et debitum Deo obsequium violare contendit Justinus.

(83) *Τοὺς τοιούτους.* Vocem τοιούτους, quæ deerat in editis, uterque codex ms. suppeditavit. Paulo ante legendum monuit Stephanus ὑπὸ φαύλης ἀνατροφῆς vel ὑπὸ κακῆς ἀνατροφῆς.

Digitized by Google

cisione et sabbatis placuerint Deo, per alios duces et legis institutionem tot elapsis ætatibus Deus justificari voluerit, eos quidem, qui ab Abrahamo ad Moysem fuerunt, per circumcisionem, eos autem qui post Moysem, tum per circumcisionem, tum per alia præcepta, id est, sabbatum, victimas, cineres et dona; calumniis appetetur Deus, nisi, ut jam dixi, id causæ demonstretis fuisse, quod populum vestrum præscius omnium Deus meriturum cognoverit, ut Hierosolymis pelleretur, nec cuiquam eo ingredi liceret. Nulla enim re alia dignoscimini, ut jam dixi, nisi ista carnis circumcisione. Neque enim Abrahamum Deus justum per circumcisionem fuisse testatus est, sed per fidem. Ante enim quam circumcisus esset, ita de eo dictum legimus : « Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam [48]. » Et nos igitur, qui in præputio carnis nostræ credimus Deo per Christum, ac circumcisionem eam habemus, quæ nobis eam adeptis prodest, id est cordis circumcisionem, futurum speramus ut justi et Deo grati reperiamur; si quidem jam etiam ab eo testimonium per propheticos sermones accepimus. Quod autem sabbata servare et munera offerre jussi estis, quodque locum de suo nomine Dominus vocari passus est, nisi id propterea factum demonstretis, ne, ut diximus, ad simulacrorum cultum delapsi ac Dei immemores, impii et athei essetis, quales semper vos fuisse patet. (Atque hanc fuisse causam, cur Deus de sabbatis et donis leges **190** sanciret, a me supra demonstratum est, sed propter eos qui hodie venerunt, eadem pæne omnia repetere volo.) Nisi, inquam, ita sit, calumniis appetetur Deus, quasi nec futurorum præscius sit, nec eamdem omnes justitiam noscere et observare docuerit (multas enim generationes hominum ante Moysem fuisse liquet), nec vera sit Scriptura quæ dicit Deum esse verum et justum, et omnes vias ejus judicia, nec esse iniquitatem in eo. Sed quia vera est Scriptura; etiam Deus tales vos semper esse non vult, insipientes et vestri amantes, ut cum Christo, qui placuit Deo, et ab eo, ut ex san-

A Θεῷ, τίς ἡ αἰτία τοῦ δι' ἄλλων προστατῶν (75) καὶ νομοθεσίας μετὰ τοσαύτας γενεὰς ἀξιοῦν τὸν Θεὸν δικαιοῦσθαι μὲν τοὺς ἀπὸ Ἀβραὰμ μέχρι Μωϋσέως διὰ περιτομῆς, τοὺς δὲ ἀπὸ Μωϋσέως καὶ διὰ περιτομῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἐντολῶν, τουτέστι σαββάτου, καὶ θυσιῶν, καὶ σποδῶν (76), καὶ προσφορῶν, εἰ μή, ὡς προείρηται ὑπ' ἐμοῦ, ἀποδείξετε, ὅτι διὰ τὸ τὸν Θεὸν, προγνώστην ὄντα, ἐγνωκέναι ἄξιον γενησόμενον τὸν λαὸν ὑμῶν ἐκβληθῆναι ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ μηδένα ἐπιτρέπεσθαι εἰσελθεῖν ἐκεῖ. (Οὐδαμόθεν (77) γὰρ ἀλλαχόθεν ἐστὲ γνωριζόμενοι, ὡς προέφην, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς περὶ τὴν σάρκα περιτομῆς. Οὐδὲ γὰρ Ἀβραὰμ διὰ τὴν περιτομὴν δίκαιος εἶναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐμαρτυρήθη, ἀλλὰ διὰ τὴν πίστιν. Πρὸ τοῦ γὰρ περιτμηθῆναι αὐτὸν εἴρηται περὶ αὐτοῦ οὕτως·

B *Ἐπίστευσε δὲ τῷ Θεῷ Ἀβραὰμ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.* Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ἡμῶν πιστεύοντες τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ περιτομὴν ἔχοντες τὴν ὠφελοῦσαν ἡμᾶς τοὺς κεκτημένους, τουτέστι τῆς καρδίας, δίκαιοι καὶ εὐάρεστοι τῷ Θεῷ ἐλπίζομεν φανῆναι· ἐπειδὴ καὶ ἤδη μεμαρτυρήμεθα διὰ τῶν προφητικῶν λόγων ὑπ' αὐτοῦ.) Τὸ δὲ σαββατίζειν (78), καὶ τὰς προσφορὰς φέρειν κελευσθῆναι ὑμᾶς, καὶ τόπον εἰς ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐπικληθῆναι ἀνασχέσθαι τὸν Κύριον, ἵνα, ὡς εἴρηται, μὴ εἰδωλολατροῦντες καὶ ἀμνημονοῦντες τοῦ Θεοῦ, ἀσεβεῖς καὶ ἄθεοι γένησθε, ὡς ἀεὶ φαίνεσθε γεγενημένοι. (Καὶ ὅτι διὰ ταῦτα ἐνετέταλτο ὁ Θεὸς τὰς περὶ σαββάτων καὶ προσφορῶν ἐντολὰς, προαποδέδεικταί μοι διὰ τῶν προειρημένων· διὰ δὲ τοὺς

C σήμερον ἐλθόντας, καὶ τὰ αὐτὰ σχεδὸν πάντα βούλομαι ἀναλαμβάνειν.) Ἐπεὶ, εἰ μὴ τοῦτό ἐστι, συκοφαντηθήσεται ὁ Θεὸς, ὡς μήτε πρόγνωσιν ἔχων, μήτε τὰ αὐτὰ δίκαια πάντας διδάσκων καὶ εἰδέναι καὶ πράττειν· (πολλαὶ γὰρ γενεαὶ ἀνθρώπων πρὸ Μωϋσέως φαίνονται γεγενημέναι·) καὶ οὐκ ἔστι Λόγος ὁ λέγων (79), ὡς οὐκ ἀληθὴς ὁ Θεὸς καὶ δίκαιος, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κρίσεις, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. Ἐπειδὴ δὲ ἀληθὴς ὁ Λόγος, καὶ Θεὸς ὑμᾶς τοιούτους μὴ εἶναι ἀσυνέτους καὶ φιλαύτους ἀεὶ βούλεται, ὅπως σωθῆτε μετὰ τοῦ Χριστοῦ (80)

[48] Gen. xv, 6.

(75) *Δι' ἄλλων προστατῶν.* Nonnullis videtur legi posse προσταγῶν, sed eos refellit sequens vocabulum νομοθεσίας. Liquet Abraham et Moysem aptissime hic designari.

(76) *Σποδῶν.* Legendum σπονδῶν. THIRLBIUS.

(77) *Οὐδαμόθεν.* Cum sensus absolutus non sit, Langus ante hæc verba apposuit ad conclusionem superioris periodi : « Quid habebitis quod respondeatis? » Sed lucem huic loco afferre conatus sum ope parenthesis, quam tamen in Latina interpretatione servandam non duxi. Sed ut sensum absolverem, supra inserui hæc verba : « calumniis appetetur Deus, » quæ infra occurrunt. — *Εἰ μὴ... ἐκεῖ.* Reposui signum interrogationis. Langus non male subaudit : Τί ἔξετε ἀποκρίνασθαι; « quid habebitis quod respondeatis? » Tales conclusiones in sermone quotidiano sæpe omittere solemus. Perperam Maran. ad sensum absolvendum addit : « Calumniis appetetur Deus » (infra enim : συκοφαντηθήσεται ὁ Θεός), et verba οὐδαμόθεν... ὑπ' αὐτοῦ uncis includit.

(78) *Τὸ δὲ σαββατίζειν... ἵνα.* Hic etiam aliquid deesse videbitur, nisi hæc verba referantur ad superiora εἰ μὴ ἀποδείξετε ὅτι. Atque inde patet non sine causa longam hanc parenthesim appositam fuisse.

(79) *Καὶ οὐκ ἔστι λόγος ὁ λέγων.* Corruptissimus locus, cujus tamen non difficilis emendatio. Legendum enim : Καὶ οὐκ ἔστιν ἀληθὴς λόγος ὁ λέγων ὡς ἀληθὴς (vel ἀληθινὸς vel εὐθὺς) ὁ Κύριος καὶ δίκαιος. Hæc variis ex psalmis desumpta sunt. Illud enim, « et omnes viæ ejus judicia, » ex psalmo xxiv, v. 10. Illud « et non est iniquitas in eo, » ex psalmo xci decerptum. Ita etiam hunc locum CL. THIRLBIUS emendat.

(80) *Μετὰ τοῦ Χριστοῦ.* Cum Christo, ut auctore beatitudinis; quo sensu Paulus I Thessal. iv, 17 : « Et sic semper cum Domino erimus. » Sic etiam supra n. 80 : Εὐφρανθῆναι μετὰ τοῦ Χριστοῦ. Inutilis ergo opera Cl. Thirlbii legentis : Μετὰ τῶν διὰ

Digitized by Google

τοῦ εὐαρεστοῦντος τῷ Θεῷ, καὶ μεμαρτυρημένου, ὡς προέφην, διὰ τῶν ἁγίων προφητικῶν λόγων τὴν ἀπόδειξιν ποιήσας.

93. Τὰ γὰρ ἀεὶ καὶ δι' ὅλου δίκαια καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην παρέχει ἐν παντὶ γένει ἀνθρώπων· καὶ ἔστι πᾶν γένος γνωρίζον, ὅτι μοιχεία κακὸν, καὶ πορνεία, καὶ ἀνδροφονία (81), καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Κἂν πάντες πράττωσιν αὐτὰ, ἀλλ' οὖν γε τοῦ ἐπίστασθαι ἀδικοῦντες, ὅταν πράττωσι ταῦτα, οὐκ ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ, πλὴν ὅσοι ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπεφορημένοι, καὶ ἀνατροφῆς καὶ ἐθῶν φαύλων καὶ νόμων πονηρῶν διαφθαρέντες, τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἀπώλεσαν, μᾶλλον δὲ ἔσβεσαν, ἢ ἐπεσχημένας ἔχουσιν (82). Ἰδεῖν γὰρ ἔστι καὶ τοὺς τοιούτους (83) μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν βουλομένους, ἅπερ αὐτοὶ τοὺς ἄλλους διατιθέασι, καὶ ἐν συνειδήσει ἐχθραῖς ταῦτα ἀνειδίζοντας ἀλλήλοις ἅπερ ἐργάζονται. Ὅθεν μοι δοκεῖ καλῶς εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου Κυρίου καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν δυσὶν ἐντολαῖς πᾶσαν δικαιοσύνην καὶ εὐσέβειαν πληροῦσθαι. Εἰσὶ δὲ αὗται· *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου· καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.* Ὁ γὰρ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, πλήρης θεοσεβοῦς γνώμης ὑπάρχων, οὐδένα ἄλλον τιμήσει θεόν· καὶ ἄγγελον ἐκεῖνον ἂν τιμήσαι Θεοῦ βουλομένου, τὸν ἀγαπώμενον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ. Καὶ ὁ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπῶν, ἅπερ αὐτῷ βούλεται ἀγαθὰ, κἀκείνῳ βουλήσεται· οὐδεὶς δὲ ἑαυτῷ κακὰ βουλήσεται. Ταῦτ' οὖν τῷ πλησίον καὶ εὔξαιτ' ἂν, καὶ ἐργάσαιτο γενέσθαι, ἅπερ καὶ ἑαυτῷ ὁ τὸν πλησίον ἀγαπῶν. Πλησίον δὲ ἀνθρώπου οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ ὁμοιοπαθὲς καὶ λογικὸν ζῶον, ὁ ἄνθρωπος. Διχῇ οὖν τῆς πάσης δικαιοσύνης τετμημένης, πρός τε Θεὸν καὶ ἀνθρώπους, ὅστις, φησὶν ὁ Λόγος, ἀγαπᾷ Κύριον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, δίκαιος ἀληθῶς ἂν εἴη. Ὑμεῖς δὲ οὔτε πρὸς Θεὸν, οὔτε πρὸς τοὺς προφήτας, οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν ἢ ἀγάπην ἔχοντες, οὐδέποτε ἐδείχθητε, ἀλλ' ὡς δείκνυται, καὶ εἰδωλολάτραι πάντοτε, καὶ φονεῖς τῶν δικαίων εὐ-

A etorum prophetarum sermonibus demonstravi, testimonium accepit, salutem assequamini.'

93. *Eadem justitiæ ratio omnibus tradita. Hanc Christus duobus præceptis comprehendit.* — Nam quæ semper et ubique justa sunt, ac totam justitiam in omni hominum genere exhibet; nec ullum est genus quod ignoret adulterium esse malum et fornicationem et homicidium et quæcunque alia similia. Quæ quidem etiamsi omnes faciant, non tamen assequuntur ut, cum ea faciunt, inique a se fieri ignorent, iis exceptis quicunque impuro spiritu pleni, vel prava institutione, et malis moribus, ac nefariis legibus corrupti naturales notiones amiserunt, vel potius exstinxerunt, aut inhibitas tenent. B Videre enim est etiam ejusmodi homines eadem pati nolle, quæ ipsi aliis faciunt, ac sibi invicem inimica conscientia exprobrare quæ perpetrant. Unde mihi præclare a Domino nostro et Salvatore Jesu Christo dictum videtur, duobus præceptis justitiam omnem et pietatem adimpleri : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex totis viribus tuis, et proximum tuum sicut teipsum [46]. » Nam qui ex toto corde et ex totis viribus diligit Deum, is cum piæ sententiæ plenus sit, nullum alium deum colet, sed tamen angelum etiam illum, Deo jubente, colet, quem ipse Dominus et Deus diligit. Et qui proximum diligit tanquam seipsum, eadem illi bona ac ipse sibi optabit. Nemo autem sibi mala evenire vult. Igitur qui proximum diligit, C eadem illi ac ipse sibi precabitur ac navabit. Proximus autem hominis non alius est, quam illud similibus perpessionibus obnoxium et ratione præditum animal, homo. Bifariam igitur distributa omni justitia, in Deum et homines; quicunque, ait Scriptura, diligit Dominum Deum ex toto corde et ex totis viribus, et proximum ut seipsum, is vere justus fuerit. Vos autem neque **191** in Deum, neque in prophetas, neque in vosmetipsos amorem unquam aut charitatem declarastis, sed semper, ut manifestum est, et simulacrorum cultores et justorum interfectores vos præbuistis; ita ut ipsi

[46] Matth. xxii, 37.

τοῦ Χριστοῦ τούτου εὐαρεστούντων τῷ Θεῷ καὶ μεμαρτυρημένων. Christus est de quo Justinus ex tot prophetarum testimoniis probavit illum a Deo accepisse testimonium.

(81) *Ἀνδροφονία.* Uterque cod. mss. ἀνδρομανία ad marginem.

(82) *Ἠ ἐπεσχημένας ἔχουσιν.* Naturales notiones in ejusmodi hominibus suspensas magis quam penitus exstinctas putat, quia nulla est naturalis legis ignoratio, quæ non facile Christi gratia superetur. Sed, quod maxime observandum est, hanc ignorationem nequaquam a peccato excusat. Nam 1° Multum discriminis ponit inter illam ignorantiam, quæ ex peccato originali, malis institutionibus, et legibus venit, et eam, quam auctori naturæ acceptam referebant hæretici illius ætatis; de postremo hoc genere fatetur, nihil laudi aut vitio reliquum loci futurum, Apol. II, n. 7. At homines qui peccato primi parentis in mortem et fraudem serpentis lapsi sunt, sua quemque culpa peccare declarat supra n. 88. Vid. Apol. I, n. 61. Qui hac laborant ignoratione, eos miseriores putat iis in quibus non oblitterata legis divinæ cognitio. 2° Id discriminis ponit inter Mosaica præscripta et legem divinam, quod ista certis temporibus et locis astricta sint, hæc autem omni tempori et loco et hominum generi imposita sit. 3° Cum Rabbini veniam darent quatuor aut quinque uxorum ducendarum, ac eos, qui ita nubebant, « nihil peccare » contenderent n. 134 et 141, Judæi ab omni prorsus scrupulo in hac Rabbinorum auctoritate acquiescebant. Sed eos peccare et debitum Deo obsequium violare contendit Justinus.

(83) *Τοὺς τοιούτους.* Vocem τοιούτους, quæ deerat in editis, uterque codex ms. suppeditavit. Paulo ante legendum monuit Stephanus ὑπὸ φαύλης ἀνατροφῆς vel ὑπὸ κακῆς ἀνατροφῆς.

Digitized by Google

etiam Christo manus intuleritis, atque hactenus in vestra permaneatis nequitia, diris etiam eos agentes, qui eum quem crucifixistis, Christum esse demonstrant. Ad hæc etiam illum, ut Dei inimicum et maledictum, in crucem actum esse conamini demonstrare; quod sane alieni a ratione animi vestri opus est. Nam cum ex signis a Moyse factis intelligendi copiam habeatis eum esse Christum; non modo non vultis, sed etiam in angustias nos conjici posse existimantes, quæstiones ponitis quæcunque in mentem veniunt, nec tamen ipsi habetis quod dicatis, si quem firmiorem Christianum offenderitis.

94. *Quo sensu maledictus qui pendet in ligno.* — Dicite enim mihi: Nonne Deus est, qui per Moysen præcepit, ne qua imago aut simulacrum sive eorum quæ in cœlo sursum, sive eorum quæ in terra sunt deorsum, omnino effingeretur? et tamen ipse in solitudine per Moysem effecit, ut serpens æneus fieret, eumque signo imposuit, quo signo servabantur, qui a serpentibus morsi fuerant, nec ullam injustitiæ culpam sustinet. Per hanc enim rem mysterium illud, ut supra dixi, prædicabat, quo serpentis quidem illius, cujus opera prævaricatio etiam sub Adamo inducta, potestatem sese dissoluturum prædicabat; credentibus autem in eum qui per hoc signum, id est per crucem, passurus erat, salutem ex morsibus serpentis, qui nihil aliud sunt quam pravæ actiones, simulacrorum cultus et alia injusta facta; nuntiabat. Nisi enim ita res intelligatur, rationem date

A ρίσκεσθε, ὡς καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν ὑμᾶς, καὶ μέχρι νῦν ἐπιμένειν τῇ κακίᾳ ὑμῶν, καταρωμένους καὶ τῶν τοῦτον τὸν ἐσταυρωμένον ὑφ' ὑμῶν ἀποδεικνύντων εἶναι τὸν Χριστόν. Καὶ πρὸς τούτοις ἐκεῖνον μὲν ὡς ἐχθρὸν Θεοῦ καὶ κατηραμένον ἀξιοῦτε ἀποδεικνύναι ἐσταυρῶσθαι· ὅπερ τῆς ἀλογίστου ὑμῶν γνώμης ἔργον ἐστίν. Ἔχοντες γὰρ ἀφορμὰς ἀπὸ τῶν γενομένων σημείων (84) διὰ Μωϋσέως συνιέναι ὅτι οὗτός ἐστιν, οὐ βούλεσθε, ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτοις, ἡμᾶς ἀλογεῖν δύνασθαι ὑπολαμβάνοντες, συζητεῖτε ὅπερ ὑμῖν συμβαίνει, καὶ ὑμεῖς ἀπορεῖτε λόγων, ὅταν εὐτόνῳ τινὶ Χριστιανῷ συμβάλητε.

B 94. Εἴπατε γάρ μοι· Οὐχὶ Θεὸς ἦν ὁ ἐντειλάμενος διὰ Μωϋσέως, μήτε εἰκόνα μήτε ὁμοίωμα μήτε τῶν ἐν οὐρανῷ ἄνω, μήτε τῶν ἐπὶ γῆς ὅλως ποιῆσαι, καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ τοῦ Μωϋσέως τὸν χαλκοῦν ὄφιν ἐνήργησε γενέσθαι, καὶ ἐπὶ σημεῖον ἔστησε (85), δι' οὗ σημείου ἐσώζοντο οἱ ὀφιόδηκτοι; καὶ ἀναίτιός ἐστιν ἀδικίας. Μυστήριον γὰρ διὰ τούτου, ὡς προέφην, ἐκήρυσσε, δι' οὗ καταλύειν μὲν τὴν δύναμιν τοῦ ὄφεως τοῦ καὶ τὴν παράβασιν ὑπὸ τοῦ Ἀδὰμ γενέσθαι ἐργασαμένου ἐκήρυσσε· σωτηρίαν δὲ τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τοῦτον τὸν διὰ τοῦ σημείου τούτου, τουτέστι τὸν σταυροῦσθαι μέλλοντα, ἀπὸ τῶν δηγμάτων τοῦ ὄφεως, ἅπερ εἰσὶν αἱ κακαὶ πράξεις, εἰδωλολατρεῖαι, καὶ ἄλλαι ἀδικίαι. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο νοηθήσεται, δότε μοι λόγον ὅτου χάριν τὸν χαλκοῦν ὄφιν Μωϋσῆς ἐπὶ σημείου (86) ἔστησε,

C καὶ προσβλέπειν (87) αὐτὸν (88) τοὺς δακνομένους

(84) *Σημείων.* Nempe æneo serpente et manibus ad profligandum Amalec in crucis morem extensis. Miracula a Moyse edita interpretes hic prorsus immerito obtrudunt. Res per se manifesta confirmatur ex his quæ in eamdem sententiam leguntur n. 90.

(85) *Ἐπὶ σημεῖον ἔστησε.* Vertendum duxi, « signo imposuit, » id est cruci. Nam signi nomine crucem intelligit Justinus, et serpentem æneum cruci impositum fuisse existimat, ut etiam observavi in not. ad n. 60 Apol. I. Hoc ipso in loco idem declarat his verbis: « In eum qui per hoc signum, id est per crucem, erat passurus. » Eadem habet vetus Barnabæ interpres. Sic enim legimus n. 13: « Ipse Moyses, qui præceperat: *Non erit vobis conflatile, neque sculptile*, ipse fecit serpentem æneum, ut figuram Jesu ostenderet, et posuit in cruce. » Legebat ergo ἐπὶ σημείου. At hodie in textu desunt hæc verba, ac tantum legimus, καὶ τίθησιν ἐνδόξως, « et gloriosè collocat. » Justini opinionis ascriptorem ac verborum imitatorem habemus Tertullianum, qui in lib. *adv. Judæos* sic loquitur cap. 11: « Idem rursus Moyses post interdictam omnis rei similitudinem, cur æneum serpentem ligno impositum, pendentis habitu in spectaculum Israeli salutare proposuit, eo tempore quo a serpentibus post idololatriam exterminabantur? Nisi quod hic Dominicam crucem intentabat qua serpens diabolus publicabatur, et læso cuique ab ejusmodi colubris, id est, angelis ejus, a delictorum peccantia ad Christi crucis sacramenta intento, salus efficiebatur? Nam qui illam tunc respiciebat, a morsu serpentium liberabatur. » Vix dubium est quin legendum non sit « serpentem ligno impositum, » sed, ut apud Justinum, « serpentem signo impositum. » 1° Tertullianus Scripturæ verba ἐπὶ σημείου Latine reddit. Cur ergo « ligno impositum » reddidisset potius quam « signo; » cum præsertim signum, ut observavimus ad Apol. I sæpe crucem significet? 2° Justinus in eodem loco Apologiæ I ipsam crucem æream fuisse indicat. Non erat ergo cur Tertullianus, qui eum imitatur, lignum hic obtruderet.

(86) *Ἐπὶ σημείου.* Ita duo mss. codices. Editi ἐπὶ σημεῖον.

(87) *Προσβλέπειν.* R. Stephanus et codices mss. προβλέπειν. Sed tamen retinui προσβλέπειν, ut habetur in editionibus Græco-Latinis, atque ut legendum esse quisque perspicit.

D (88) *Αὐτόν.* Duo mss. codices habent αὐτῷ ad marginem. Si hanc scripturam sequamur, ita verti poterit: « Serpentem æneum Moyses signo » (id est cruci) imposuit, ac jussit ut illud respicerent qui morsi fuerant. Ita videtur legisse Tertullianus, ut patet ex his illius verbis modo citatis: « Nam qui illam aspiciebat, a morsu serpentium liberabatur. » Sed tamen nihil mutandum duxi, tum quia Justinus infra n. 112, sanatos dicit eos qui serpentem intuebantur; tum quia res eodem redit, sive ipsa crux, in qua victus serpens, sive ipse in cruce triumphatus serpens aspiciatur. Etsi serpentem plerique morientis Christi et sanantis figuram fuisse dixerunt, non defuere qui eum diaboli triumphati figuram dicerent. Tertullianus, cujus jam verba retulimus, idem docet in libro *De idololatria*, cap. 5, nempe « effigiem ærei serpentis, suspensi in modum, figuram designasse Dominicæ crucis a serpentibus, id est ab angelis diaboli liberan-

Digitized by Google

ἐκέλευσε, καὶ ἐθεραπεύοντο οἱ δακνόμενοι· καὶ ταῦτα αὐτὸς κελεύσας, μηδενὸς ὅλως ὁμοίωμα ποιεῖν.

A cur Moyses serpentem æneum signo imposuerit, ac jusserit ut eum intuerentur, qui morsibus petiti erant, ex quo etiam illi sanabantur; idque cum ipse sanxisset, ne ullius omnino rei simulacrum fieret.

Καὶ ὁ ἕτερος τῶν τῇ δευτέρᾳ ἀφιγμένων εἶπεν· Ἀληθῶς εἶπας· οὐκ ἔχομεν λόγον διδόναι. Καὶ γὰρ ἐγὼ περὶ τούτου πολλάκις τοὺς διδασκάλους ἠρώτησα, καὶ οὐδείς μοι λόγον ἀπέδωκεν· ὥστε λέγε σὺ ἃ λέγεις· προσέχομεν γάρ σοι μυστήριον ἀποκαλύπτοντι δι' ὧν καὶ τὰ τῶν προφητῶν διδάγματα συκοφαντητά ἐστι.

Hic alius ex illis, qui postridie venerant: Vera inquit, dixisti; rationem afferre non possumus. Nam et ego sæpe ea de re magistros nostros interrogavi, nec quisquam mihi rationem reddidit. Quapropter perge quod dicere instituisti; tibi enim mysterium recludenti attendimus, qua de causa etiam prophetarum oracula calumniis pateant.

Κἀγώ· Ὅνπερ οὖν τρόπον τὸ σημεῖον διὰ τοῦ χαλκοῦ ὄφεως γενέσθαι ὁ Θεὸς ἐκέλευσε, καὶ ἀναίτιός ἐστιν, οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ νόμῳ κατάρα κεῖται κατὰ τῶν σταυρουμένων ἀνθρώπων· οὐκ ἔτι δὲ κατὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ κατάρα κεῖται, δι' οὗ σώζει πάντας τοὺς κατάρας ἄξια πράξαντας.

192 Tum ego: Quemadmodum Deus signum per serpentem æneum fieri jussit, nec tamen in culpa est; sic in lege maledictio posita est in homines crucifixos, nequaquam autem in Christum Dei, per quem omnes, qui res maledictione dignas gesserunt, a Deo salvantur.

95. Καὶ γὰρ πᾶν γένος ἀνθρώπων εὑρεθήσεται ὑπὸ κατάραν ὄν. Κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως ἐπικατάρατος γὰρ εἴρηται πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. Καὶ οὐδεὶς ἀκριβῶς πάντα ἐποίησεν, οὐδ' ὑμεῖς τολμήσετε ἀντειπεῖν· ἀλλ' εἰσὶν οἳ μᾶλλον καὶ ἧττον ἀλλήλων τὰ ἐντεταλμένα ἐφύλαξαν. Εἰ δὲ οἱ ὑπὸ τὸν νόμον τοῦτον ὑπὸ κατάραν φαίνονται εἶναι διὰ τὸ μὴ πάντα φυλάξαι, οὐχὶ πολὺ μᾶλλον πάντα τὰ ἔθνη φανήσονται ὑπὸ κατάραν ὄντα καὶ εἰδωλολατροῦντα, καὶ παιδοφθοροῦντα, καὶ τὰ ἄλλα κακὰ ἐργαζόμενα; Εἰ οὖν καὶ τὸν ἑαυτοῦ Χριστὸν ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων τὰς πάντων κατάρας ἀναδέξασθαι ἐβουλήθη, εἰδὼς ὅτι ἀναστήσει αὐτὸν σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, διά τί ὡς κεκατηραμένου τοῦ ὑπομείναντος κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς βουλὴν ταῦτα παθεῖν τὸν λόγον ποιεῖτε, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἑαυτοὺς θρηνεῖτε; Εἰ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς παθεῖν ταῦτα αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἐνήργησεν, ὑμεῖς οὐχ ὡς γνώμῃ Θεοῦ ὑπηρετοῦντες τοῦτο ἐπράξατε. Οὐδὲ γάρ, τοὺς προφήτας ἀναιροῦντες, εὐσέβειαν εἰργάσασθε. Καὶ μή τις ὑμῶν λεγέτω· Εἰ ὁ Πατὴρ αὐτὸν ἠθέλησε ταῦτα παθεῖν, ἵνα τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἴασις γένηται τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲν ἠδικήσαμεν. Εἰ μὲν οὖν μετανοοῦντες ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, καὶ ἐπιγνόντες τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ φυλάσσοντες αὐτοῦ τὰς ἐντολὰς, ταῦτα φήσετε (89), ἄφεσις ὑμῖν τῶν ἁμαρτιῶν ὅτι ἔσται, προεῖπον· εἰ δὲ αὐτοῦ τε ἐκείνου, καὶ τῶν εἰς ἐκεῖνον πιστευόντων καταρᾶσθε, καὶ ὁπόταν ἐξουσίαν ἔχητε, ἀναιρεῖτε, πῶς οὐχὶ καὶ τὸ ἐκείνῳ ἐπιβεβλημένον τὰς χεῖρας ὑμῶν, ὡς παρὰ ἀδίκων καὶ ἁμαρτωλῶν, καὶ μέχρις ὅλου σκληροκαρδίων καὶ ἀσυνέτων ἐζητηθήσεται;

95. *Christus maledictionem nobis debitam in se suscepit.* — Nam omne humanum genus maledictioni obnoxium reperietur. Maledictus enim secundum legem Moysis dictus est, quisquis « non permanet in eis quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea [97]. » Nemo certe omnia accurate observavit (neque id vos negare audebitis), sed alii aliis plus aut minus præcepta observarunt. Quod si eos, qui sub hac lege sunt, sub maledictione esse patet, quod non omnia observaverint; an non multo magis patebit gentes omnes, quæ simulacra colunt, pueris stupra inferunt, et alia nefarie faciunt, sub maledictione esse? Igitur si pro hominibus ex omni genere suum etiam Christum Parens universorum maledictiones omnium in se suscipere voluit, cum futurum sciret, ut eum crucifixum et mortuum excitaret ad vitam; cur de eo, qui secundum Patris voluntatem hæc pati non refugit, quasi is maledictus fuisset, ita loquimini, ac non potius vosmetipsos lugetis? Etsi enim ab ipso etiam illius Patre perfectum est, ut hæc pro humano genere pateretur, nequaquam vos id fecistis, ut Dei consilio inserviretis: neque enim in prophetis occidendis pietatem coluistis. Nec quisquam ex vobis dicat: Si voluit Pater hæc eum pati, ut ejus livore genus humanum sanaretur, nihil nos iniqui fecimus. Quod si hæc ita dicetis, ut vos eorum quæ peccastis pœniteat, atque hunc Christum esse agnoscatis, ejusque mandata servetis; jam dixi [98] futuram vobis peccatorum remissionem. Sed si et ipsum illum et eos, qui in illum credunt, diris agatis, et cum facultas aderit, occidatis: quomodo non etiam ob illatas ei manus pœnæ a vobis, ut ab injustis et peccatoribus et corde omnino obduratis et insipientibus, repetentur?

[97] Deut. xxvii, 26. [98] supra n. 47.

turæ nos, dum per semetipsam diabolum, id est serpentem interfectum suspendit. » Hinc serpens non Christi τύπος sed ἀντίτυπος apud Gregorium Naz. orat. 42. pag. 692, et Stephanum Gobarum, Phot. cod. 252, quæst. 46.

(89) *Ταῦτα φήσετε.* Nempe Deum Patrem voluisse Christum hæc pati, ut livore ejus sanaremur. At nequaquam Judæis concedit, ut se occidendo Christo nihil peccasse dicant.

Digitized by Google

96. *Maledictio illa prædictio fuit eorum quæ Judæi facturi erant.* — Nam quod in lege dictum est, « Maledictus omnis qui pendet in ligno [49], » non quod Deus maledicat huic crucifixo, spem nostram ex hoc Christo crucifixo suspensam confirmat, sed quod prædicat Deus id quod vos omnes, et qui vestri similes sunt, hunc esse qui ante omnia est, et æternus Dei sacerdos et rex et Christus est, Ignorantes, facturi eratis. Quod quidem licet vel ipsis oculis factum videatis. Vos enim in synagogis vestris maledicitis omnibus, qui ab eo facti sunt Christiani; idemque faciunt cæteræ gentes, quæ ipsam maledictionem in rem conferunt, necem inferentes, si quis tantum fateatur se esse Christianum. Quibus omnibus dicimus : **193** Fratres nostri estis; quin potius Dei veritatem cognoscite. Cum autem nec vos nec illos flectamus, sed utrique a nobis dimicatione contendatis, ut nomen Christi negemus; mortem potius eligimus et perferimus, minime dubii quin Deus quæcunque bona per Christum promisit, ea nobis præstiturus sit. Ad hæc omnia pro vobis oramus, ut Christus vestri misereatur. Is enim etiam pro inimicis precari docuit his verbis : « Diligite inimicos vestros : estote benigni et misericordes, sicut et Pater vester cœlestis [50]. » Omnipotentem enim Deum videmus benignum esse et misericordem, solem suum super ingratos pariter et justos oriri facientem, ac super sanctos et improbos pluentem, quos omnes judicaturum quoque se esse docuit.

97. *Aliæ crucis Christi prædictiones.* — Neque etiam illud temere factum est, ut propheta Moyses, sustinentibus ejus manus Or et Aaron, in hoc statu ad vesperam usque permaneret. Nam et Dominus fere usque ad vesperam in ligno mansit, et ad vesperam sepelierunt eum, deinde resurrexit tertia die. Quod ipsum Davidis voce ita prædicatum fuerat : « Voce mea ad Dominum clamavi, et exaudivit me de monte sancto suo. Ego dormivi et soporatus sum : exsurrexi quia Dominus suscepit me [51]. » Ac per Isaiam similiter quo mortis genere obiturus esset, ita prænuntiatum : « Expandi manus meas ad populum incredulum et contradicentem, ambulantem in via non bona [52]. » Eum autem

96. Καὶ γὰρ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ νόμῳ, « ὅτι ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, » οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ καταρωμένου τούτου τοῦ ἐσταυρωμένου, ἡμῶν τονοῦ τὴν ἐλπίδα ἐκκρεμαμένην ἀπὸ τοῦ σταυρωθέντος Χριστοῦ, ἀλλ' ὡς προειπόντος τοῦ Θεοῦ τὸ ὑφ' ὑμῶν (90) πάντων καὶ τῶν ὁμοίων ὑμῖν μὴ ἐπιστάμενον (91) τοῦτον εἶναι τὸν πρὸ πάντων ὄντα, καὶ αἰώνιον τοῦ Θεοῦ ἱερέα, καὶ βασιλέα, καὶ Χριστὸν, μέλλοντα γίνεσθαι. Ὅπερ καὶ ὄψει ἰδεῖν ὑμῖν ἔστι γινόμενον. Ὑμεῖς γὰρ ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν καταρᾶσθε πάντων τῶν ἀπ' ἐκείνου γενομένων (92) Χριστιανῶν, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη ἃ καὶ ἐνεργῇ τὴν κατάραν ἐργάζονται, ἀναιροῦντα τοὺς μόνον ὁμολογοῦντας ἑαυτοὺς εἶναι Χριστιανούς· οἷς ἡμεῖς ἅπασι λέγομεν· Ὅτι ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐστε· ἐπίγνωτε μᾶλλον τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ μὴ πειθομένων ἡμῖν μήτε ἐκείνων μήτε ὑμῶν, ἀλλὰ ἀρνεῖσθαι ἡμᾶς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἀγωνιζομένων, θανατοῦσθαι μᾶλλον αἱρούμεθα καὶ ὑπομένομεν, πεπεισμένοι, ὅτι πάνθ' ὅσα ὑπέσχηται ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἀγαθὰ, ἀποδώσει ἡμῖν. Καὶ πρὸς τούτοις πᾶσιν εὐχόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν, ἵνα ἐλεηθῆτε ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ. Οὕτος γὰρ ἐδίδαξεν ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὔχεσθαι, εἰπών· « Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· γίνεσθε χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. » Καὶ γὰρ τὸν παντοκράτορα Θεὸν χρηστὸν καὶ οἰκτίρμονα ὁρῶμεν, τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλοντα ἐπὶ ἀχαρίστους καὶ δικαίους, καὶ βρέχοντα ἐπὶ ὁσίους καὶ πονηρούς· οὓς πάντας ὅτι καὶ κρίνειν μέλλει, ἐδίδαξε.

97. Καὶ γὰρ οὐδὲ τὸ μέχρις ἑσπέρας μεῖναι τὸν προφήτην Μωϋσῆν, ὅτε τὰς χεῖρας αὐτοῦ ὑπεβάσταζον Ὢρ καὶ Ἀαρὼν, ἐπὶ τοῦ σχήματος τούτου εἰκῇ γέγονε. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος σχεδὸν μέχρις ἑσπέρας ἔμεινεν ἐπὶ τοῦ ξύλου, καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔθαψαν αὐτόν· εἶτα ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Τοῦτο διὰ Δαβὶδ οὕτως ἐκπεφώνητο· « Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα· ἐξηγέρθην, ὅτι Κύριος ἀντελάβετό μου. » Καὶ διὰ Ἡσαΐου ὁμοίως εἴρητο περὶ τούτου, δι' οὗ τρόπου ἀποθνήσκειν ἔμελλεν, οὕτως· « Ἐξεπέτασά μου τὰς χεῖρας ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα τοῖς πορευομένοις (93) ἐν ὁδῷ οὐ καλῇ. » Καὶ ὅτι ἔμελλεν ἀνίστασθαι, αὐτὸς Ἡσαΐας

[49] Deut. XXI, 23. [50] Luc. VI, 35. [51] Psal. III, 5. [52] Isa. LXV, 2.

(90) *Τὸ ὑφ' ὑμῶν*, etc. Jam duas explicationes testimonii a Judæis objecti subjecerat, nunc tertiam adjungit. Contendebat primo illud, « Maledictus omnis qui pendet a ligno, » itidem ut Mosaica instituta, ita exponendum esse, ut nequaquam in sola littera hæreamus. 2° Fatetur ad Christum referri posse, quatenus in se suscepit maledictionem, in quam Judæi et gentes inciderant. 3° Nunc iisdem verbis prædictionem eorum, quæ Judæi in Christianos commissuri erant, contineri demonstrat.

(91) *Μὴ ἐπιστάμενον*. Si sequamur vulgatam scripturam, ita reddendum erit : « Sed quod Deus prædixerit id quod a vobis omnibus et ab iis, qui vobis similes sunt, ignoratur, hunc scilicet eum esse, qui ante omnia est, et æternus Dei sacerdos et Rex et Christus futurus erat; quod quidem vobis etiam oculis cernere licet. Vos enim in synagogis vestris, » etc. Sed cum illud ἐπιστάμενον passive sumi non debeat; cumque præterea prædictio hic memorata nimium generalis foret et a Justini proposito remotior; nullus dubito quin legendum sit : Τὸ ὑφ' ὑμῶν πάντων καὶ τῶν ὁμοίων ὑμῖν μὴ ἐπισταμένων.... μέλλον γίνεσθαι. Quod quidem quam apte hæreat cum proposito S. martyris perspici potest ex Latina interpretatione. Ita etiam emendat Cl. Thirlbius.

(92) *Γενομένων*. Observat Sylburgius legi posse λεγομένων. Sed nihil prorsus mutandum videtur. Sæpe Justinus hac loquendi ratione utitur. Vid. n. 123 et 138.

(93) *Τοῖς πορευομένοις*. Ita legitur in Bibliis et supra n. 24, et *Apol.* I, n. 35 et 37. Observat R. Stephanus legi in exemplari πονηρευομένοις.

Digitized by Google

ἐφη· « Ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἤρται (94) ἐκ τοῦ μέσου· καὶ δώσω τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. » Καὶ ἐν ἄλλοις πάλιν λόγοις Δαβὶδ εἰς τὸ πάθος καὶ τὸν σταυρὸν ἐν παραβολῇ μυστηριώδει οὕτως εἶπεν ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ· « Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. » Ὅτε γὰρ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, ἐμπήσσοντες τοὺς ἥλους, τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὤρυξαν· καὶ οἱ σταυρώσαντες αὐτὸν ἐμέρισαν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἑαυτοῖς, λαχμὸν βάλλοντες ἕκαστος κατὰ τὴν τοῦ κλήρου ἐπιβολὴν, ὃ ἐκλέξασθαι ἐβεβούλητο (95). Καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν ψαλμὸν (96) οὐκ εἰς τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαι λέγετε, κατὰ πάντα τυφλώττοντες, καὶ μὴ συνιέντες ὅτι οὐδεὶς ἐν τῷ γένει ὑμῶν λεχθείς ποτε βασιλεὺς Χριστὸς (97), πόδας καὶ χεῖρας ὠρύγη ζῶν, καὶ διὰ τούτου τοῦ μυστηρίου ἀποθανὼν, τουτέστι τοῦ σταυρωθῆναι, εἰ μὴ μόνος οὗτος ὁ Ἰησοῦς.

98. Καὶ τὸν πάντα δὲ ψαλμὸν εἴποιμι ἄν, ὅπως καὶ τὸ πρὸς τὸν Πατέρα εὐσεβὲς αὐτοῦ ἀκούσητε, καὶ ὡς εἰς ἐκεῖνον πάντα ἀναφέρει, ὡς αὐτὸς δι' ἐκείνου καὶ σωθῆναι ἀπὸ τοῦ θανάτου τούτου αἰτῶν, ἅμα τε δηλῶν ἐν τῷ ψαλμῷ ὁποῖοι ἦσαν οἱ ἐπισυνιστάμενοι κατ' αὐτοῦ, καὶ ἀποδεικνύων, ὅτι ἀληθῶς γέγονεν ἄνθρωπος ἀντιληπτικῶς παθῶν (98). Ἔστι δὲ οὕτως· « Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι· ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. Ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας πρὸς σὲ, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ· καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν· ἤλπισαν, καὶ ἐρύσω (99) αὐτούς. Πρὸς σὲ ἐκέκραξαν, καὶ ἐσώθησαν· ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. Πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με, καὶ ἐλάλησαν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν· Ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον· ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρὸς, ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου· ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας. Ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου Θεός μου εἶ σύ· μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι θλῖψις ἐγγὺς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι. Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοὶ, ταῦροι πίονες περιέσχον με. Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Ἐγε-

A resurrecturum idem Isaias ait : « Sepultura ejus sublata est e medio, et dabo divites pro morte ipsius [93]. » Rursus alibi David de passione et cruce sic per arcanam similitudinem locutus est in vicesimo primo psalmo [94] : « Foderunt manus meas et pedes meos : dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me : diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. » Nam cum eum crucifixerunt, fixis clavis manus ejus et pedes foderunt ; et qui eum crucifixerant, diviserunt sibi vestimenta ejus, et alea jacta, quod quisque eligere voluerat, id sorti subjecerunt. Atque hunc ipsum psalmum in Christum negatis esse dictum, in omnibus cæcutientes, nec intelligentes nullum unquam in vestro genere regem aut Christum appellatum fuisse, qui pedes et manus vivus perfoderetur, et per hoc mysterium moreretur, id est crucifigeretur, præter hunc solum Jesum.

98. *Christi prædictiones in psalmo* XXI. — Ac totum quidem psalmum proferam, ut et illius in Patrem pietatem audiatis, et quomodo omnia ad eum referat, seque per eum etiam ab hac morte servari petat ; simul in psalmo declarans quales essent qui in eum insurrexere, seque vere hominem factum fuisse, perpessiones sentientem, demonstrans. Sic autem se habet psalmus : « Deus, Deus meus, respice in me ; quare dereliquisti me ? Longe a salute mea verba delictorum meorum. Deus meus, **194** clamabo ad te per diem, et non exaudies, et nocte, et non ad ignorantiam mihi. Tu autem in sancto habitas, laus Israel. In te speraverunt patres nostri : speraverunt, et liberasti eos. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt ; in te speraverunt, et non sunt confusi. Ego autem sum vermis et non homo ; opprobrium hominum, et abjectio populi. Omnes qui conspiciebant me, subsannaverunt me, et locuti sunt labiis, moverunt caput : Speravit in Dominum, eruat eum ; salvum faciat eum quoniam vult eum. Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meæ, in te projectus sum ex utero. De ventre matris meæ Deus meus es tu ; ne discedas a me. Quoniam tribulatio proxima est ; quoniam non est qui me adjuvet. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusa sunt et

[93] Isa. LIII, 9. [94] v. 17.

(94) *Ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἤρται.* Biblia ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, ἤρται, etc. Tertullianus citat hunc locum, ut Justinus, in *contra Marc.*, c. 19 : « Et mortem autem et sepulturam et resurrectionem Christi mei, una voce Isaiæ volo ostendere, dicens : » Sepultura ejus sublata de medio est. « Nec sepultus enim esset nisi mortuus, nec sepultura ejus sublata de medio nisi per resurrectionem. » THIRLB. Hæc Isaiæ verba leguntur ut in Bibliis supra n. 16, et Apol. 1, n. 48.

(95) *Ὃ ἐκλέξασθαι ἐβεβούλητο.* Legendum ἐφ' ὃ, ut in psalmo, Ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.

(96) *Καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν ψαλμόν.* Hæc imitatur Tertullianus 3 *adv. Marc.* cap. 19. JEBB.

(97) *Βασιλεὺς Χριστός.* Lege ἢ Χριστός vel καὶ Χριστός. THIRLB.

(98) *Ἀντιληπτικῶς παθῶν.* Melius ἀντιληπτικός. Sed tamen ferri potest vulgata scriptura ac eodem redit. Minime vero necesse est legere ἀντιληπτικῶς παθών ut conjecit R. Stephanus.

(99) *Ἐρύσω.* Legendum ἐῤῥύσω ut infra et in Bibliis observavit Sylburgius.

Digitized by Google

dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum sicut cera liqueseens in medio ventris mei. Exaruit velut testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis, et in pulverem mortis deduxisti me. Quoniam circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt, et inspexerunt me, diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me, in defensionem meam respice. Erue a framea animam meam, et de manu canis unicam meam. Salvum me fac de ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ cantabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum; universum semen Jacob, glorificate eum. Timeat eum omne semen Israel [55].»

A νήθη (1) ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου· καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με. Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς· καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Σὺ δέ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν σου ἀπ' ἐμοῦ· εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες· ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου. Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον αἰνέσατε αὐτόν· ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ δοξάσατε αὐτόν. Φοβηθήτωσαν ἀπ' αὐτοῦ ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ.»

B

99. *Initio psalmi verba Christi morientis.* — His recitatis intuli: Totum ergo psalmum in Christum ita esse dictum, ex iis demonstrabo, quæ rursus illum enarrans edisseram. Quod igitur statim dicit: « Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? » his verbis antiquitus prædicabatur id quod Christi tempore dicendum erat. Cruci enim affixus dicebat: « Deus, Deus meus, quare me dereliquisti? » Et quæ sequuntur: « Longe a salute mea verba delictorum meorum. Deus meus, clamabo per diem et non exaudies, et nocte, et non ad ignorantiam mihi; » hæc quemadmodum et ea quæ Christus erat facturus, ita dicta sunt. Quo enim die crucifigendus erat, cum tres ex discipulis in montem qui dicitur Olivarum, quique templo Hierosolymitano ex adverso situs est, secum perduxisset, ita precabatur: « Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. » Deinde hanc precem addidit: « Non sicut ego volo, sed sicut tu vis [56]. » Quibus verbis declarat se vere perpessioni obnoxium hominem factum esse. **195** Sed ne quis dicat: Ignorabat igitur se esse passurum; statim addit in psalmo; « Et non ad ignorantiam mihi. » Quemadmodum enim Deo ad ignorantiam non fuit, quod Adamum interrogavit ubinam esset, et Cainum ubinam Abel, sed ut unumquemque argueret qualis esset, et omnium cognitio ad nos scripto consignata perveniret; ita et Christus declarat non

99. Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπήνεγκα· Ὅλον οὖν τὸν ψαλμὸν οὕτως ἀποδείξω ὑμῖν εἰς τὸν Χριστὸν εἰρημένον, πάλιν αὐτὸν δι' ὧν ἐξηγοῦμαι. Ὃ οὖν εὐθὺς λέγει· « Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι· ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; » τοῦτο ἄνωθεν προεῖπεν, ὅπερ ἐπὶ Χριστοῦ ἔμελλε λέγεσθαι (2). Σταυρωθεὶς γὰρ εἶπεν· « Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; » Καὶ τὰ ἑξῆς· « Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. Ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας πρὸς σὲ, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ, καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν (3) ἐμοί· » ὥσπερ καὶ αὐτὰ ἃ ποιεῖν ἔμελλε, ἐλέλεκτο. Τῇ γὰρ ἡμέρᾳ ἧπερ ἔμελλε σταυροῦσθαι, τρεῖς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ παραλαβὼν εἰς τὸ ὄρος τὸ λεγόμενον Ἐλαιῶν, παρακείμενον εὐθὺς τῷ ναῷ τῷ ἐν Ἱερουσαλὴμ, ηὔχετο λέγων· « Πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. » Καὶ μετὰ τοῦτο εὐχόμενος λέγει· « Μὴ ὡς ἐγὼ βούλομαι, ἀλλ' ὡς σὺ θέλεις· » δηλῶν διὰ τούτων, ὅτι ἀληθῶς παθητὸς ἄνθρωπος γεγένηται. Ἀλλ' ἵνα μή τις λέγῃ· Ἠγνόει οὖν, ὅτι μέλλει πάσχειν, ἐπάγει ἐν τῷ ψαλμῷ εὐθύς· « Καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. » Ὄνπερ τρόπον οὐδὲ τῷ Θεῷ εἰς ἄνοιαν ἦν τὸ ἐρωτᾶν τὸν Ἀδὰμ, ποῦ ἐστιν, οὐδὲ τὸν Κάϊν, ποῦ Ἄβελ, ἀλλ' εἰς τὸ ἕκαστον ἐλέγξαι ὁποῖός ἐστι, καὶ εἰς ἡμᾶς τὴν γνῶσιν πάντων διὰ τοῦ ἀναγραφῆναι ἐλθεῖν· καὶ οὕτως (4) ἐσήμαινεν οὐκ εἰς ἄνοιαν τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τῶν νομιζόντων μὴ εἶναι αὐτὸν Χριστὸν, ἀλλ' ἡγου-

C

D

[55] Psal. xxi, 1-24. [56] Matth. xxvi, 29.

(1) *Ἐγερθῆ.* Legitur in utroque codice ms. ἐγεννήθη, quod quidem recte emendavit R. Stephanus.

(2) *Λέγεσθαι.* Frustra Sylburgius obtrudit γενέσθαι. Mox enim aget Justinus de iis quæ Christus facturus erat; nunc de iis quæ dicturus. Neque etiam legendum, ut idem se ab Arcerio monitum fuisse dicit, ὑπὸ Χριστοῦ ἔμελλε λέγεσθαι. Illud enim ἐπὶ Χριστοῦ tempus designat et opponitur præcedenti voci ἄνωθεν, quæ idem valet ac olim et antiquitus. Vide infra n. 111, 115 et 119.

(3) *Ἀνοιαν.* Sylburgius legit ἄγνοιαν. Sed ipsa vox ἄνοια idem interdum valet ac ἄγνοια. Athenagoras Legat. n. 9, ait imperatores, quos alloquitur, οὐκ ἀνοήτους, non ignaros esse scriptorum Moysis. Theodoretus, quem manifestum est legisse ἄνοιαν, ignorationis suspicionem pariter a Christo removet. Sic enim loquitur: Τοῦτο γὰρ παρεδήλου τὸ Οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. Νενόηκα γὰρ ὡς οὐ μάτην ἀνεβάλου τὴν τῆς αἰτήσεως δόσιν, ἀλλὰ μέγα τι καὶ σωτήριον ἐκ τοῦ πάθους οἰκονομῶν. Statuit ergo Theodoretus, itidem ut Justinus, his verbis οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί, significari Christum probe intellexisse, quid sibi eventurum esset. Mox scribendum esse Ἐλαιῶν, ut infra, Cl. Thirlbius admonuit.

(4) *Καὶ οὕτως.* Cum illud καί idem valeat hoc loco ac « ita, » legendum videtur καὶ οὕτος.

Digitized by Google

μένων θανατώσειν αὐτὸν, καὶ ὡς κοινὸν ἄνθρωπον ἐν ᾅδου μένειν (5).

100. Τὸ δὲ ἀκόλουθον, « Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραὴλ, » ἐσήμαινεν, ὅτι ἐπαίνου ἄξιον καὶ θαυμασμοῦ μέλλει ποιεῖν, μετὰ τὸ σταυρωθῆναι ἀνίστασθαι μέλλων τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν· ὃ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ λαβὼν ἔχει. Ὅτι γὰρ καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ καλεῖται ὁ Χριστὸς, ἀπέδειξα· καὶ οὐ μόνον ἐν τῇ εὐλογίᾳ καὶ Ἰωσὴφ καὶ Ἰούδα τὰ περὶ αὐτοῦ κεκηρύχθαι ἐν μυστηρίῳ ἀπέδειξα· καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ δὲ γέγραπται εἰπών· « Πάντα μοι παραδέδοται ὑπὸ τοῦ Πατρός· » καὶ « Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός· οὐδὲ τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ καὶ οἷς ἂν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ. » Ἀπεκάλυψεν οὖν ἡμῖν πάντα ὅσα καὶ ἀπὸ τῶν Γραφῶν διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ νενοήκαμεν, γνόντες αὐτὸν πρωτότοκον μὲν τοῦ Θεοῦ, καὶ πρὸ πάντων τῶν κτισμάτων· καὶ τῶν πατριαρχῶν υἱὸν, ἐπειδὴ διὰ τῆς ἀπὸ γένους αὐτῶν Παρθένου σαρκοποιηθεὶς, καὶ ἄνθρωπος ἀειδὴς, ἄτιμος καὶ παθητὸς ὑπέμεινε γενέσθαι. Ὅθεν καὶ ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ ἔφη, ὅτε περὶ τοῦ πάσχειν αὐτὸν μέλλειν διελέγετο, ὅτι « Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ὑπὸ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. » Υἱὸν οὖν ἀνθρώπου ἑαυτὸν ἔλεγεν, ἤτοι ἀπὸ τῆς γεννήσεως τῆς διὰ Παρθένου, ἥτις ἦν (ὡς ἔφην) ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἀβραὰμ γένους· ἢ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν τὸν Ἀβραὰμ πατέρα (6) καὶ τούτων τῶν κατηριθμημένων, ἐξ ὧν κατάγει ἡ Μαρία τὸ γένος. Καὶ γὰρ πατέρας τῶν γεννωμένων ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν τέκνων τοὺς τῶν θηλειῶν γεννήτορας ἐπιστάμεθα. Καὶ γὰρ Υἱὸν Θεοῦ Χριστὸν κατὰ τὴν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ἀποκάλυψιν ἐπιγνόντα αὐτὸν ἕνα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ Σίμωνα πρότερον καλούμενον ἐπωνόμασε Πέτρον· καὶ Υἱὸν Θεοῦ γεγραμμένον αὐτὸν ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἔχοντες, καὶ Υἱὸν αὐτὸν λέγοντες, νενοήκαμεν, καὶ πρὸ πάντων ποιημάτων, ἀπὸ τοῦ Πατρὸς δυνάμει αὐτοῦ καὶ βουλῇ προελθόντα (ὃς καὶ Σοφία, καὶ Ἡμέρα (7), καὶ Ἀνατολὴ, καὶ Μάχαιρα, καὶ Λίθος, καὶ Ῥάβδος, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ, κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον ἐν τοῖς τῶν προφητῶν λόγοις προσηγόρευται)· καὶ διὰ τῆς Παρθένου ἄνθρωπος γεγονέναι (8), ἵνα καὶ δι' ἧς ὁδοῦ ἡ ἀπὸ τοῦ ὄφεως παρακοὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, καὶ διὰ ταύτης τῆς ὁδοῦ καὶ

ad suam esse, sed ad eorum ignorantiam, qui eum Christum non esse, sed se necem ei illaturos, eumque, ut communem hominem, in inferis mansurum existimabant.

100. *Quo sensu Christus Jacob et Israel et Filius hominis.* — Quod autem sequitur : « Tu autem in sancto habitas, laus Israel, » declarabat eum rem laude dignam et admiratione facturum, ut qui tertio die post crucis supplicium resurrecturus esset ex mortuis : id quod a Patre acceptum habet. Jacob enim et Israel probavi Christum vocari; ejusque res non in sola Josephi et Judæ benedictione arcane prædicatas esse demonstravi, sed etiam in Evangelio dixisse scribitur : « Omnia mihi tradita sunt a Patre : et : Nemo novit Patrem nisi Filius; neque Filium nisi Pater, et cui Filius revelaverit [57]. » Nobis igitur revelavit omnia quæcunque etiam ex Scripturis per ejus gratiam intelleximus, eum agnoscentes primogenitum Dei esse, et ante res omnes creatas, et patriarcharum filium, ut qui ex Virgine ab eis orta caro factus, informis homo et inglorius et perpessionibus obnoxius fieri voluerit. Hinc in sermonibus suis dicebat, cum de futura sua passione dissereret : « Oportet Filium hominis multa pati, et reprobari a Pharisæis et Scribis et crucifigi et tertia die resurgere [58]. » Filium igitur hominis seipsum dicebat, vel quia natus erat ex Virgine, quæ, ut jam dixi, ex Davidis et Jacobi et Isaaci et Abrahami genere orta erat; vel quia ipsius pater exstitit Abraham et eorum quos recensui, ex quibus genus ducit Maria. Nam qui feminas genuere, eos liberorum, quos filiæ suscipiunt, patres esse scimus. Nam et unum ex discipulis suis, qui eum revelante ipsius Patre Filium Dei Christum esse agnoverat, Petrum appellavit cum prius Simon vocaretur. Et cum eum Filium Dei esse in commentariis apostolorum scriptum legamus, et Filium dicimus illum et esse intelligimus, ac ante omnes res creatas ex Patre, ipsius virtute et voluntate, prodiisse (qui quidem et Sapientia et Dies et Oriens et Gladius et Lapis et Virga et Jacob et Israel alio atque alio modo in prophetarum libris appellatus est) et ex Virgine hominem esse factum, ut qua via initium orta a serpente inobedientia accepit, eadem et dissolutionem acciperet. Eva enim cum virgo esset et incorrupta, sermone serpentis concepto, inobedientiam et mortem peperit. Maria autem Virgo, cum **196** fidem et gaudium percepisset, nuntianti an-

[57] Matth. xi, 27. [58] Matth. xvi, 21.

(5) *Μένειν.* Rectius μενεῖν. Thirlb.

(6) *Αὐτὸν τὸν Ἀβραὰμ πατέρα.* Nulla prorsus erit sententia nisi legamus αὐτοῦ. Sed ut illustretur totus contextus, necesse est cum Thirlbio legere : *Αὐτοῦ* τὸν Ἀδὰμ πατέρα, « vel quia ipsius pater exstitit Adam. »

(7) *Καὶ Ἡμέρα.* Cæteras appellationes quibus ex locis deducat Justinus non difficile est animadvertere. Quo autem in Scripturæ loco Christum appellari Diem existimaverit, non ita facile est pronuntiare. Sed tamen videtur in animo habuisse illud psalmi : « Hæc est dies quam fecit Dominus. » Hic enim Christum Diem appellari docet Clemens Alexandrinus, *Strom.* vi, p. 686.

(8) *Ἄνθρωπος γεγονέναι.* Recte admonuit Grabius ad Iren. p. 429, legendum esse ἄνθρωπον γεγονέναι. Quod quidem ex apposita parenthesi longe commodius esse patet, quam cum Sylburgio legere γέγονε aut subaudire προείρηται, ὑπέμεινεν vel simile quid.

Digitized by Google

gelo Gabrieli lætum nuntium, nempe Spiritum Domini in eam superventurum et virtutem Altissimi ei obumbraturam, ideoque id quod nasceretur ex ea sanctum, esse Filium Dei, respondit : « Fiat mihi secundum verbum tuum [89]. » Ex hac ille genitus est, de quo tot Scripturas dictas esse demonstravimus, per quem Deus serpentem, eique assimilatos angelos et homines profligat ; eos autem qui prave factorum pœnitentiam agunt et in eum credunt, a morte liberat.

A κατάλυσιν λάβῃ. Παρθένος γὰρ οὖσα (9) Εὔα καὶ ἄφθορος, τὸν λόγον τὸν ἀπὸ τοῦ ὄφεως συλλαβοῦσα, παρακοὴν καὶ θάνατον ἔτεκε. Πίστιν δὲ καὶ χαρὰν λαβοῦσα Μαρία ἡ Παρθένος, εὐαγγελιζομένου αὐτῇ Γαβριὴλ ἀγγέλου, ὅτι Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' αὐτὴν ἐπελεύσεται, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει αὐτήν· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς ἅγιόν ἐστιν Υἱὸς Θεοῦ, ἀπεκρίνατο· « Γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. » Καὶ διὰ ταύτης γεγέννηται οὗτος, περὶ οὗ τὰς τοσαύτας Γραφὰς ἀπεδείξαμεν εἰρῆσθαι, δι' οὗ ὁ Θεὸς τόν τε ὄφιν καὶ τοὺς ὁμοιωθέντας ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους καταλύει· ἀπαλλαγὴν δὲ τοῦ θανάτου τοῖς μεταγινώσκουσιν ἀπὸ τῶν φαύλων καὶ πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν ἐργάζεται.

101. *Christus omnia ad Patrem refert.* — Quæ autem in psalmo sequuntur : « In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberasti eos, ad te clamaverunt et non sunt confusi. Ego autem sum vermis et non homo : opprobrium hominum et abjectio populi ; » ea declarant patres ab illo agnosci eos, qui speraverunt in Deum, et ab eo salvi facti sunt, qui quidem et patres erant Virginis illius, ex qua genitus est homo factus : simulque ipse demonstrat sese ab eodem Deo servatum iri, nec se voluntate sua aut viribus quidquam facere gloriatur. Nam et idem in terris faciebat : et cum ei quidam diceret : « Magister bone, » respondit : « Quid me appellas bonum? Unus bonus est Pater meus qui in cœlis est [90]. His autem verbis : « Ego sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis, » ea prædicebantur quæ et adesse et evenire illi manifestum est. Nobis enim, hominibus in eum credentibus, opprobrium ubique est : « Abjectio autem populi, » quia a populo vestro contemptus et ignominia affectus ea passus est quæ in eum consuluistis. Et quæ sequuntur : « Omnes videntes me, subsannaverunt me ; et locuti sunt labiis, et moverunt caput : Speravit in Domino, eripiat eum, quoniam vult eum ; » pariter prædicebant, eadem hæc illi eventura. Nam qui eum crucifixum videbant, capita quisque movebant, et labia distorquebant, ac naribus inter se certantes, ea per jocum dicebant quæ in commentariis apostolorum scripta sunt : « Filium Dei seipsum dixit ; descendat et ambulet : salvet eum Deus. »

101. Τὰ δὲ ἀκόλουθα τοῦ ψαλμοῦ ταῦτα ἐν οἷς λέγει· « Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν· ἤλπισαν, καὶ ἐῤῥύσω αὐτούς. Πρὸς σὲ ἐκέκραξαν (10), καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ, » δηλωτικά ἐστι τοῦ καὶ πατέρας αὐτὸν ὁμολογεῖν τοὺς ἐλπίσαντας ἐπὶ τὸν Θεὸν καὶ σωθέντας ὑπ' αὐτοῦ, οἵτινες καὶ πατέρες ἦσαν τῆς Παρθένου, δι' ἧς ἐγεννήθη ἄνθρωπος γενόμενος· καὶ αὐτὸς σωθήσεσθαι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ μηνύων, ἀλλ' οὐ τῇ αὐτοῦ βουλῇ ἢ ἰσχύϊ πράττειν τι καυχώμενος. Καὶ γὰρ ἐπὶ γῆς τὸ αὐτὸ ἔπραξε (11)· λέγοντος αὐτῷ τινος, « Διδάσκαλε ἀγαθέ, » ἀπεκρίνατο, « Τί με λέγεις ἀγαθόν ; εἷς ἐστιν ἀγαθὸς, ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Τὸ δὲ εἰπεῖν, « Ἐγώ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουθένημα λαοῦ, » ἅπερ φαίνεται καὶ ὄντα καὶ γινόμενα (12) αὐτῷ προέλεγεν. Ὄνειδος μὲν γὰρ ἡμῖν τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ἀνθρώποις πανταχοῦ ἐστιν· « Ἐξουθένημα δὲ τοῦ λαοῦ, » ὅτι ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν ἐξουθενωθεὶς καὶ ἀτιμωθεὶς, ταῦτα ἔπαθεν, ἅπερ διεθήκατε αὐτόν. Καὶ τὰ ἀκόλουθα· « Πάντες οἱ θεωροῦντές με, καὶ ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν· ἐκίνησαν κεφαλήν· Ἤλπισεν ἐπὶ Κυρίου· ῥυσάσθω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν· » τὰ αὐτὰ ὁμοίως ἐγγίνεσθαι αὐτῷ προεῖπεν. Οἱ γὰρ θεωροῦντες αὐτὸν ἐσταυρωμένον καὶ κεφαλὰς ἕκαστος ἐκίνουν, καὶ τὰ χείλη διέστρεφον, καὶ τοῖς μυξωτῆρσιν ἐν ἄλλοις διερινοῦντες (13) ἔλεγον εἰρωνευόμενοι ταῦτα ἃ καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ γέγραπται· « Υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ἔλεγε· καταβὰς περιπατείτω· σωσάτω αὐτὸν ὁ Θεός. »

102. *Prædictio eorum quæ Christo nascenti evenerunt. Cur Deus id permisit.* — Quæ autem sequuntur : « Spes mea ab uberibus matris meæ. In te projectus sum ex utero. De ventre matris meæ

102. Καὶ τὰ ἑξῆς· « Ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου. Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας. Ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου Θεός μου εἶ σύ· ὅτι οὐκ ἔστιν (14) ὁ βοηθῶν μοι. Περιεκύκλωσάν με μόσχοι

[89] Luc. I, 38. [90] Luc. XVIII, 18.

(9) *Παρθένος γὰρ οὖσα.* Occurrit eadem comparatio apud Irenæum l. III, c. 22 ; Tertullianum *De carne Christi*, c. 17 ; Julium Firmic. *De errore profan. relig.* ; Cyrillum, catech. 2, Epiphan. hæres. 78, n. 18.

(10) *Πρὸς σὲ ἐκέκραξαν.* Hic nonnulla omissa esse a librariis observat Thirlbius.

(11) *Τὸ αὐτὸ ἔπραξε.* Post has voces editio Paris. anni 1636, habet *καὶ* quæ conjunctio minime necessaria est, ac præterea deest in 2 mss. et apud Rob. Stephanum. Legit Thirlbius λέγοντος γάρ, quod non magis necessarium.

(12) *Καὶ γινόμενα.* Frustra hic γενόμενα obtrudit Sylburgius, cum manifeste Justinus loquatur de iis quæ tunc Christianis eveniebant.

(13) *Ἐν ἄλλοις διερινοῦντες.* Forte legendum ἐναλλάξ. Magis placet Sylburgio διαῤῥινοῦντες, cujus verbi idem videtur esse sensus ac illius apud Tatianum n. 22, ῥιναυλοῦσι τὰ αἰσχρά.

(14) *Ὅτι οὐκ ἔστιν.* Nonnulla hic desunt. THIRLB.

Digitized by Google

καλλοί· ταῦροι πίονες περιέσχον με. Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου· καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου· » τῶν γεγενημένων τὴν προαγγελίαν ἐποιεῖτο· τὸ γάρ, « Ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μασθῶν τῆς μητρός μου. » Ἅμα γὰρ τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν ἐν Βηθλεὲμ, ὡς προέφην, παρὰ τῶν ἀπὸ Ἀραβίας μάγων μαθὼν Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς τὰ κατ' αὐτὸν, ἐπεβούλευσεν ἀνελεῖν αὐτὸν, καὶ κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ κέλευσιν Ἰωσὴφ λαβὼν αὐτὸν ἅμα τῇ Μαρίᾳ ἀπῆλθεν εἰς Αἴγυπτον. Μετὰ γὰρ τὸ κηρῦξαι αὐτὸν τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον ἀνδρωθέντα ὁ Πατὴρ, θανατωθήσεσθαι αὐτὸν ἐκεκρίκει ὃν ἐγεγεννήκει. Ἐὰν δέ τις ἡμῖν λέγῃ· Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς μᾶλλον τὸν Ἡρῴδην ἀποκτεῖναι; προλαβὼν λέγω· Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς τὴν ἀρχὴν καὶ τὸν ὄφιν ἐξᾶραι τοῦ μὴ εἶναι, καὶ μὴ εἰπεῖν, ὅτι· « Καὶ ἔχθραν θήσω ἀνὰ μέσον αὐτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῆς; » Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο εὐθὺς πλῆθος ἀνθρώπων ποιῆσαι; Ἀλλ' ὡς ἐγίνωσκε καλὸν εἶναι γενέσθαι, ἐποίησεν αὐτεξουσίους πρὸς δικαιοπραξίαν καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους· καὶ χρόνους ὥρισε μέχρις οὗ ἐγίνωσκε καλὸν εἶναι τὸ αὐτεξούσιον ἔχειν αὐτούς· καὶ ὅτι καλὸν εἶναι ὁμοίως ἐγνώριζε, καὶ καθολικὰς καὶ μερικὰς κρίσεις ἐποίει, πεφυλαγμένου μέντοι τοῦ αὐτεξουσίου. Ὅθεν φησὶν ὁ λόγος καὶ ἐν τῇ ἐπὶ τοῦ πύργου καταβολῇ καὶ τῇ τῶν γλωσσῶν πολυφθογγίᾳ καὶ ἐξαλλοιώσει ταῦτα· « Καὶ εἶπε Κύριος· Ἰδοὺ γένος ἓν καὶ χεῖλος ἓν πάντων. Καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι. Καὶ νῦν οὐκ ἐκλείψει ἐξ αὐτῶν πάντα ὅσα ἂν ἐπίθωνται ποιεῖν. » Καὶ τό τε· « Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου, » ὁμοίως τῶν ὑπ' αὐτοῦ μελλόντων γίνεσθαι κατὰ τὸ τοῦ Πατρὸς θέλημα προαγγελία ἦν. Ἡ γὰρ τοῦ ἰσχυροῦ αὐτοῦ λόγου δύναμις, δι' ἧς ἀεὶ ἤλεγχε τοὺς συζητοῦντας αὐτῷ Φαρισαίους καὶ γραμματεῖς, καὶ ἁπλῶς τοὺς ἐν τῷ γένει ὑμῶν διδασκάλους, ἐποχὴν ἔσχε δίκην πολυύδρου καὶ ἰσχυρᾶς πηγῆς, ἧς τὸ ὕδωρ ἀπεστράφη, σιγήσαντος αὐτοῦ (15), καὶ μηκέτι ἐπὶ Πιλάτου ἀποκρίνασθαι μηδὲν μηδενὶ βουλομένου, ὡς ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ δεδήλωται· ὅπως καὶ τὸ διὰ Ἡσαΐου εἰρημένον καρπὸν ἐνεργῆ ἔχῃ, ὅπου εἴρηται· « Κύριος δίδωσί μοι γλῶσσαν τοῦ γνῶναι ἡνίκα με δεῖ εἰπεῖν λόγον. » Τὸ δὲ καὶ εἰπεῖν αὐτόν· « Θεός μου εἶ σύ· μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, » διδάσκοντος ἅμα, ὅτι ἐπὶ Θεὸν τὸν πάντα ποιήσαντα ἐλπίζειν δεῖ πάντας, καὶ παρ' ἐκείνου μόνου σωτηρίαν καὶ βοήθειαν ζητεῖν· ἀλλὰ μὴ, ὡς τοὺς λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων, διὰ γένος, ἢ πλοῦτον, ἢ ἰσχὺν, ἢ σοφίαν νομί-

A Deus meus es tu; quoniam non est qui adjuvet. Circumdederunt me vituli multi; tauri pingues circumdederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusa sunt et dissipata omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. Exaruit sicut testa virtus mea et lingua mea adhæsit faucibus meis; » eorum, quæ evenerunt, prænuntiationem habebant; velut illud: « Spes mea ab uberibus matris meæ. » Statim enim atque Bethlehemi natus est, rex Herodes, ut dixi, qui a magis ex Arabia venientibus de eo didicerat, insidias ejus vitæ molitus est; sed Joseph Dei jussu eum cum Maria assumens in Ægyptum abiit. Statuerat enim Pater qui eum genuerat, ut non ante occideretur, B **197** quam ipsius verbum vir factus prædicasset. Si quis autem dicat: An non poterat Deus Herodem potius interficere? Huic quæstioni sic occurram: An non poterat Deus ab initio etiam serpentem e medio tollere, nec dicere: « Inimicitias ponam inter eum et mulierem, et inter semen illius et semen hujus [61]? » An non poterat statim multitudinem hominum creare? Sed, ut præclarum esse judicabat, liberos ad justitiæ observationem angelos et homines creavit, ac tempora definivit quoad bonum esse judicaret eos libero uti arbitrio; et quia pariter præclarum esse judicabat, et generalia et particularia judicia fecit, manente utique libero arbitrio. Unde Scriptura in turris exstructione et linguarum multiplici divisione ac mutatione hæc C dicit: « Et dixit Dominus: Ecce genus unum, et labium unum omnium: et hoc facere cœperunt, et nunc non deficient ab eis quæcunque tentaverint facere [62]. » Illud autem: « Exaruit tanquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis, » similiter eorum quæ secundum voluntatem Patris facturus erat, prænuntiatio fuit. Potentis enim illius verbi vis, per quam semper Pharisæos et Scribas, qui cum eo disputabant, ac omnes prorsus in genere vestro magistros arguebat, suspensa constitit instar exuberantis et validi fontis, cujus aqua aversa est, cum sileret ipse, ac nemini quidquam coram Pilato respondere vellet, quemadmodum in commentariis apostolorum ejus demonstratum est, ut et illius Isaiæ dicti fructus efficax D exstaret: « Dominus dat mihi linguam, ut norim quando me oporteat verbum proloqui [63-64]. » Quod autem dicit: « Deus meus es tu: ne discedas a me; » simul docet in Deum, qui omnia creavit, sperare omnes debere, et ab eo solo salutem et auxilium quærere; nec cæterorum hominum more salutem propter genus, aut robur, aut divitias, aut sapientiam assequi se posse opinari. Quale est quod ipsi quoque semper fecistis, qui aliquando quidem vitu-

[61] Gen. III, 15. [62] Gen. XI, 6. [63-64] Isa. L, 4.

(15) *Σιγήσαντος αὐτοῦ*. Similia habet Tertullianus lib. V *Adv. Marc.*, c. 42. JEBB. — Paulo ante pro καὶ τό τε, Sylburgius monet legendum καὶ τό γε, vel primam aut postremam delendam esse voculam.

Digitized by Google

lum conflastis, semper autem ingratos et justorum interfectores, et arrogantia ob genus vestrum inflatos vos exhibuistis. Nam si Filius Dei, nec quia Filius est, nec quia fortis, nec quia sapiens, servari se posse dicit, sed ut esset impeccabilis, quemadmodum ait Isaias [68] eum nec voce tenus peccasse (iniquitatem enim non fecit, nec dolum ore commisit) sine Deo servari se non posse declarat; quomodo vos et alii, qui sine illa spe salutem exspectatis, non a vobismetipsis vos decipi cogitatis?

103. *Pharisæi sunt tauri; leo rugiens Herodes aut diabolus.* — Quæ deinde in psalmo dicuntur: « Quoniam tribulatio proxima est, quia non est qui adjuvet me. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens et rugiens. Velut aqua effusa sunt et dissipata omnia ossa mea: » similiter 198 eorum quæ illi evenerunt, vaticinium fuit. Qua enim nocte ex monte Olivarum in eum irruerunt, quos ex populo vestro Pharisæi et Scribæ pro sua in docendo auctoritate submiserunt, circumdederunt eum illi, ut appellat Scriptura, vituli cornupetæ et præmature exitiosi. Illud autem: « Tauri pingues obsederunt me, » eos ipsos prænuntiabat, qui eadem ac vituli fecerunt, cum ad magistros vestros adductus est: quos quidem ut tauros Scriptura designat, quia tauros in causa esse scimus, cur exsistant vituli. Quemadmodum ergo tauri vitulorum patres sunt, sic magistri vestri filiis suis auctores fuerunt, ut in montem Olivarum egressi eum comprehenderent et ad se adducerent. Illud etiam, « Quia non est qui adjuvet, » id quod factum est demonstrat. Nam ne unus quidem ex omnibus hominibus opem illi ut innocenti tulit. Et illud: « Aperuerunt super me os suum sicut leo rugiens, » eum designat quij tum Judæorum rex erat, Herodes et ipse dictus, successor illius Herodis qui, cum Jesus natus est, omnes infantes circa illud tempus Bethlehemi natos sustulit, quod suspicaretur eum in hoc numero prorsus esse, de quo ex magis ab Arabia venientibus audierat. At consilium illius, qui omnibus fortior est, ignorabat; quomodo Josepho et Mariæ

A ζειν δύνασθαι σώζεσθαι. Ὁποῖον καὶ ὑμεῖς ἀεὶ δὴ ἐπράξατε, ποτὲ μὲν μοσχοποιήσαντες, ἀεὶ δὲ ἀχάριστοι, καὶ φονεῖς τῶν δικαίων, καὶ τετυφωμένοι διὰ τὸ γένος φαινόμενοι. Εἰ γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ φαίνεται διὰ τὸ εἶναι υἱὸς (16), μήτε κατὰ τὸ εἶναι ἰσχυρὸς, μήτε διὰ τὸ σοφὸς, λέγων δύνασθαι σώζεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀναμάρτητος εἶναι (17), ὡς Ἡσαΐας φησὶν μηδὲ μέχρι φωνῆς ἡμαρτηκέναι αὐτὸν (ἀνομίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν οὐδὲ δόλον τῷ στόματι), ἄνευ τοῦ Θεοῦ σωθήσεσθαι μὴ δύνασθαι, πῶς ὑμεῖς ἢ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἄνευ τῆς ἐλπίδος ταύτης σωθήσεσθαι προσδοκῶντες, οὐχ ἑαυτοὺς ἀπατᾶν λογίζεσθε;

B 103. Τὰ δὲ ἑξῆς εἰρημένα ἐν τῷ ψαλμῷ· « Ὅτι θλῖψις ἐγγύς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι. Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοὶ, ταῦροι πίονες περιέσχον με. Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου, » τῶν ὁμοίως αὐτῷ συμβάντων προαγγελία ἦν. Ἐκείνης γὰρ τῆς νυκτὸς ὅτε ἀπὸ τοῦ ὄρους (18) τῶν Ἐλαιῶν ἐπῆλθον αὐτῷ οἱ ἀπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν ὑπὸ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων κατὰ τὴν διδασκαλίαν (19) ἐπιπεμφθέντες, ἐκύκλωσαν αὐτὸν, οὓς μόσχους κερατιστὰς καὶ προώλεις ὁ λόγος ἔλεγε. Καὶ τό· « Ταῦροι πίονες περιέσχον με, » εἰπεῖν, τοὺς καὶ αὐτοὺς μὲν τὰ ὅμοια τοῖς μόσχοις ποιήσαντας, ὅτε ἦχθη πρὸς τοὺς διδασκάλους ὑμῶν, προέλεγεν. Οὓς ὡς ταύρους διὰ τοῦτο ὁ λόγος εἶπεν, ἐπειδὴ τοὺς ταύρους τοῦ εἶναι μόσχους αἰτίους οἴδαμεν. Ὡς οὖν πατέρες εἰσὶ τῶν μόσχων οἱ ταῦροι, C οὕτως οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν τοῖς τέκνοις αὐτῶν αἴτιοι ἦσαν τοῦ ἐξελθόντας εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν συλλαβεῖν αὐτὸν, καὶ ἄγειν ἐπ' αὐτούς. Καὶ τὸ εἰπεῖν· « Ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν, » δηλωτικὸν καὶ αὐτὸ τοῦ γενομένου. Οὐδεὶς γὰρ οὐδὲ μέχρις ἑνὸς ἀνθρώπου βοηθεῖν αὐτῷ ὡς ἀναμαρτήτῳ βοηθὸς ὑπῆρχε. Καὶ τό· « Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ὠρυόμενος, » δηλοῖ τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων τότε ὄντα, καὶ αὐτὸν Ἡρῴδην λεγόμενον, διάδοχον γεγενημένον Ἡρῴδου τοῦ, ὅτε ἐγεγέννητο, ἀνελόντος πάντας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ ἐκείνου τοῦ καιροῦ γεννηθέντας παῖδας, διὰ τὸ ὑπονοεῖν ἐν αὐτοῖς πάντως εἶναι τὸν περὶ οὗ εἰρήκεισαν αὐτῷ οἱ ἀπὸ Ἀραβίας ἐλθόντες μάγοι· μὴ ἐπιστάμενος τὴν τοῦ ἰσχυροτέρου πάντων βουλὴν, ὡς εἰς Αἴγυπτον τῷ Ἰωσὴφ

[68] Isa. LIII, 9.

(16) *Διὰ τὸ εἶναι υἱός.* In editionibus Græco-Latinis ante has voces appositum est μήτε, quod quidem etsi necessarium esse non inficior, delevi tamen, quia nec in mss. nec apud R. Stephanum reperitur. Sic etiam post σοφός, additum fuerat εἶναι, quod quidem expungere non dubitavi, ut prorsus inutile.

(17) *Πρὸς τὸ ἀναμάρτητος εἶναι.* Liquet Justinum de humana Christi natura loqui. Nam antea n. 87, cum divinam respiceret, negabat eum Spiritus sancti donis opus habuisse. Quin etiam dum de divina Christi natura loquitur, illud semper instar principii certissimi statuit, Christum a Patre divinam essentiam ac omnia attributa accepisse; quominus miremur, si idem dicit de impeccantia

D illa, quæ ab anima cum Verbo hypostatice conjuncta separari non poterat. Vertit Langus: « Neque eo quod immunis peccato est. » Perionius: « Sed quia peccatum in eum cadere non potest. » Gelenius: « Cum tamen sit innocentissimus. »

(18) *Ἀπὸ τοῦ ὄρους.* Legendum ἐπὶ τοῦ ὄρους monet Thirlbius. Sed si quid mutandum esset, legi oporteret ἐπὶ τὸ ὄρος. Sic enim infra εἰς τὸ ὄρος bis repetitur. Videtur supponere Justinus Judæos ex aliqua montis parte in Christum, qui erat in valle monti subjecta irruisse.

(19) *Κατὰ τὴν διδασκαλίαν.* Idem pro his vocibus legit καὶ τῶν διδασκάλων. Sic etiam paulo ante Pharisæi, Scribæ et magistri.

Digitized by Google

καὶ τῇ Μαρίᾳ ἐκκελεύκει ἀπαλλαγῆναι λαβοῦσι τὸ παιδίον, καὶ εἶναι ἐκεῖ ἕχρις ἂν πάλιν αὐτοῖς ἀποκαλυφθῇ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. Κἀκεῖ ὄντων ἀπελθόντες ἕχρις ἂν ἀπέθανεν ὁ ἀποκτείνας τὰ ἐν Βηθλεὲμ παιδία Ἡρώδης, καὶ Ἀρχέλαος αὐτὸν διεδέξατο. Καὶ οὗτος ἐτελεύτα πρὶν τὸν Χριστὸν τὴν οἰκονομίαν (20) τὴν κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Πατρὸς γεγενημένην ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τῷ σταυρωθῆναι ἐλθεῖν. Ἡρώδου δὲ τὸν Ἀρχέλαον διαδεξαμένου, λαβόντος τὴν ἐξουσίαν τὴν ἀπονεμηθεῖσαν αὐτῷ, ᾧ καὶ Πιλάτος χαριζόμενος δεδεμένον τὸν Ἰησοῦν ἔπεμψε, καὶ τοῦτο γενησόμενον προειδὼς ὁ Θεὸς εἰρήκει οὕτω· « Καί γε αὐτὸν εἰς Ἀσσυρίου (21) ἀπήνεγκαν ξένια τῷ βασιλεῖ. » Ἢ λέοντα τὸν ὠρυόμενον ἐπ' αὐτὸν ἔλεγε τὸν διάβολον· ὃν Μωϋσῆς μὲν ὄφιν καλεῖ, ἐν δὲ τῷ Ἰὼβ καὶ τῷ Ζαχαρίᾳ διάβολος κέκληται, καὶ ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ Σατανᾶς προσηγόρευται, ὄνομα ἀπὸ τῆς πράξεως ἧς ἔπραξε σύνθετον κτησάμενον αὐτὸν μηνύων (22). Τὸ γὰρ Σατὰν τῇ Ἰουδαίων καὶ Σύρων φωνῇ ἀποστάτης ἐστί· τὸ δὲ Νᾶς ὄνομα (23), ἐξ οὗ ἡ ἑρμηνεία ὄφις ἐκλήθη, ταὐτόν ἐστι Σατᾶ τῇ (24) Ἑβραίων ἑρμηνευθείσῃ φωνῇ· ἐξ ὧν ἀμφοτέρων τῶν εἰρημένων ἓν ὄνομα γίνεται Σατανᾶς. Καὶ γὰρ οὗτος ὁ διάβολος, ἅμα τῷ ἀναβῆναι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰορδάνου, τῆς φωνῆς αὐτοῦ λεχθείσης, « Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, » ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων γέγραπται προσελθὼν αὐτῷ καὶ πειράζων μέχρι τοῦ εἰπεῖν αὐτῷ, « Προσκύνησόν μοι, » καὶ ἀποκρίνασθαι αὐτῷ τὸν Χριστὸν, « Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Ὡς γὰρ τὸν Ἀδὰμ ἐπλάνησεν, ἔλεγε καὶ τοῦτον δυνηθῆναι ἐργάσασθαί τι. Καὶ τό· « Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη (25) καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου· ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου, » ὅπερ γέγονεν αὐτῷ ἐκείνης τῆς νυκτὸς, ὅτε ἐπ' αὐτὸν ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν συλλαβεῖν αὐτὸν, προαγγελία ἦν. Ἐν γὰρ τοῖς ἀπομνημονεύμασι ἃ φημι ὑπὸ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ τῶν ἐκείνοις παρακολουθησάντων συντετάχθαι, ὅτι ἱδρὼς (26) ὡσεὶ

A præcepisset, ut in Ægyptum assumpto puero abirent, ibique manerent, donec eis iterum revelaretur, ut in patriam suam redirent. Ibi commorati sunt, donec moreretur Herodes, qui pueros circa Bethlehem occidit, eique succederet Archelaus. Is autem ante mortuus est, quam Christus susceptam ex Patris voluntate dispensationem in cruce adimpleret. Cum autem Herodes, qui Archelao successit, potestatem, quæ ipsi attributa fuerat, accepisset, Pilatus, ut gratum illi faceret, vinctum Jesum ad eum misit; quod etiam futurum prænoscens Deus sic prædicavit : « Et abducent ipsum ad Assyrium hospitale munus regi. » Aut etiam leonem rugientem super eum dicebat diabolum, qui a Moyse serpens, apud Job et Zachariam diabolus, a Jesu Satanas

B appellatus est, compositum nomen illi ab actione, quam perpetravit, indictum declarante. Nam « Sata » Judæorum et Syrorum lingua idem ac desertor et apostata; illud autem « Nas, » nomen est ex quo serpens dictus est per interpretationem, id est, si Hebræorum vocem interpreteris; quibus ex utrisque vocibus fit unum nomen Satanas. Statim enim atque Jesus ascendit e fluvio Jordane, ubi vox in eum edita est : « Filius meus es tu; ego hodie genui te [66]; scriptum est in commentariis **199** apostolorum diabolum illum ad eum accessisse, et tentasse, usque adeo ut ei diceret : « Adora me; » eique respondisse Christum : « Vade retro a me, Satana : Dominum Deum tuum adorabis, et illi

C soli servies [67]. » Quemadmodum enim Adamum decepit, sperabat se in hunc quoque aliquid moliri posse. Et illud : « Sicut aqua effusa sunt et dispersa omnia ossa mea : factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei, » prænuntiabat quod ei illa nocte contigit, cum adversus eum in montem Olivarum venerunt, ut eum comprehenderent. Nam in commentariis, quos ab ejus apostolis eorumque discipulis scriptos dico, proditum est sudorem, veluti guttas sanguinis, ex eo defluxisse, cum precaretur ac diceret : « Si fieri potest, transeat calix iste [68] : » contremiscente vi-

[66] Psal. II, 7. [67] Matth. IV, 9. [68] Matth. XXVI, 39.

(20) *Τὴν οἰκονομίαν*. Legendum εἰς τὴν οἰκονομίαν, nec mutatis opus est his verbis, quæ mox sequuntur, ἐπὶ τῷ σταυρωθῆναι. Frustra enim placet Sylburgio, ἐπὶ τὸ σταυρωθῆναι. Ibidem aptius legeretur, ut observat Sylburgius, Ἡρώδου δὲ τοῦ.

(21) *Εἰς Ἀσσυρίου*. Eodem modo hunc locum Oseæ interpretatur Tertullianus lib. IV *Adv. Marcionem*, cap. 13. Jebb. Vid. Cyrill. cat. 13, n. 14.

(22) *Μηνύων*. Id positum pro μηνύοντος, ut sæpe alias apud Justinum : paulo ante occurrit eadem verborum constructio, ubi de Herode dicitur μὴ ἐπιστάμενος. Vid. infra, n. 112.

(23) *Τὸ δὲ Νᾶς ὄνομα*. Justinum induxit terminatio Græca Σατανᾶς, ut compositum putarit ex שטן ἀποστάτης et נחש, τοῦτ' ἔστι ὄφις, prorsus inepte; ex quo tamen hoc discimus νᾶς ἀρχαϊκῶς pro νάς, id est נחש. Ita solitum antiquis, euphoniæ quasi gratia, abscondere litteram ה in medio. Sic imperio שמרו pro שימרוהו apud magistros. Vide, si

D vacat, Davidem Camium ad Psalm. XXXV; Drus. *Comm. Post. ad voces N. T.*, pag. 194, cap. 10. Jebb.

(24) *Σατᾶ τῇ*, etc. Legendum τῇ ἑρμηνείᾳ, et mox τοῦτ' ἔστι κατὰ τὴν Ἑβραίων ἑρμηνευθεῖσαν φωνήν. Sæpe librarii errarunt in hac littera ν pro ι quod olim non subscribebatur.

(25) *Ἐξεχύθη*. Idem verbum jam sæpe occurrit, sed tamen videtur Justinus legisse ἐξεχύθην. Illud enim verbum ita explicat, ut illud præcipue referat ad ipsum Christi cor : Ἐντρόμου τῆς καρδίας δηλονότι οὔσης καὶ τῶν ὀστῶν ὁμοίως, etc. Vix ergo dubium est, quin legerit, ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθην, cum hanc rationem horum verborum reddat, quod Christi cor factum fuerit contremiscens ejusque ossa similiter, imo quod ipsum cor factum fuerit tanquam cera liquescens.

(26) *Ὅτι ἱδρώς*. Deest γέγραπται aut aliquid simile.

Digitized by Google

delicet illius corde et ossibus similiter contremiscentibus, ac corde speciem habente liquescentis in ventrem ceræ; ut certo sciremus voluisse Patrem in ejusmodi etiam perpessionibus Filium suum vere propter nos versari, nec diceremus eum, cum Filius Dei esset, non sensisse quæ ei inflicta sunt, quæque ei acciderunt. Illud autem : « Aruit tanquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis, » silentium illud, de quo jam dixi, prænuntiabat, cum is, qui vestros omnes insipientes magistros arguere solebat, nullum omnino verbum respondit.

A θρόμβοι κατεχεῖτο, αὐτοῦ εὐχομένου καὶ λέγοντος, « Παρελθέτω, εἰ δυνατὸν, τὸ ποτήριον τοῦτο· » ἐντρόμου τῆς καρδίας δηλονότι οὔσης, καὶ τῶν ὀστῶν ὁμοίως, ἐοικυίας τῆς καρδίας κηρῷ τηκομένῳ εἰς τὴν κοιλίαν· ὅπως εἰδῶμεν ὅτι ὁ Πατὴρ τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν καὶ ἐν τοιούτοις πάθεσιν ἀληθῶς γεγονέναι δι' ἡμᾶς βεβούληται, καὶ μὴ λέγωμεν, ὅτι ἐκεῖνος, τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ὤν, οὐκ ἀντελαμβάνετο τῶν γινομένων καὶ συμβαινόντων αὐτῷ. Καὶ τό· « Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου, » ὅπερ προεῖπον, τῆς σιγῆς (ἐν μηδενὶ (27) μηδὲν ἀποκρινόμενος ὁ πάντας ἐλέγχων ἀσόφους τοὺς παρ' ὑμῖν διδασκάλους), προαγγελία ἦν.

104. Et illud : « In pulverem mortis deduxisti me : quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas et pedes meos. Dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi consideraverunt et inspexerunt me. Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem ; » hæc verba, ut jam dixi, prænuntiabant quo mortis genere illum condemnatura esset improborum Synagoga, quos quidem et canes appellat et venatores, indicans ipsos canum ductores etiam congregatos fuisse, qui nihil non moliti sunt, ut eum condemnarent. Quod quidem factum fuisse in ejus apostolorum commentariis perhibetur. Ejus autem vestimenta, postquam crucifixus est, inter se divisisse eos, qui illum crucifixerunt, demonstravi.

B 104. Καὶ τό· « Εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με· ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί (28)· συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου. Ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με. Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον, » ὡς προεῖπον, προαγγελία ἦν διὰ ποίου θανάτου καταδικάζειν αὐτὸν ἔμελλεν ἡ συναγωγὴ τῶν πονηρευομένων· οὓς καὶ κύνας καλεῖ καὶ κυνηγοὺς, μηνύων ὅτι αὐτοὶ οἱ κυνηγήσαντες καὶ συνήχθησαν (29) οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐπὶ τῷ καταδικάσασθαι (30) αὐτόν. Ὅπερ καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ γέγραπται γενόμενον. Καὶ ὅτι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν, ἐμέρισαν ἑαυτοῖς οἱ σταυρώσαντες αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἐδήλωσα.

105. Quæ sequuntur in psalmo : « Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me : ad defensionem meam conspice. Libera a gladio animam meam et de manu canis unigenitam meam. **200** Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam ; » similiter eorum, quæ illi insunt et eorum quæ illi eventura erant, documentum et prænuntiatio fuit. Unigenitum enim illum Patri

C 105. Τὰ δὲ ἀκόλουθα τοῦ ψαλμοῦ· « Σὺ δὲ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν σου ἀπ' ἐμοῦ· εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες. Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου (31)· σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου· » ὁμοίως πάλιν διδασκαλία καὶ προαγγελία τῶν ὄντων αὐτῷ, καὶ συμβαίνειν μελλόντων. Μονογενὴς γὰρ ὅτι ἦν τῷ Πατρὶ

(27) *Ἐν μηδενί.* Nimis operosa immutatio si legamus cum Sylburgio, ἐν ᾗ μηδενὶ μηδὲν ἀπεκρίνετο. Satius est parenthesim apponere. Non enim desunt similia exempla in hoc *Dialogo*, in quo scribendo sæpe Justinus ardorem animi magis quam grammaticas leges sequitur. Vide supra n. 40, 89, 103, et infra n. 110, et Apol. 1, n. 61.

(28) *Κύνες πολλοί.* Legitur in editis κύνες καὶ κυνηγοὶ πολλοί, sed illud, καὶ κυνηγοί deest in utroque cod. ms. Ad oram tamen utriusque scriptum est : Ἐν ἄλλοις, κύνες καὶ κυνηγοὶ πολλοί. Id est, « In aliis exemplaribus legitur canes et venatores multi. » Non dubitavit Stephanus hanc scripturam in contextum asciscere. Sed illum ita facturum fuisse non puto, si rem attentius considerasset. Nam Justinum legisse κύνες καὶ κυνηγοὶ πολλοί, nullo mihi videtur posse argumento probari. Non agnoscunt codices mss. illud καὶ κυνηγοί, nec notæ ad marginem appositæ tantum tribuisset Stephanus, nisi eum movisset Justini ipsius auctoritas, qui paulo post ait : Ἡ συναγωγὴ τῶν πονηρευομένων, οὓς καὶ κύνας καλεῖ καὶ κυνηγούς, μηνύων, etc. Inde nata suspicio illum legisse καὶ κυνηγοί. Sed tamen illius verba sic explicari possunt, ut sacerdotes et seniores, de quibus hic agitur, canes nominatim appellati fuisse dicantur, canum autem ductores non conceptis verbis, sed re et sensu, dum scilicet Scriptura, ut observat Justinus, indicat concilium ab illis habitum fuisse, ac Synagogæ nomine eorum auctoritatem designat.

D (29) *Καὶ συνήχθησαν.* Displicet illud καί eruditis viris Sylburgio et Thirlbio, quorum posterior conjunctionem multo incommodius collocat, legendo ὅτι καὶ αὐτοί. Nullum equidem vidi scriptorem, qui hanc voculam sæpius usurparet, quam Justinus ; nec semper prima intuitione perspicitur, quo consilio eam usurpet, sed meditatione et animi contentione interdum opus est. Videtur hoc loco eam adhibuisse ut indicaret sacerdotes etiam de summo scelere perpetrando, ut in rebus ad Dei cultum et gloriam pertinentibus facere solebant, inter se consiliatos esse.

(30) *Καταδικάσασθαι.* Reg. ad marg. et R. Stephanus ad calc. καταδικασθῆναι.

(31) *Τὴν μονογενῆ μου.* Vix dubium quin legerit Justinus τὸν μονογενῆ σου. His enim psalmi versibus et ea quæ Christo inerant, et ea quæ illi evenerunt contineri declarat, id est æternam generationem ex Patre et nativitatem ex Virgine. Quin etiam ideo hæc a Davide dicta existimat, quia « unigenitus erat Patri universorum, » proprie ex eo Verbum et virtus genitus. Hæc autem ei in mentem venire non potuerunt, nisi quia legebat τὸν μονογενῆ σου, « unigenitum tuum. »

Digitized by Google

τῶν ὅλων οὗτος, ἰδίως ἐξ αὐτοῦ Λόγος καὶ δύναμις γεγενημένος, καὶ ὕστερον ἄνθρωπος διὰ τῆς Παρθένου γενόμενος, ὡς ἀπὸ τῶν ἀπομνημονευμάτων ἐμάθομεν, προεδήλωσα. Καὶ ὅτι σταυρωθεὶς ἀπέθανεν, ὁμοίως προεῖπε. Τὸ γάρ· « Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου· σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου, » ὁμοίως μηνύοντος δι' οὗ πάθους ἔμελλεν ἀποθνήσκειν, τουτέστι σταυροῦσθαι. Τὸ γὰρ, « κεράτων μονοκερώτων (32), » ὅτι τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ ἐστι μόνου, προεξηγησάμην ὑμῖν. Καὶ τὸ ἀπὸ ῥομφαίας καὶ στόματος λέοντος καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς αἰτεῖν αὐτὸν τὴν ψυχὴν σωθῆναι, ἵνα μηδεὶς κυριεύσῃ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ αἴτησις ἦν· ἵνα, ἡνίκα ἡμεῖς πρὸς τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου γινόμεθα, τὰ αὐτὰ αἰτῶμεν τὸν Θεὸν τὸν δυνάμενον ἀποστρέψαι πάντα ἀναιδῆ, πονηρὸν ἄγγελον, μὴ λαβέσθαι ἡμῶν τῆς ψυχῆς. Καὶ ὅτι μένουσιν αἱ ψυχαὶ, ἀπέδειξα (33) ὑμῖν ἐκ τοῦ καὶ τὴν Σαμουὴλ ψυχὴν κληθῆναι ὑπὸ τῆς ἐγγαστριμύθου, ὡς ἠξίωσεν ὁ Σαούλ. Φαίνεται δὲ καὶ ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν οὕτως δικαίων καὶ προφητῶν ὑπὸ ἐξουσίαν ἔπιπτον τῶν τοιούτων δυνάμεων, ὁποία δὴ καὶ ἐν τῇ ἐγγαστριμύθῳ ἐκείνῃ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὁμολογεῖται. Ὅθεν καὶ οὗτος διδάσκει ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τὸ πάντως ἀγωνίζεσθαι (34), δι' οὓς γίνεσθαι (35), καὶ πρὸς τῇ ἐξόδῳ αἰτεῖν μὴ ὑπὸ τοιαύτην τινὰ δύναμιν ὑποπεσεῖν τὰς ψυχὰς ἡμῶν, φαίνεται. Καὶ γὰρ ἀποδιδοὺς τὸ πνεῦμα ἐπὶ τῷ σταυρῷ, εἶπε, « Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου· » ὡς καὶ ἐκ τῶν ἀπομνημονευμάτων καὶ τοῦτο ἔμαθον. Καὶ γὰρ πρὸς τὸ ὑπερβάλλειν τὴν Φαρισαίων πολιτείαν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ συνωθῶν· εἰ δὲ μή γε, ἐπίστασθαι ὅτι οὐ σωθήσονται· ταῦτα εἰρηκέναι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι γέγραπται· « Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. »

106. Καὶ ὅτι ἠπίστατο τὸν Πατέρα αὐτοῦ πάντα παρέχειν αὐτῷ, ὡς ἤξιου, καὶ ἀνήγειρεν αὐτὸν (36) ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ πάντας τοὺς φοβουμένους τὸν Θεὸν προέτρεπεν αἰνεῖν τὸν Θεὸν διὰ τὸ ἐλεῆσαι καὶ διὰ τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυρωθέντος τούτου πᾶν γένος τῶν πιστευόντων ἀνθρώπων (37)· καὶ ὅτι ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ἔστη τῶν ἀποστόλων (οἵ τινες

universorum esse, proprie Verbum et virtutem ex eo genitum, atque postea hominem natum ex Virgine, ut ex commentariis didicimus, jam antea demonstravi. Quod autem crucifixus mortem oppetiit, id similiter prædictum. Illud enim: « Erue a gladio animam meam, et de manu canis unicam meam. Salva me ex ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meam, » similiter denuntiantis est, quo supplicii genere moriturus esset, id est cruce; illud enim, « a cornibus unicornium, » solius crucis formam exhibere, vobis antea exposui. Quod autem precatur animam suam a gladio et ex ore leonis et de manu canis liberari, precatio erat, ut ne quis ipsius animæ dominaretur; ut cum nos ad exitum vitæ venimus, idem a Deo poscamus, qui impudentem omnem et malum angelum avertere potest, ne animam nostram capiat. Atque animas quidem manere, ex eo demonstravi, quod etiam Samuelis anima a ventriloqua Pythonissa, ut petierat Saul, evocata sit. Apparet autem omnes animas ejusmodi justorum et prophetarum, sub potestatem talium virtutum cecidisse, qualem virtutem et in ventriloqua illa fuisse rebus ipsis declaratur. Unde et nos etiam per Filium suum, propter quos hæc fieri patet, edocet Deus ut omnino contendamus, ac in exitu vitæ precemur, ne animæ nostræ sub aliquam ejusmodi potestatem cadant. Nam cum spiritum in cruce redderet, dixit: « Pater, in manus tuas commendo spiritum meum [69], » ut ex apostolorum commentariis id quoque didici. Et cum hortaretur discipulos suos, ut Pharisæorum vivendi genus superarent; sin minus, salvos se non futuros scirent, hæc dixisse in commentariis narratur: « Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum [70]. »

106. *Christi resurrectio prædicta in fine psalmi.* — Quod autem sciebat Patrem suum sibi omnia precanti traditurum, seque ab eo ex mortuis excitatum iri; quodque omnes Deum timentes hortatus est ut Deum laudent, quia etiam per hoc mysterium hujus crucifixi misertus est omnis credentium hominum generis: quodque in medio fratrum suorum

[69] Luc. XXIII, 46. [70] Matth. V, 20.

(32) *Τὸ γὰρ, κεράτων μονοκερώτων.* Locus hic emitescit ex apposita interpunctione; ex qua patet psalmi verba citari, quorum quidem cum cruce affinitatem demonstrat n. 91. Vid. Cyrill. cat. 12, n. 15, et cat. 14, n. 19.

(33) *Ἀπέδειξα.* Deest hæc demonstratio. — Col. I Samuel. XXVIII, 7 sqq. et *Apol.* 1, c. 18. — Idem cum Justino docent Origenes (Homil. in I Reg. XXVIII. [Opp. ed. de la Rue, t. II], p. 490 sqq.) aliique Patres. At vero Tertullianus (*De anima* c. 57, p. 245), Hieronymus (*Comm. in Matth.* VI, 31, al.) Pseudo-Justinus in *Quæst. et respons. ad orthod.* (resp. ad quæst. LII) et alii, quos Semisch. *Justin d. Märtyr.* p. II, p. 463, not. 4, recenset, docent Samuelis animam non revera fuisse ab inferis evocatam, sed tantummodo spectrum dæmonum machinationibus sub Samuelis forma regi apparuisse. Sed mire interdum hic fluctuant Patres (v. c. Basilius), ut Kortholtus observavit. Otto.

(34) *Ἀγωνίζεσθαι.* De strenua adversus diabolum per totam vitam dimicatione hæc videntur intelligenda, eoque refertur præceptum Christi, quod paulo post citatur, ut justitiam Pharisæorum superemus. Pro καὶ οὗτος legendum καὶ ὁ Θεός.

(35) *Δι' οὓς γίνεσθαι.* Iis verbis jungendum verbum φαίνεται, quod in fine periodi perincommode, utpote loco non suo, legitur.

(36) *Ἀνήγειρεν αὐτόν.* Convenientius ἀνεγερεῖν. Sylburg.

(37) *Τῶν πιστευόντων ἀνθρώπων.* Claræ et perspicuæ sententiæ necesse non est addere verbum σῶσαι, ut placet Sylburgio. Sed illud καί, quod legitur ante has voces διὰ τοῦ μυστηρίου idem valet ac *etiam;* et Deum etiam proprio Filio non pepercisse, sed pro nobis omnibus illum tradidisse significat.

Digitized by Google

apostolorum stetit (qui quidem postquam resurrexit a mortuis, eisque persuasit, id quod etiam ante passionem illis dixerat, oportuisse hæc eum pati, eaque a prophetis fuisse prænuntiata, pœnitentiam egerunt, quod ab eo defecissent, cum crucifigeretur) et cum una cum eis versaretur, Deum laudavit, ut in commentariis apostolorum declaratum est, hæc ex reliquo psalmo manifesta **201** fiunt. Sic autem habet : « Narrabo nomen tuum fratribus meis : in medio Ecclesiæ laudabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum ; universum semen Jacob, glorificate eum. Metuant eum omne semen Israel. » Quod autem unum ex apostolis mutato nomine Petrum appellasse dicitur, atque in apostolicis commentariis id quodque refertur ; quodque præterea duos alios fratres, Zebedæi filios, Boanerges, id est tonitrui B filios cognominavit, id argumento erat ipsum illum esse, a quo Jacob Israelis, Auses Jesu nomine cognominatus est, per quod nomen etiam in terram patriarchis promissam introductus est populus ex his, qui ex Ægypto profecti sunt, superstes. Eum autem tanquam astrum ex genere Abrahæ oriturum Moyses his verbis declaravit : « Orietur stella ex Jacob et dux ex Israel [71]. Et alia Scriptura : « Ecce vir ; Oriens nomen ejus [72]. » Cum igitur exorta esset et in cœlo, statim atque natus est, stella, quemadmodum scriptum est in commentariis apostolorum ejus, ex Arabia magi, re ex hoc signo cognita, advenerunt, eumque adoraverunt.

μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ πεισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι καὶ πρὸ τοῦ παθεῖν ἔλεγεν αὐτοῖς, ὅτι ταῦτα αὐτὸν δεῖ παθεῖν, καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν (38) ὅτι προεκεκήρυκτο ταῦτα, μετενόησαν ἐπὶ τῷ ἀφίστασθαι αὐτοῦ ὅτε ἐσταυρώθη), καὶ μετ' αὐτῶν διάγων, ὕμνησε τὸν Θεὸν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων δηλοῦται γεγενημένον, τὰ λείποντα τοῦ ψαλμοῦ ἐδήλωσεν. Ἔστι δὲ ταῦτα · « Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου · ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον αἰνέσατε αὐτόν · ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ δοξάσατε αὐτόν. Φοβηθήτωσαν αὐτὸν ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ. » Καὶ τὸ εἰπεῖν μετωνομακέναι αὐτὸν Πέτρον ἕνα τῶν ἀποστόλων, καὶ γεγράφθαι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν αὐτοῦ γεγενημένον καὶ τοῦτο, μετὰ τοῦ καὶ ἄλλους δύο ἀδελφοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου ὄντας μετωνομακέναι ὀνόματι τοῦ Βοανεργὲς, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς (39), σημαντικὸν ἦν τοῦ αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι, διὸ καὶ (40) τὸ ἐπώνυμον Ἰακὼβ τῷ Ἰσραὴλ ἐπικληθέντι ἐδόθη, καὶ τῷ Αὐσῆ ὄνομα Ἰησοῦς ἐπεκλήθη · δι' οὗ ὀνόματος καὶ εἰσήχθη εἰς τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς πατριάρχαις γῆν ὁ περιλειφθεὶς ἀπὸ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελθόντων λαός. Καὶ ὅτι ὡς ἄστρον (41) ἔμελλεν ἀνατέλλειν αὐτὸς διὰ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραὰμ, Μωϋσῆς παρεδήλωσεν οὕτως εἰπών · « Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἡγούμενος ἐξ Ἰσραήλ. » Καὶ ἄλλη δὲ Γραφή φησιν · « Ἰδοὺ ἀνήρ · Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. » Ἀνατείλαντος οὖν καὶ ἐν οὐρανῷ (42) ἅμα τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν ἀστέρος, ὡς γέγραπται ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, οἱ ἀπὸ Ἀραβίας μάγοι ἐκ τούτου ἐπιγνόντες, παρεγένοντο, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ.

C

107. *Idem dogma ex Jonæ historia.*—Quod autem tertio die, postquam crucifixus fuisset, resurrecturus erat, scriptum est in iisdem commentariis homines vestri generis, cum disputarent cum eo, dixisse : « Ostende nobis signum ; » eumque respondisse : « Generatio prava et adultera signum quærit, et signum non dabitur eis nisi signum Jonæ [73]. » Quæ cum ab eo dicerentur arcane, intelligere erat audientibus, eum, postquam crucifixus fuisset, tertio die resurrecturum. Ac vestram quidem generationem nequiorem et magis adulteram civitate Ninivitarum demonstrabat, qui cum eis Jonas e ventre magni piscis tertio die ejeciendum natus.

107. Καὶ ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἔμελλεν ἀναστήσεσθαι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι, γέγραπται ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν, ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν συζητοῦντες αὐτῷ ἔλεγον, ὅτι, « Δεῖξον ἡμῖν σημεῖον · » καὶ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, « Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ · καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτοῖς, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ. » Καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ παρακεκαλυμμένα, ἦν νοεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀκουόντων, ὅτι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Καὶ πονηροτέραν τὴν γενεὰν ὑμῶν καὶ μοιχαλίδα μᾶλλον τῆς Νινευϊτῶν πόλεως ἐδήλου, οἵτινες, τοῦ Ἰωνᾶ κηρύξαντος αὐτοῖς μετὰ τὸ ἐκβραθῆναι αὐτὸν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς κοιλίας τοῦ

[71] Num. XXIV, 17. [72] Zach. VI, 12. [73] Matth. XII, 39.

(38) *Καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν.* Legendum ὑπὸ τῶν προφητῶν. Vide supra, n. 76.

(39) *Υἱοὶ βροντῆς.* Sic etiam Tertullianus lib. IV *adv. Marc.*, c. 14 : « Mutat et Petro nomen de Simone ; quia et creator Abrahæ et Saræ et Auseæ nomina reformavit, hunc vocando Jesum, illis syllabas adjiciendo. » Sed facile non est hæc Justini de Petro et filiis Zebedæi dicta cum superioribus connectere, et ad quem psalmi versum referantur ostendere. Equidem fateor me seriem et continuationem non animadvertere, nisi legamus τὸ ὄνομά μου, « Narrabo nomen meum fratribus meis, » idque fecisse Christum intelligamus, cum, mutatis Petro ac Joanni ejusque fratri nominibus, eum se esse declaravit, qui Abrahæ et filio Navæ nomina mutaverat. Si minus placeat hæc conjectura, totus hic locus digressio erit ex commemoratione discipulorum nata.

(40) *Διὸ καὶ.* Legendum δι' οὗ et mox τῷ Αὐσῇ. THIRLB.

(41) *Ὡς ἄστρον.* Respicere videtur Justinus ad illud psalmi : « Et annuntiabunt cœli justitiam ejus. » Adhuc enim versatur in ejusdem psalmi explicatione ; et quamvis post hæc verba : « Timeat eum omne semen Israel, » nihil amplius recitetur ex psalmo, facile apparet reliqua a Justino brevitatis causa fuisse omissa vel a librariis. Videtur enim Justinus promittere se reliqua psalmi recitaturum, cum ait : Τὰ λείποντα τοῦ ψαλμοῦ ἐδήλωσεν. Ἔστι δὲ ταῦτα.

(42) *Καὶ ἐν οὐρανῷ.* Etiam in cœlo stella exorta, quia scilicet alia in terris longe præstantior prodierat.

Digitized by Google

habent : « Et ipse erit exspectatio gentium »), de vocula in contentionem vobiscum non venio; quemadmodum nec ex Scripturis, quas non agnoscitis, id est ex recitatis a me Jeremiæ prophetæ, Esdræ et Davidis verbis demonstrationem de Christo perficere studui, sed ex iis quæ hactenus ratæ a vobis habentur. Quas quidem si intellexissent doctores vestri, probe sciatis deleturos fuisse; quemadmodum et eas deleverunt, quæ mortem Isaiæ spectant, quem serra lignea dissecuistis. Christi mysterium id quoque, qui genus vestrum bifariam divisurus est, et alios quidem pro meritis regno æterno cum sanctis patriarchis et prophetis dignaturus est; alios vero in ignis inexstincti condemnationem cum similibus ex omni gente incredulis et immutari nolentibus immissurum se jam pronuntiavit. « Venient enim, inquit, ab oriente et occidente, et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno cœlorum : filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores [a]. » Atque hæc quidem dixi, quia ita sum affectus animo, ut nihil prorsus dixerim, in quo aliud curem, quam ut verum dicam, neminem reveriturus, etiamsi e vestigio discerpi a vobis oporteat. Namque ex meo genere, id est ex Samaritanis, **214** neminem curans, cum Cæsarem oblato ad acta scripto compellarem, dixi eos errore decipi, ut qui Simoni gentis suæ mago fidem haberent, quem Deum supra omnem principatum et potestatem et virtutem esse dicunt.

121. *Ex eo quod gentes in Jesum credunt, eum esse Christum patet.* — Cumque illi conticescerent, hæc

[a] Matth. VIII, 11.

εἴρηται (οὕτω γὰρ ἔχουσι· « Καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν ») οὐ περὶ τοῦ λεξειδίου συζητῆσαι ὑμῖν ἔρχομαι, ὄνπερ τρόπον οὐδὲ ἀπὸ τῶν μὴ ὁμολογουμένων ὑφ' ὑμῶν Γραφῶν, ὧν καὶ ἀνιστόρησα, ἀπὸ λόγων Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, καὶ Ἔσδρα, καὶ Δαβὶδ, τὴν ἀπόδειξιν τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ ποιήσασθαι ἐσπούδασα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὁμολογουμένων μέχρι νῦν ὑφ' ὑμῶν· ἃ εἰ ἐνενοήκεισαν οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, εὖ ἴστε ὅτι ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν (14), ὡς καὶ τὰ περὶ τὸν θάνατον Ἡσαΐου, ὃν πρίονι ξυλίνῳ ἐπρίσατε, μυστήριον καὶ αὐτὸ τοῦ Χριστοῦ τοῦ τέμνειν ὑμῶν τὸ γένος διχῇ μέλλοντος, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους σὺν τοῖς ἁγίοις πατριάρχαις καὶ προφήταις τῆς αἰωνίου βασιλείας καταξιοῦν μέλλοντος· τοὺς δὲ ἐπὶ τὴν καταδίκην τοῦ ἀσβέστου πυρὸς σὺν τοῖς ὁμοίοις ἀπειθέσι καὶ ἀμεταθέτοις ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν πέμψειν ἤδη φήσαντος. « Ἥξουσι γὰρ, εἶπεν, ἀπὸ δυσμῶν καὶ ἀνατολῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. » Καὶ ταῦτα εἶπον (15), ὅτι οὐδὲν οὐδενὸς φρονοῦντες ἢ τοῦ τἀληθὲς λέγειν, λέγοιμι, οὐδένα δυσωπήσεσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ' ὑμῶν μελισθῆναι. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων (16), τινὸς φροντίδα ποιούμενος, ἐγγράφως (17) Καίσαρι προσομιλῶν, εἶπον πλανᾶσθαι αὐτοὺς πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι, ὃν θεὸν ὑπὲρ ἄνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι.

121. Καὶ ἡσυχίαν ἀγόντων αὐτῶν, ἔφερον (18)· Διὰ Δαβὶδ περὶ τούτου λέγων (19) τοῦ Χριστοῦ, ὦ

(14) Ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν. Eadem docent Irenæus lib. III, cap. 21; Eusebius lib. VI *Demonstr. evang.* pag. 257; Jovius apud Photium.

(15) Καὶ ταῦτα εἶπον. Sic emendatum est in editionibus Græco-Latinis pro eo quod apud R. Stephanum est καὶ ταῦτα εἶπεν.

(16) Τῶν Σαμαρέων. Eadem habemus de Samaritanis sub finem *Apologiæ* II; de Simone autem vide *Apol.* I, n. 56.

(17) Ἐγγράφως. Non quodlibet scriptum videtur hac voce significari, sed scriptum ad acta oblatum. Dux quidam, teste Eusebio lib. IX *Hist. eccles.*, c. 5, in urbe Phœnices Damasco, cum impuras quasdam mulieres e foro rapuisset, miseras coegit λέγειν ἐγγράφως se Christianas fuisse et flagitiorum, quæ a Christianis gererentur, conscias. Probat Valesius illud λέγειν ἐγγράφως reddendum esse : « Publice editis apud acta testimoniis dicere. » Apud eumdem Eusebium lib. VII, c. 11, pag. 258, ea quæ Æmilianus præfectus S. Dionysio ejusque sociis ἀγράφως dixerat, opponuntur iis quæ tunc in acta referebantur. Apud Photium cod. 52, quidam Messaliani ἐγγράφως convicti fuisse dicuntur, quod ad vomitum redissent. S. Basilius de baptismi promissis ait lib. I *De baptismo*, cap. 3 : Ὥσπερ ἔγγραφον ὁμολογίαν συνεθέμεθα, quod quidem videtur explicari posse ex his Optati verbis lib. II, p. 34: « Fides credentium et professio, quæ apud acta conficitur angelorum. » Videtur ergo Justinus, dum se ἐγγράφως Cæsarem allocutum esse dicit, ejusmodi scriptum designare quod ad acta oblatum et depositum fuerit. Atque id confirmat Justinus qui et *Apologiam* suam senatui etiam ac populo Romano dicavit, et ab imperatoribus postulat n. 56, ut senatum et populum Romanum ad judicium his de rebus ferendum advocent. Verti etiam posset, *Cæsarem scripto actis consignato compellavi.* Sed quia Justinus hoc loco magis videtur commemorare quid petierit, quam quid impetraverit, reddere malui, *oblato ad acta scripto*, id est, quod petii ut in acta reciperetur. — Ἐγγράφως. Maranus vult reddi « oblato ad acta scripto, » h. e. quod petii ut in acta reciperetur — vel (in *Addend.*) « scripto actis consignato, » ut quid impetraverit dicat. Loca a V. D. allata non multum valent. Justinus vult exprimere se non *ore* sed *scripto* Cæsarem compellasse. Respicit autem alterutram *Apologiam :* scilicet in utraque *Simonem Magum* et *Samaritanos* diserte commemorat. Ita enim, *Apol.* II, c. 15 : Καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμωνιανοῦ διδάγματος κατεφρόνησα. Cum vero martyr, ut Grabius (*Spicileg. SS. PP.* t. I, p. 158 sq.) admonuit, rem ipsam in *Apol.* I, c. 26, dixerit his verbis : Καὶ σχεδὸν πάντες μὲν Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, ἐκεῖνον καὶ προσκυνοῦσι (coll. c. 56.) — Cumque circumstantiæ loci et temporis vix patiantur dialogum cum Tryphone Ephesi habitum *Apologia* posteriori posteriorem facere (hac enim oblata non amplius Roma abiisse nec diu supervixisse vulgo putatur Justinus), in communi sententia acquiesco, qua prioris *Apologiæ* hic respectus habetur. Otto.

(18) Ἔφερον. Mallet Sylburgius ἐπέφερον.

(19) Λέγων. Supple Γραφὴ vel Θεός.

Digitized by Google

φῶσι, οὐκέτι « ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ » εἶπεν εὐλογηθήσεσθαι τὰ ἔθνη, ἀλλὰ « ἐν αὐτῷ. » Οὕτω δὲ ἐκεῖ ἐστι· « Τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀνατελεῖ· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη. » Εἰ δὲ ἐν τῷ Χριστῷ εὐλογεῖται τὰ ἔθνη πάντα, καὶ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τοῦτον πιστεύομεν, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ ἡμεῖς οἱ δι' αὐτοῦ εὐλογημένοι. Τὸν μὲν ἥλιον ὁ Θεὸς ἐδεδώκει πρότερον εἰς τὸ προσκυνεῖν αὐτὸν, ὡς γέγραπται· καὶ οὐδένα οὐδέποτε ἰδεῖν ἔστιν ὑπομείναντα διὰ τὴν πρὸς τὸν ἥλιον πίστιν ἀποθανεῖν· διὰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων καὶ ὑπομείναντας καὶ ὑπομένοντας πάντα πάσχειν ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀρνήσασθαι αὐτὸν, ἰδεῖν ἔστι. Πυρωδέστερος γὰρ αὐτοῦ ὁ τῆς ἀληθείας καὶ σοφίας λόγος, καὶ φωτεινότερος μᾶλλον τῶν ἡλίου δυνάμεών ἐστι, καὶ εἰς τὰ βάθη τῆς καρδίας καὶ τοῦ νοῦ εἰσδύνων. Ὅθεν καὶ ὁ λόγος ἔφη· « Ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀνατελεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτοῦ, » Ζαχαρίας φησί. Καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγων εἶπεν, ὅτι « Κόψονται φυλὴ κατὰ φυλήν. » Εἰ δὲ ἐν τῇ ἀτίμῳ καὶ ἀειδεῖ καὶ ἐξουθενημένῃ πρώτῃ παρουσίᾳ αὐτοῦ τοσοῦτον ἔλαμψε καὶ ἴσχυσεν, ὡς ἐν μηδενὶ γένει ἀγνοεῖσθαι αὐτὸν, καὶ ἀπὸ παντὸς μετάνοιαν πεποιῆσθαι ἀπὸ τῆς παλαιᾶς κακῆς ἑκάστου γένους πολιτείας, ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια (20) ὑποτάσσεσθαι αὐτοῦ τῷ ὀνόματι, καὶ πάσας τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς βασιλείας (21) τούτου τὸ ὄνομα παρὰ πάντας τοὺς ἀποθανόντας δεδοικέναι· οὓς ἐκ παντὸς τρόπου (22) ἐν τῇ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ καταλύσει πάντας τοὺς μισήσαντας αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδίκως ἀποστάντας· τοὺς δὲ ἰδίους ἀναπαύσει, ἀποδιδοὺς αὐτοῖς τὰ προσδοκώμενα πάντα; Ἡμῖν οὖν ἐδόθη καὶ ἀκοῦσαι καὶ συνεῖναι καὶ σωθῆναι διὰ τούτου τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ τοῦ Πατρὸς ἐπιγνῶναι πάντα (23). Διὰ τοῦτο ἔλεγε πρὸς αὐτόν· « Μέγα σοί ἐστι τοῦ κληθῆναί σε παῖδά μου, τοῦ στῆσαι τὰς φυλὰς τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι. Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν αὐτῶν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. »

adjeci: Per Davidem, amici, de hoc Christo loquens Scriptura non jam in « semine ejus » dicit benedictum iri gentes, sed « in ipso. » Sic autem ibi est: « Nomen ejus in sæculum super solem exorietur: et benedicentur in ipso omnes gentes [6]. » Porro, si in Christo benedicuntur omnes gentes, et ex omnibus gentibus in hunc credimus; cum ipse Christus est, tum nos per eum benedicti. Solem quidem Deus dederat prius ad adorandum, quemadmodum scriptum est [7]; nec quisquam unquam exstitit, qui mortem propter fidem in solem oppeteret. At ex omni genere hominum videre est, qui propter nomen Jesu quælibet supplicia et pertulerint et perferant, ne illum negent. Ardentior enim est illius veritatis et sapientiæ sermo et lucidior multo solis virtutibus, et in recessus cordis et mentis penetrat. Unde et Scriptura dicit: « Super solem orietur nomen ejus. » Et rursus: « Oriens nomen ejus, » inquit Zacharias [8], qui de eodem loquens ait: « Plangent tribus secundum tribum. » Quod si in primo adventu, qui inglorius et informis et despectus fuit, tantum resplenduit, ac tantum valuit, ut nulla in gente ignotus sit, sed ubique homines ex veteri cujusque gentis malo vivendi genere pœnitentiam agant, unde ipsi etiam dæmones ejus nomini subjiciuntur, ac principatus omnes et regna nomen ejus supra omnes defunctos reformidant; nonne in glorioso adventu omnes prorsus evertet, qui eum oderint et qui ab eo inique defecerint; suos autem inducet in requiem, omnibus eos exspectatis bonis remunerans? Nobis igitur datum est et audire et intelligere et salvari per hunc Christum, et omnia a Patre revelata cognoscere. Propterea dicebat ad eum: « Magnum est tibi ut voceris servus meus, ut constituas tribus Jacob, et dispersiones Israelis convertas. Posui te in lucem 215 gentium, ut sis in salutem earum usque ad extremum terræ [9]. »

[6] Psal. LXXI, 17. [7] Deut. IV, 19. [8] cap. VI, 12. [9] Isa. XLIX, 6.

(20) *Ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια.* Legit Cl. Thirlbius ὡς τε. Sed hæc satis commode referuntur ad ea quæ proxime præcedunt. Perspicuum enim est formidinem illam, quam Christi nomen dæmonibus et potestatibus terræ incutiebat, fructum esse evangelii in toto terrarum orbe prædicati.

(21) *Καὶ τὰς βασιλείας.* Sic etiam infra n. 131, prædictum esse ostendit fore, ut omnes principatus et regna Christum metuerent. Non possunt de futura regum conversione hæc intelligi, tum quia nunquam illos veritatis insectandæ finem facturos declarat Justinus supra n. 39, tum quia præsentem rerum statum indicat, cum ait principatus omnes et regna nomen Christi supra omnes defunctos formidare. Sic etiam supra n. 50, de Christo: Ὃν καὶ τὰ δαιμόνια φρίσσει καὶ πᾶσαι ἁπλῶς αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι τῆς γῆς. Regna et principatus et potestates his in locis, ut sæpe alias, apud Græcos et Romanos scriptores, idem sonant ac reges et præsides et magistratus. Sed quomodo hanc omnium potestatum adversus Christum reverentiam conciliabimus cum blasphemiis, quas in Christum evomebant, et supplicis, quibus Christianos afficiebant? Justini testimonium multa confirmant. Non enim dubium quin Christianorum miracula, vitæ sanctitas et crescens ex persecutionibus numerus persecutores ipsos sæpe terruerint. Qui in Christianos vehementius clamabant, hi sæpe eorum in miraculis a Deo impetrandis potestatem senserant: « Hæc omnia tibi, ait Tertullianus ad Scapulam, et de officio suggeri possunt, et ab iisdem advocatis, qui et ipsi beneficia habent Christianorum, licet acclament quæ volunt. » In eodem scripto multa Tertullianus commemorat exempla divinæ ultionis in persecutores Christianorum, ac plures recenset præsides, qui aut in « fine vitæ suæ recordati sunt deliquisse, quod vexassent Christianos; » aut eis faverunt; nec omittit Severi imperatoris in eos æquitatem et benevolentiam. Nemo inficiari possit eadem aliis temporibus et locis contigisse. Inter ipsos imperatores scimus Justini ætate Antoninum Christianis æquum se præbuisse, et Adrianum templa Christo statuere voluisse. Immerito ergo Justini narratio in suspicionem vocetur, aut pravis attentetur conjecturis delendo illud τῆς γῆς n. 50, post ἐξουσίαι, ut doctissimo Thirlbio visum est.

(22) *Οὓς ἐκ παντὸς τρόπου.* Legendum οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου cum puncto interrogante; idque ante me admonuit Cl. Thirlbius.

(23) *Τὰ τοῦ Πατρὸς ἐπιγ. πάντα.* Vide n. 44.

Digitized by Google

122. *Immerito hæc Judæi de proselytis intelligunt.* — Atque hæc vos quidem in Geioram et proselytos vestros dicta existimatis; at vere in nos dicta sunt, qui per Jesum illuminati sumus. Nam profecto istis etiam testimonium perhibuisset Christus : nunc autem duplo, ut ipse dixit, filii gehennæ filis [10]. Non ergo ad eos prophetarum dicta pertinent, sed ad nos, de quibus dicit Scriptura : « Ducam cæcos in via quam nesciunt, et semitas, quas ignoraverunt, inambulabunt [11]. Et ego testis, dicit Dominus Deus, et puer meus, quem elegi [12]. » Quibusnam igitur testimonium perhibet Christus? Credentibus videlicet. Proselyti autem non modo non credunt, sed etiam duplo vos superant blasphemiis in nomen ejus evomendis; ac nos qui in eum credimus, et occidere et excruciare volunt; in omnibus enim assimilari vobis conantur. Ac rursus alibi clamat : « Ego Dominus vocavi te in justitia, et apprehendam manum tuam, et fortem reddam te, et ponam te in testamentum generis, in lucem gentium, ut aperias oculos cæcorum, et educas ex vinculis compeditos [13]. » Quoniam hæc quoque ad Christum et de gentibus illuminatis dicta sunt, an rursum dicetis : Ad legem et ad proselytos hæc dicit?

Hic tanquam in theatro vociferati sunt nonnulli eorum, qui postridie venerant : Quid? Nonne ad legem et ad eos, qui ab ea illuminantur, hæc dicit? Illi autem sunt proselyti.

Minime, inquam, Tryphonem respiciens; nam si lex gentes, et eos qui legem habent, illuminare posset, qui opus esset Novo Testamento? Quoniam autem Novum Testamentum et æternam legem ac mandatum missurum se Deus prænuntiabat, non veterem illam legem ejusque proselytos intelligemus, sed Christum ac proselytos ipsius, nos scilicet ex gentibus, quos illuminavit, quemadmodum alicubi ait : « Sic dicit Dominus : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tibi. Et dedi te in testamentum gentium, ut constitueres terram, et hæreditatem acciperes loca deserta [14]. » Quænam igitur hæreditas Christi? nonne gentes? Quodnam Dei testamentum? nonne Christus? Quemadmodum etiam alibi dicit : « Filius meus es tu : ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [15]. »

123. *Ridiculæ interpretationes Judæorum. Christiani verus Israel.* — Quemadmodum igitur hæc

122. Ταῦτα ὑμεῖς μὲν εἰς τὸν Γηόραν καὶ τοὺς προσηλύτους εἰρῆσθαι νομίζετε· τῷ ὄντι δὲ εἰς ἡμᾶς εἴρηται τοὺς διὰ Ἰησοῦ πεφωτισμένους. Ἡ γὰρ ἂν κἀκείνοις ἐμαρτύρει ὁ Χριστός· νῦν δὲ διπλότερον υἱοὶ γεέννης, ὡς αὐτὸς εἶπε, γίνεσθε (24). Οὐ πρὸς ἐκείνους οὖν οὐδὲ τὰ διὰ τῶν προφητῶν εἰρημένα λέλεκται, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς, περὶ ὧν ὁ λόγος λέγει· « Ἄξω ἐν ὁδῷ τυφλοὺς ἣν οὐκ ἔγνωσαν· καὶ τρίβους οὓς οὐκ ᾔδεισαν, πατήσουσι. Κἀγὼ μάρτυς, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ὁ παῖς μου ὃν ἐξελεξάμην. » Τίσιν οὖν μαρτυρεῖ ὁ Χριστός; Δῆλον ὡς τοῖς πεπιστευκόσιν. Οἱ δὲ προσήλυτοι οὐ μόνον οὐ πιστεύουσιν, ἀλλὰ διπλότερον ὑμῶν βλασφημοῦσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἡμᾶς τοὺς εἰς ἐκεῖνον πιστεύοντας καὶ φονεύειν καὶ αἰκίζειν βούλονται· κατὰ πάντα γὰρ ὑμῖν ἐξομοιοῦσθαι σπεύδουσι. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις βοᾷ· « Ἐγὼ Κύριος ἐκάλεσά σε τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἰσχύσω σε, καὶ θήσω σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους. » Ἐπεὶ καὶ ταῦτα, ὦ ἄνδρες, πρὸς τὸν Χριστὸν, καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν τῶν πεφωτισμένων εἴρηται, ἢ πάλιν ὑμεῖς ἐρεῖτε· Πρὸς τὸν νόμον λέγει καὶ τοὺς προσηλύτους ταῦτα;

Καὶ ὥσπερ ἐν θεάτρῳ ἀνέκραγόν τινες τῶν τῇ δευτέρᾳ ἀφιγμένων· Ἀλλὰ τί; οὐ πρὸς τὸν νόμον λέγει, καὶ τοὺς φωτιζομένους ὑπ' αὐτοῦ; Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ προσήλυτοι.

Οὐκ, ἔφην, ἀπιδὼν πρὸς τὸν Τρύφωνα· ἐπεὶ, εἰ νόμος εἶχε τὸ φωτίζειν τὰ ἔθνη καὶ τοὺς ἔχοντας αὐτὸν, τίς χρεία Καινῆς Διαθήκης; Ἐπειδὴ (25) Καινὴν Διαθήκην, καὶ νόμον αἰώνιον καὶ πρόσταγμα ὁ Θεὸς προεκήρυσσε πέμψειν, οὐχὶ τὸν παλαιὸν νόμον ἀκουσόμεθα καὶ τοὺς προσηλύτους αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν καὶ τοὺς προσηλύτους αὐτοῦ, ἡμᾶς τὰ ἔθνη, οὓς ἐφώτισεν, ὡς πού φησιν· « Οὕτω λέγει Κύριος· Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι (26), καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην ἐθνῶν τοῦ καταστῆσαι τὴν γῆν, καὶ κληρονομίαν κληρονομῆσαι ἐρήμους. » Τίς οὖν ἡ κληρονομία τοῦ Χριστοῦ; οὐχὶ τὰ ἔθνη; Τίς ἡ διαθήκη τοῦ Θεοῦ; οὐχ ὁ Χριστός; Ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. »

123. Ὡς οὖν πάντα ταῦτα εἰρῆται πρὸς τὸν Χριστὸν καὶ τὰ ἔθνη, οὕτως κἀκεῖνα εἰρῆσθαι νομίζετε.

[10] Matth. XXIII, 15. [11] Isa. XLII, 16. [12] Isa. XLIII, 10. [13] Isa. XLII 6. [14] Isa. XLIX. 8, 9. [15] Psal. II, 7.

(24) *Γίνεσθε.* Nimirum cum Judaica instituta amplectimini. Quæ enim proselytis dicit, ea Judæis ipsis dici poterant quibuscum proselytos unum esse populum probat n. 123. Quare necesse non est cum R. Stephano legere γίνεσθαι ποιεῖτε, aut cum Thirlbio λέγονται.

(25) *Ἐπειδή.* Sæpe in hac voce lapsi librarii. Legendum ἐπεὶ δέ, ut monuit C!. Thirlbius.

(26) *Ἐβοήθησά σοι.* Additur in Bibliis καὶ ἔπλασά σε, quæ verba etiam in cod. Alex. et apud Cyrill. et Clem. Alex. p. 762, deesse idem vir. eruditus observat.

Digitized by Google

Οὐδὲν γὰρ χρῄζουσιν οἱ προσήλυτοι διαθήκης, εἰ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς περιτεμνομένοις κειμένου νόμου, περὶ ἐκείνων οὕτως ἡ Γραφὴ λέγει· « Καὶ προστεθήσεται καὶ ὁ Γηόρας πρὸς αὐτοὺς, καὶ προστεθήσεται πρὸς τὸν οἶκον Ἰακώβ. » Καὶ ὅτι μὲν προσήλυτος (27) ὁ περιτεμνόμενος εἰς τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι (28) ἐστὶν ὡς αὐτόχθων· ἡμεῖς δὲ λαὸς κεκλῆσθαι ἠξιωμένοι, ὁμοίως (29) ἔθνος ἐσμὲν διὰ τὸ ἀπερίτμητοι εἶναι. Πρὸς δὲ καὶ γελοῖόν ἐστιν ἡγεῖσθαι ὑμᾶς, τῶν μὲν προσηλύτων αὐτῶν ἀνεῳχθαι τὰ ὄμματα, ὑμῶν δὲ οὔ· καὶ ὑμᾶς μὲν ἀκούειν τυφλοὺς καὶ κωφοὺς, ἐκείνους δὲ πεφωτισμένους. Καὶ ὅτι γελοιότερον (30) ἀποβήσεται ὑμῖν τὸ πρᾶγμα, εἰ τὸν νόμον τοῖς ἔθνεσι δεδόσθαι φήσετε, ὑμεῖς οὔτε ἐκεῖνον τὸν νόμον ἔγνωτε. Ηὐλαβεῖσθε γὰρ ἂν τὴν τοῦ Θεοῦ ὀργὴν, καὶ υἱοὶ ἄνομοι καὶ ῥεμβεύοντες οὐκ ἂν ἦτε, δυσωπούμενοι ἀκούειν ἑκάστοτε λέγοντος αὐτοῦ· « Υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς. Καὶ τίς τυφλὸς, ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου· καὶ κωφὸς, ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; Καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. Εἰ δέ γε (31) πολλάκις, καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε· ἀνεῳγμένα τὰ ὦτα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠκούσατε. » Εἰ καλὸς ὑμῶν ὁ ἔπαινος τοῦ Θεοῦ καὶ Θεοῦ μαρτυρία δούλοις πρέπουσα; οὐκ αἰσχύνεσθε πολλάκις ταῦτα ἀκούοντες, οὐδὲ ἀπειλοῦντος τοῦ Θεοῦ φρίσσετε, ἀλλ' ἢ λαὸς μωρὸς καὶ σκληροκάρδιός ἐστε. « Διὰ τοῦτο ἰδοὺ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, » λέγει Κύριος, « καὶ μεταθήσω αὐτοὺς, καὶ ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν κρύψω. » Εὐλόγως· οὐ γὰρ σοφοί ἐστε, οὐδὲ συνετοὶ, ἀλλὰ δριμεῖς καὶ πανοῦργοι· σοφοὶ εἰς τὸ κακοποιῆσαι μόνον· γνῶναι δὲ βουλὴν Θεοῦ κεκρυμμένην, ἢ διαθήκην Κυρίου πιστὴν, ἢ τρίβους αἰωνίους εὑρεῖν, ἀδύνατοι. « Τοιγαροῦν ἐγερῶ, φησὶ, τῷ Ἰσραὴλ καὶ τῷ Ἰούδα σπέρμα ἀνθρώπων, καὶ σπέρμα κτηνῶν. » Καὶ διὰ Ἡσαΐου περὶ ἄλλου Ἰσραὴλ οὕτω φησί· « Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται τρίτος Ἰσραὴλ ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις καὶ Αἰγυπτίοις, εὐλογημένος ἐν τῇ γῇ ἣν εὐλόγησε Κύριος Σαβαὼθ, λέγων· Εὐλογημένος ἔσται ὁ λαός μου ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ ἐν Ἀσσυρίοις, καὶ ἡ κληρονομία μου

A omnia ad Christum et gentes dicta sunt, ita et illa existimate esse dicta. Non enim indigent proselyti testamento; si, cum una et eadem lex omnibus circumcisis posita sit, de illis Scriptura sic loquitur : « Et apponetur etiam Geioras ad ipsos, et apponetur ad domum Jacob [16]. » Tum etiam quia proselytus, qui circumcisus est, **216** ut ad populum accedat, est instar indigenæ : nos autem, qui populi appellatione dignati sumus, gens tamen sumus, eo quod circumcisi non simus. Præterea ridiculum est, ut proselytorum quidem oculos apertos esse, vestros autem nequaquam; ac vos quidem cæcos et surdos, illos autem, illuminatos dici existimetis. Res adhuc magis ridicula videbitur, si legem gentibus datam dicatis, vos autem ipsam B illam legem non noveritis. Nam si nossetis, iram Dei metuissetis, nec filii iniqui essetis et errore vagantes; sed cavissetis ne eum semper dicentem audiretis : « Filii quibus non est fides in ipsis [17]. Et quis cæcus, nisi pueri mei? Et quis surdus, nisi qui dominantur eis? Et excæcati sunt servi Dei. Vidistis sæpe, et non observastis : apertæ aures vestræ, et non audistis [18]. » Num præclara hæc laus, quam Deus vobis tribuit, et Dei testimonium servos decens? Non vos pudet eadem sæpe audire, nec Deo comminante contremiscitis; sed profecto populus estis insipiens et corde obduratus. « Propterea ecce addam ut transferam populum hunc, » dicit Dominus, « et transferam eos : et perdam sapientiam sapientium, et intelligentiam intelligen- C tium abscondam [19]. » Merito sane; neque enim sapientes estis aut prudentes, sed astuti et versuti; in hoc tantum sapientes ut male agatis; absconditum autem Dei consilium aut fidele testamentum Domini cognoscere, aut æternas semitas invenire non potestis. « Itaque excitabo, inquit, Israeli et Judæ semen hominum et semen pecudum [20]. » Et per Isaiam de alio Israele sic loquitur : « In die illa erit tertius Israel in Assyriis et Ægyptiis benedictus in terra, quam benedixit Dominus Sa-

[16] Isa. XIV, 1. [17] Deut. XXXII, 20. [18] Isa. XLII, 19. [19] Isa. XXIX, 14. [20] Jer. XXXI, 27.

(27) *Καὶ ὅτι μὲν προσήλυτος.* Nescio cur optimam lectionem Cl. Thirlbius prava emendatione attentaverit. Legit enim καὶ ἔτι μέν, et mox ἐν τῷ λαῷ pro εἰς τῷ λαῷ. His verbis καὶ ὅτι μέν secundam Justini rationem contineri patet ex his quæ sequuntur, πρὸς δὲ καὶ γελοῖον. Tres enim rationes affert, cur præclara illa testimonia ad proselytos Judæorum detorqueri non possint. Prima, quia Judæis et proselytis una et eadem lex; non ergo in proselytis promissio novæ legis impletur. Secunda, quia Judæi et proselyti unus sunt populus, unde manifesta conclusio est proselytos non esse illam gentium hæreditatem Christo promissam. Tertia denique, quia absurdum foret proselytos illuminatos dici, cæcos vero Judæos.

(28) *Εἰς τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι.* Sic legitur in codice Claromontano, excepto quod habet τῷ λαῷ pro τῷ λαῷ. Legitur etiam προσκεχωρηκέναι in Reg. et apud R. Stephanum. Sed in editiones Græco-Latinas (Londinenses tamen excipio) vitiosa D Sylburgii conjectura inducit προσκεχώρηκεν. Multo aptior erit sententia si monstratam in codice Claromontano viam sequentes, legamus εἰς τὸ τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι, proselytus, qui circumcisus est ut ad populum accedat. Sed subabsurda inesset dubitatio his verbis : « Proselytus circumcisus, si ad populum accedat, » quasi ex proselytis circumcisis alii adjungerentur populo, alii non.

(29) *Ὁμοίως.* Langus legit ὅμως et paulo post ὑμῶν δὲ οὔ· καὶ ὑμᾶς. Liquet hunc esse sensum S. martyris.

(30) *Καὶ ὅτι γελοιότερον.* Hic etiam conjicit vir eruditus legendum καὶ ἔτι. Probabilior sane conjectura, eique libenter assentior; quamvis illud καὶ ὅτι eodem sensu, ac paulo ante, intelligi possit.

(31) *Εἰ δέ γε.* Legendum esse εἶδετε, ut in Bibliis observavit eruditus Thirlbius, ac Isaiæ hæc verba et sequentia restituit, quæ Justino in aliis editionibus perperam attributa fuerant.

Digitized by Google

Atque hæc quidem, Trypho, quantum licet, edisserens, propter eos qui tecum hodie venerunt, eadem conor dicere, breviter tamen et concise.

At ille : Recte, inquit, facis, ac etiamsi pluribus et eadem iterum dicas, scito me et eos qui adsunt audiendo delectari.

119. *Christiani populus sanctus Abrahæ promissus. Vocati sunt ut Abraham.* — Tum ego : Putatis, o viri, futurum fuisse, ut hæc in Scripturis intelligere possemus, nisi voluntate ejus, qui hæc voluit, intelligendi gratiam accepissemus ? nimirum ut et illud fiat quod tempore Moysis dictum est : « Irritaverunt **212** me in alienis, in abominationibus suis exacerbaverunt me. Sacrificaverunt dæmoniis, quæ non noverunt : novi et recentes venerunt, quos non noverunt patres eorum. Deum, qui te genuit, dereliquisti, et oblitus es Dei nutrientis te. Et vidit Dominus, et zelavit; et exacerbatus est propter iram filiorum suorum et filiarum, et dixit : Avertam faciem meam ab eis, et ostendam quid erit eis in novissimis ; quoniam generatio perversa est, filii quibus non est fides in eis. Ipsi ad zelum provocaverunt me in non deo, exacerbaverunt me in idolis suis; et ego provocabo eos ad zelum in non gente; in gente stulta irritabo illos. Quoniam ignis accensus est ex furore meo : et ardebit usque ad infernum. Devorabit terram et genimina ejus, comburet fundamenta montium : congregabo in eos mala[95]. » Et postquam justus ille occisus est, nos populus alter refloruimus, et novæ ac florentes spicæ germinavimus, quemadmodum dixerunt prophetæ : « Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa in populum, et habitabunt in medio universæ terræ[96]. » Nos autem non modo populus, sed etiam populus sanctus sumus, ut jam demonstravimus[97]. « Et vocabunt eum populum sanctum, redemptum a Domino [98]. » Quapropter non contemnendus populus sumus, nec barbara natio, nec quales Carum aut Phrygum nationes. Sed nos quoque elegit Deus et manifestus apparuit non interrogantibus eum : « Ecce Deus sum, inquit, genti non invocanti nomen meum[99]. » Hæc enim illa gens est, quam olim Deus pollicitus est Abrahæ, eumque multarum gentium patrem a se institutum iri promisit, non Arabum, nec Ægyptiorum, nec Idumæorum patrem futurum dicens. Nam et Ismael pater magnæ gentis exstitit, magnæ etiam Esaü, et Ammonitarum magna nunc exstat multitudo. Noe autem ipsius etiam Abrahæ pater, ac totius prorsus hominum generis fuit; ac alii aliorum progenitores

A νους ταῦτα λέγειν πειρῶμαι, βραχέως μέντοι καὶ περικεκομμένως.

Κἀκεῖνος· Εὖ ποιεῖς, ἔφη· κἂν διὰ πλειόνων δὲ καὶ τὰ αὐτὰ πάλιν λέγῃς, χαίρειν με καὶ τοὺς συνόντας τῇ ἀκροάσει γίνωσκε.

119. Ἐγώ τε αὖ εἶπον· Οἴεσθε ἂν ἡμᾶς ποτε, ὦ ἄνδρες, νενοηκέναι δυνηθῆναι ἐν ταῖς Γραφαῖς ταῦτα (11), εἰ μὴ θελήματι τοῦ θελήσαντος αὐτὰ ἐλάβομεν χάριν τοῦ νοῆσαι; ἵνα γένηται καὶ τὸ λελεγμένον ἐπὶ Μωϋσέως· « Παρώξυνάν με ἐπ' ἀλλοτρίοις, ἐν βδελύγμασιν αὐτῶν ἐξεπίκρανάν με. Ἔθυσαν δαιμονίοις οἷς οὐκ οἴδασι· καινοὶ καὶ πρόσφατοι ἦκασιν, οὓς οὐκ ἤδεισαν οἱ πατέρες αὐτῶν. Θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες, καὶ ἐπελάθου Θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε. Καὶ εἶδε Κύριος, καὶ ἐζήλωσε, καὶ B παρωξύνθη δι' ὀργὴν υἱῶν αὐτοῦ καὶ θυγατέρων· καὶ εἶπεν· Ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων· ὅτι γενεὰ ἐξεστραμμένη ἐστὶν, υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς. Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς· ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, καὶ καυθήσεται ἕως ᾅδου. Καταφάγεται τὴν γῆν καὶ τὰ γεννήματα αὐτῆς, φλέξει θεμέλια ὀρέων· συνάξω εἰς αὐτοὺς κακά. » Καὶ μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι τὸν δίκαιον ἐκεῖνον, ἡμεῖς λαὸς ἕτερος ἀνεθήλαμεν, καὶ ἐβλαστήσαμεν στάχυες καινοὶ καὶ εὐθαλεῖς, ὡς ἔφασαν οἱ προφῆται· « Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν C Κύριον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ εἰς λαὸν, καὶ κατασκηνώσουσιν ἐν μέσῳ τῆς γῆς πάσης. » Ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον λαὸς, ἀλλὰ καὶ λαὸς ἅγιός ἐσμεν, ὡς ἐδείξαμεν ἤδη. « Καὶ καλέσουσιν αὐτὸν λαὸν ἅγιον, λελυτρωμένον ὑπὸ Κυρίου. » Οὐκοῦν οὐκ εὐκαταφρόνητος δῆμός ἐσμεν, οὐδὲ βάρβαρον φῦλον, οὐδὲ ὁποῖα Καρῶν (12) ἢ Φρυγῶν ἔθνη· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ ἐμφανὴς ἐγενήθη τοῖς μὴ ἐπερωτῶσιν αὐτόν. « Ἰδοὺ Θεός εἰμι (13), φησὶ, τῷ ἔθνει οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου. » Τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκεῖνο τὸ ἔθνος ὃ πάλαι τῷ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ὑπέσχετο, καὶ πατέρα πολλῶν ἐθνῶν θήσειν ἐπηγγείλατο, οὐκ Ἀράβων, οὐδ' Αἰγυπτίων, οὐδ' Ἰδουμαίων λέγων· ἐπεὶ καὶ Ἰσμαὴλ μεγάλου πατὴρ ἔθνους ἐγένετο, καὶ Ἡσαῦ· καὶ Ἀμανιτῶν ἐστι νῦν πολὺ πλῆθος. Νῶς δὲ καὶ αὐτοῦ Ἀβραὰμ πατὴρ ἦν, καὶ ἁπλῶς παντὸς D ἀνθρώπων γένους· ἄλλοι δὲ ἄλλων πρόγονοι. Τί οὖν πλέον ἐνθάδε ὁ Χριστὸς χαρίζεται τῷ Ἀβραάμ; Ὅτι διὰ τῆς ὁμοίας κλήσεως φωνῇ ἐκάλεσεν αὐτὸν, εἰπὼν ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς γῆς ἐν ᾗ ᾤκει, καὶ ἡμᾶς δὲ ἅπαντας δι' ἐκείνης τῆς φωνῆς ἐκάλεσε, καὶ ἐξήλθομεν

[95] Deut. xxxii 16-23. [96] Zach. ii, 11. [97] supra n. 110. [98] Isa. lxii, 12. [99] Isa. lv, 5.

(11) H. e. Incarnationem Filii ac vocationem gentium. Otto.

(12) *Καρῶν*. Allusio est ad Homericum illud *Iliad.* viii, v. 867 : Καρῶν ἠγήσατο βαρβαροφώνων. Stilburg — Etiam Phryges magno laborabant contemptu. Cicero, *pro Flacco*, c. 27, proverbium commemorat, « Phrygem plagis fieri solere meliorem. » Otto.

(13) *Ἰδοὺ Θεός εἰμι*. In Bibliis legitur, εἶπα, Ἰδού εἰμι τῷ ἔθνει. Ex quibus Justinus intelligi potest, si quid habeant obscuri illius verba; at minime emendandus videtur, nec in ea re assentiri possum erudito Londinensi editori. Deum enim hic loqui satis animadvertitur ex verbo φησί.

Digitized by Google

ἤδη ἀπὸ τῆς πολιτείας ἐν ᾗ ἐζῶμεν κατὰ τὰ κοινὰ τῶν ἄλλων τῆς γῆς οἰκητόρων κακῶς ζῶντες· καὶ σὺν τῷ Ἀβραὰμ τὴν ἁγίαν κληρονομήσομεν γῆν, εἰς τὸν ἀπέραντον αἰῶνα τὴν κληρονομίαν ληψόμενοι, τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ διὰ τὴν ὁμοίαν πίστιν ὄντες. Ὃν γὰρ τρόπον ἐκεῖνος τῇ φωνῇ τοῦ Θεοῦ ἐπίστευσε, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς τῇ φωνῇ τοῦ Θεοῦ, τῇ διά τε τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ λαληθείσῃ, πάλιν καὶ τῇ διὰ τῶν προφητῶν κηρυχθείσῃ ἡμῖν πιστεύσαντες, μέχρι τοῦ ἀποθνήσκειν πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ ἀπεταξάμεθα. Ὁμοιόπιστον οὖν τὸ ἔθνος, καὶ θεοσεβὲς, καὶ δίκαιον, εὐφραῖνον τὸν πατέρα, ὑπισχνεῖται αὐτῷ, ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς « οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς. »

A fuere. Quid igitur amplius hic Abrahæ gratificatur Christus? Quod eum voce per similem vocationem vocavit, cum e terra, quam incolebat, exire jussit, ac nos omnes per illam vocem vocavit, jamque eximus ex illo vitæ genere, in quo prave secundum communem cæterorum terræ incolarum morem versabamur; et cum Abrahamo sanctæ terræ hæredes erimus, hæreditatem in infinitum ævum cernentes, quippe cum filii Abrahæ propter similem fidem simus. Quemadmodum enim ille voci Dei credidit, et reputatum est ei ad justitiam: ita et nos postquam voci Dei tum per apostolos Christi denuo prædicatæ, tum per prophetas nobis promulgatæ credidimus, ad mortem usque omnibus rebus, quæ in mundo sunt, renuntiavimus. Gentem igitur similis fidei et Dei cultricem et justam, quæque patrem suum lætitia perfundat, at nequaquam vos ei promisit, « in quibus non est fides in ipsis [1]. »

120. Ὁρᾶτε μέντοι ὡς καὶ τῷ Ἰσαὰκ τὰ αὐτὰ καὶ τῷ Ἰακὼβ ὑπισχνεῖται. Οὕτω γὰρ λέγει τῷ Ἰσαάκ· « Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Τῷ δὲ Ἰακώβ· « Καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. » Οὐκέτι τοῦτο τῷ Ἡσαῦ, οὐδὲ τῷ Ῥουβὶμ λέγει, οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ, ἀλλ' ἐκείνοις ἐξ ὧν ἐμελλεν ἔσεσθαι κατὰ τὴν οἰκονομίαν τὴν διὰ τῆς Παρθένου Μαρίας ὁ Χριστός. Εἴγε δὲ καὶ τὴν εὐλογίαν Ἰούδα καταμάθοις, ἴδοις ἂν ὃ λέγω. Μερίζεται γὰρ τὸ σπέρμα ἐξ Ἰακὼβ, καὶ διὰ Ἰούδα καὶ Φαρὲς, καὶ Ἰεσσαὶ καὶ Δαβὶδ κατέρχεται. Ταῦτα δ' ἦν σύμβολα ὅτι τινὲς τοῦ γένους ὑμῶν εὑρεθήσονται τέκνα Ἀβραὰμ, καὶ ἐν μερίδι τοῦ Χριστοῦ εὑρισκόμενοι· ἄλλοι δὲ τέκνα μὲν τοῦ Ἀβραὰμ, ὡς ἡ ἄμμος δὲ ἡ ἐπὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ὄντες, ἥτις ἄγονός τε καὶ ἄκαρπος, πολλὴ μὲν καὶ ἀναρίθμητος ὑπάρχουσα, οὐδὲν δὲ ὅλως καρποτονοῦσα, ἀλλὰ μόνον τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης πίνουσα. Ὅπερ καὶ τὸ ἐν τῷ γένει ὑμῶν πολὺ πλῆθος ἐλέγχεται, πικρίας μὲν διδάγματα καὶ ἀθεότητος συμπίνοντες, τὸν δὲ τοῦ Θεοῦ λόγον ἀποπτύοντες. Φησὶ γοῦν καὶ ἐν τῷ Ἰούδα· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Καὶ τοῦτο ὅτι οὐκ εἰς Ἰούδαν ἐρρέθη, ἀλλ' εἰς τὸν Χριστὸν, φαίνεται. Καὶ γὰρ Ἰούδαν πάντες οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πάντων οὐ προσδοκῶμεν, ἀλλὰ Ἰησοῦν τὸν καὶ τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγόντα. Μέχρι γὰρ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ἡ προφητεία προεκήρυσσεν· « Ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Ἐλήλυθε τοιγαροῦν, ὡς καὶ ἐν πολλοῖς ἀπεδείξαμεν, καὶ προσδοκᾶται πάλιν παρέσεσθαι ἐπάνω τῶν νεφελῶν Ἰησοῦς, οὗ τὸ ὄνομα βεβηλοῦτε ὑμεῖς, καὶ βεβηλοῦσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐξεργάζεσθε. Δυνατὸν δὲ ἦν μοι, ἔφην, ὦ ἄνδρες, μάχεσθαι πρὸς ὑμᾶς περὶ τῆς λέξεως ἣν ὑμεῖς ἐξηγεῖσθε, λέγοντες εἰρῆσθαι· « Ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· » ἐπειδὴ οὐχ οὕτως ἐξηγήσαντο οἱ Ἑβδομήκοντα, ἀλλ'· « Ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται. » Ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀκόλουθα μηνύει, ὅτι περὶ Χριστοῦ

B

C

D

120. *Christiani Isaaco etiam et Jacobo et Judæ promissi.* — Videte quomodo eadem et Isaac et Jacob promittat. Ita enim dicit ad Isaac: « Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ [2]. » Et **213** ad Jacob: « Et benedicentur in te omnes tribus terræ et in semine tuo [3]. » Non id jam Esaü aut Ruben dicit, aut alii cuipiam, sed iis ex quibus Christus, secundum illam ex Virgine Maria dispensationem, oriturus erat. Quod si et Judæ benedictionem consideres, quæ dico perspicies. Dividitur enim semen ex Jacob, et per Judam et Phares et Jesse et Davidem deducitur. Hæc autem futurum significabant, ut quidam ex vestro genere filii Abrahæ invenirentur, et in parte Christi censerentur; alii autem filii quidem Abrahæ, sed instar arenæ in maris littore jacentis essent, quæ est infecunda et infructuosa, ac plurima quidem et innumerabilis, sed nullum omnino fructum ferens, ac tantum maris aquam ebibens. Cujus quidem rei etiam magna illa in vestro genere multitudo arguitur, ut qui amaritudinis et impietatis doctrinas bibant, verbum autem Dei respuant. Ait igitur et in Juda: « Non deficiet princeps ex Juda, et dux de femore ejus, donec veniant, quæ reposita sunt ei; et ipse erit exspectatio gentium [4]. » Atque hoc non in Judam, sed in Christum dictum esse liquet. Non enim Judam nos omnes ex omnibus gentibus exspectamus, sed Jesum, qui et patres vestros ex Ægypto eduxit. Nam usque ad Christi adventum prophetia prænuntiabat: « Donec veniat cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium. » Venit igitur, ut multis demonstravimus, ac rursus venturus exspectatur ex altis nubibus Jesus, cujus nomen profanatis et ut in toto orbe profanetur, operam datis. Poteram equidem contra vos decertare de voce illa, quam ita interpretamini, ut dictum esse asseratis: « Donec veniant, quæ reposita sunt ei. » Neque enim ita interpretati sunt Septuaginta, sed: « Donec veniat cui repositum est. » Sed quia hæc in Christum dicta esse patet ex his quæ sequuntur (sic enim

[1] Deut. XXXII, 20. [2] Gen. XXII, 18. [3] Gen. XXVIII, 14. [4] Gen. XLIX, 10.

Digitized by Google

habent : « Et ipse erit exspectatio gentium », dè vocula *in* contentionem vobiscum non venio; quemadmodum nec ex Scripturis, quas non agnoscitis, id est ex recitatis a me Jeremiæ prophetæ, Esdræ et Davidis verbis demonstrationem de Christo perficere studui, sed ex iis quæ hactenus ratæ a vobis habentur. Quas quidem si intellexissent doctores vestri, probe sciatis deleturos fuisse; quemadmodum et eas deleverunt, quæ mortem Isaiæ spectant, quem serra lignea dissecuistis. Christi mysterium id quoque, qui genus vestrum bifariam divisurus est, et alios quidem pro meritis regno æterno cum sanctis patriarchis et prophetis dignaturus est; alios vero in ignis inexstincti condemnationem cum similibus ex omni gente incredulis et immutari nolentibus immissurum se jam pronuntiavit. « Venient enim, inquit, ab oriente et occidente, et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno cœlorum : filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores [a]. » Atque hæc quidem dixi, quia ita sum affectus animo, ut nihil prorsus dixerim, in quo aliud curem, quam ut verum dicam, neminem reveriturus, etiamsi e vestigio discerpi a vobis oporteat. Namque ex meo genere, id est ex Samaritanis, **214** neminem curans, cum Cæsarem oblato ad acta scripto compellarem, dixi eos errore decipi, ut qui Simoni gentis suæ mago fidem haberent, quem Deum supra omnem principatum et potestatem et virtutem esse dicunt.

121. *Ex eo quod gentes in Jesum credunt, eum esse Christum patet.* — Cumque illi conticescerent, hæc

εἴρηται (οὕτω γὰρ ἔχουσι· « Καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν ») οὐ περὶ τοῦ λεξειδίου συζητῆσαι ὑμῖν ἔρχομαι, ὅνπερ τρόπον οὐδὲ ἀπὸ τῶν μὴ ὁμολογουμένων ὑφ' ὑμῶν Γραφῶν, ὧν καὶ ἀνιστόρησα, ἀπὸ λόγων Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, καὶ Ἔσδρα, καὶ Δαβὶδ, τὴν ἀπόδειξιν τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ ποιήσασθαι ἐσπούδασα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὁμολογουμένων μέχρι νῦν ὑφ' ὑμῶν· ἃ εἰ ἐνενοήκεισαν οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, εὖ ἴστε ὅτι ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν (14), ὡς καὶ τὰ περὶ τὸν θάνατον Ἡσαΐου, ὃν πρίονι ξυλίνῳ ἐπρίσατε, μυστήριον καὶ αὐτὸ τοῦ Χριστοῦ τοῦ τέμνειν ὑμῶν τὸ γένος διχῇ μέλλοντος, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους σὺν τοῖς ἁγίοις πατριάρχαις καὶ προφήταις τῆς αἰωνίου βασιλείας καταξιοῦν μέλλοντος· τοὺς δὲ ἐπὶ τὴν καταδίκην τοῦ ἀσβέστου πυρὸς σὺν τοῖς ὁμοίοις ἀπειθέσι καὶ ἀμεταθέτοις ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν πέμψειν ἤδη φήσαντος. « Ἥξουσι γάρ, εἶπεν, ἀπὸ δυσμῶν καὶ ἀνατολῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. » Καὶ ταῦτα εἶπον (15), ὅτι οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων ἢ τοῦ τἀληθὲς λέγειν, λέγοιμι, οὐδένα δυσωπήσεσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ' ὑμῶν μελισθῆναι. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων (16), τινὸς φροντίδα ποιούμενος, ἐγγράφως (17) Καίσαρι προσομιλῶν, εἶπον πλανᾶσθαι αὐτοὺς πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι, ὃν θεὸν ὑπὲρ ἄνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι.

121. Καὶ ἡσυχίαν ἀγόντων αὐτῶν, ἔφερον (18)· Διὰ Δαβὶδ περὶ τούτου λέγων (19) τοῦ Χριστοῦ, ὦ

[a] Matth. VIII, 11.

(14) Ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν. Eadem docent Irenæus lib. III, cap. 21; Eusebius lib. VI *Demonstr. evang.* pag. 257; Jovius apud Photium.

(15) *Καὶ ταῦτα εἶπον.* Sic emendatum est in editionibus Græco-Latinis pro eo quod apud R. Stephanum est καὶ ταῦτα εἶπεν.

(16) *Τῶν Σαμαρέων.* Eadem habemus de Samaritanis sub finem *Apologiæ* II; de Simone autem vide *Apol.* I, n. 56.

(17) *Ἐγγράφως.* Non quodlibet scriptum videtur hac voce significari, sed scriptum ad acta oblatum. Dux quidam, teste Eusebio lib. IX *Hist. eccles.*, c. 5, in urbe Phœnices Damasco, cum impuras quasdam mulieres e foro rapuisset, miseras coegit λέγειν ἐγγράφως se Christianas fuisse et flagitiorum, quæ a Christianis gererentur, conscias. Probat Valesius illud λέγειν ἐγγράφως reddendum esse : « Publice editis apud acta testimoniis dicere. » Apud eumdem Eusebium lib. VII, c. 11, pag. 258, ea quæ Æmilianus præfectus S. Dionysio ejusque sociis ἀγράφως dixerat, opponuntur iis quæ tunc in acta referebantur. Apud Photium cod. 52, quidam Messaliani ἐγγράφως convicti fuisse dicuntur, quod ad vomitum rediissent. S. Basilius de baptismi promissis ait lib. I *De baptismo*, cap. 3 : Ὥσπερ ἔγγραφον ὁμολογίαν συνεθέμεθα, quod quidem videtur explicari posse ex his Optati verbis lib. II, p. 34: « Fides credentium et professio, quæ apud acta conficitur angelorum. » Videtur ergo Justinus, dum se ἐγγράφως Cæsarem allocutum esse dicit, ejusmodi scriptum designare quod ad acta oblatum et depositum fuerit. Atque id confirmat Justinus qui et *Apologiam* suam senatui etiam ac populo Romano dicavit, et ab imperatoribus postulat n. 56, ut senatum et populum Romanum ad judicium his de rebus ferendum advocent. Verti etiam posset, *Cæsarem scripto actis consignato compellavi.* Sed quia Justinus hoc loco magis videtur commemorare quid petierit, quam quid impetraverit, reddere malui, *oblato ad acta scripto*, id est, quod petii ut in acta reciperetur. — *Ἐγγράφως.* Maranus vult reddi « oblato ad acta scripto, » h. e. quod petii ut in acta reciperetur — vel (in *Addend.*) « scripto actis consignato, » ut quid impetraverit dicat. Loca a V. D. allata non multum valent. Justinus vult exprimere se non *ore* sed *scripto* Cæsarem compellasse. Respicit autem alterutram *Apologiam :* scilicet in utraque *Simonem Magum* et *Samaritanos* diserte commemorat. Ita enim, *Apol.* II, c. 15 : Καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμωνιανοῦ διδάγματος κατεφρόνησα. Cum vero martyr, ut Grabius (*Spicileg. SS. PP.* t. I, p. 158 sq.) admonuit, rem ipsam in *Apol.* I, c. 26, dixerit his verbis : Καὶ σχεδὸν πάντες μὲν Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, ἐκεῖνον καὶ προσκυνοῦσι (coll. c. 56.) — Cumque circumstantiæ loci et temporis vix patiantur dialogum cum Tryphone Ephesi habitum *Apologia* posteriori posteriorem facere (hac enim oblata non amplius Roma abiisse nec diu supervixisse vulgo putatur Justinus), in communi sententia acquiesco, qua prioris *Apologiæ* hic respectus habetur. Otto.

(18) *Ἔφερον.* Mallet Sylburgius ἐπέφερον.

(19) *Λέγων.* Supple Γραφῇ vel Θεός.

Digitized by Google

φλοι, οὐκέτι « ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ » εἶπεν εὐλογηθήσεσθαι τὰ ἔθνη, ἀλλὰ « ἐν αὐτῷ. » Οὕτω δὲ ἐκεῖ ἐστι· « Τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀνατελεῖ· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη. » Εἰ δὲ ἐν τῷ Χριστῷ εὐλογεῖται τὰ ἔθνη πάντα, καὶ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τοῦτον πιστεύομεν, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός, καὶ ἡμεῖς οἱ δι' αὐτοῦ εὐλογημένοι. Τὸν μὲν ἥλιον ὁ Θεὸς ἐδεδώκει πρότερον εἰς τὸ προσκυνεῖν αὐτὸν, ὡς γέγραπται· καὶ οὐδένα οὐδέποτε ἰδεῖν ἔστιν ὑπομείναντα διὰ τὴν πρὸς τὸν ἥλιον πίστιν ἀποθανεῖν· διὰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων καὶ ὑπομείναντας καὶ ὑπομένοντας πάντα πάσχειν ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀρνήσασθαι αὐτὸν, ἰδεῖν ἔστι. Πυρωδέστερος γὰρ αὐτοῦ ὁ τῆς ἀληθείας καὶ σοφίας λόγος, καὶ φωτεινότερος μᾶλλον τῶν ἡλίου δυνάμεών ἐστι, καὶ εἰς τὰ βάθη τῆς καρδίας καὶ τοῦ νοῦ εἰσδύνων. Ὅθεν καὶ ὁ λόγος ἔφη· « Ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀνατελεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτοῦ, » Ζαχαρίας φησί. Καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγων εἶπεν, ὅτι « Κόψονται φυλὴ κατὰ φυλήν. » Εἰ δὲ ἐν τῇ ἀτίμῳ καὶ ἀειδεῖ καὶ ἐξουθενημένῃ πρώτῃ παρουσίᾳ αὐτοῦ τοσοῦτον ἔλαμψε καὶ ἴσχυσεν, ὡς ἐν μηδενὶ γένει ἀγνοεῖσθαι αὐτὸν, καὶ ἀπὸ παντὸς μετάνοιαν πεποιῆσθαι ἀπὸ τῆς παλαιᾶς κακῆς ἑκάστου γένους πολιτείας, ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια (20) ὑποτάσσεσθαι αὐτοῦ τῷ ὀνόματι, καὶ πάσας τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς βασιλείας (21) τούτου τὸ ὄνομα παρὰ πάντας τοὺς ἀποθανόντας δεδοικέναι· οὓς ἐκ παντὸς τρόπου (22) ἐν τῇ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ καταλύσει πάντας τοὺς μισήσαντας αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδίκως ἀποστάντας· τοὺς δὲ ἰδίους ἀναπαύσει, ἀποδιδοὺς αὐτοῖς τὰ προσδοκώμενα πάντα; Ἡμῖν οὖν ἐδόθη καὶ ἀκοῦσαι καὶ συνεῖναι καὶ σωθῆναι διὰ τούτου τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ τοῦ Πατρὸς ἐπιγνῶναι πάντα (23). Διὰ τοῦτο ἔλεγε πρὸς αὐτόν· « Μέγα σοί ἐστι τοῦ κληθῆναί σε παῖδά μου, τοῦ στῆσαι τὰς φυλὰς τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι. Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν αὐτῶν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. »

adjeci : Per Davidem, amici, de hoc Christo loquens Scriptura non jam in « semine ejus » dicit benedictum iri gentes, sed « in ipso. » Sic autem ibi est : « Nomen ejus in sæculum super solem exorietur : et benedicentur in ipso omnes gentes [6]. » Porro, si in Christo benedicuntur omnes gentes, et ex omnibus gentibus in hunc credimus ; cum ipse Christus est, tum nos per eum benedicti. Solem quidem Deus dederat prius ad adorandum, quemadmodum scriptum est [7] ; nec quisquam unquam exstitit, qui mortem propter fidem in solem oppeteret. At ex omni genere hominum videre est, qui propter nomen Jesu quælibet supplicia et pertulerint et perferant, ne illum negent. Ardentior enim est illius veritatis et sapientiæ sermo et lucidior multo solis virtutibus, et in recessus cordis et mentis penetrat. Unde et Scriptura dicit : « Super solem orietur nomen ejus. » Et rursus : « Oriens nomen ejus, » inquit Zacharias [8], qui de eodem loquens ait : « Plangent tribus secundum tribum. » Quod si in primo adventu, qui inglorius et informis et despectus fuit, tantum resplenduit, ac tantum valuit, ut nulla in gente ignotus sit, sed ubique homines ex veteri cujusque gentis malo vivendi genere pœnitentiam agant, unde ipsi etiam dæmones ejus nomini subjiciuntur, ac principatus omnes et regna nomen ejus supra omnes defunctos reformidant ; nonne in glorioso adventu omnes prorsus evertet, qui eum oderint et qui ab eo inique defecerint ; suos autem inducet in requiem, omnibus eos exspectatis bonis remunerans ? Nobis igitur datum est et audire et intelligere et salvari per hunc Christum, et omnia a Patre revelata cognoscere. Propterea dicebat ad eum : « Magnum est tibi ut voceris servus meus, ut constituas tribus Jacob, et dispersiones Israelis convertas. Posui te in lucem **215** gentium, ut sis in salutem earum usque ad extremum terræ [9]. »

[6] Psal. LXXI, 17. [7] Deut. IV, 19. [8] cap. VI, 12. [9] Isa. XLIX, 6.

(20) *Ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια.* Legit Cl. Thirlbius ὡς τε. Sed hæc satis commode referuntur ad ea quæ proxime præcedunt. Perspicuum enim est formidinem illam, quam Christi nomen dæmonibus et potestatibus terræ incutiebat, fructum esse evangelii in toto terrarum orbe prædicati.

(21) *Καὶ τὰς βασιλείας.* Sic etiam infra n. 131, prædictum esse ostendit fore, ut omnes principatus et regna Christum metuerent. Non possunt de futura regum conversione hæc intelligi, tum quia nunquam illos veritatis insectandæ finem facturos declarat Justinus supra n. 39, tum quia præsentem rerum statum indicat, cum ait principatus omnes et regna nomen Christi supra omnes defunctos formidare. Sic etiam supra n. 50, de Christo : Ὃν καὶ τὰ δαιμόνια φρίσσει καὶ πᾶσαι ἁπλῶς αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι τῆς γῆς. Regna et principatus et potestates his in locis, ut sæpe alias, apud Græcos et Romanos scriptores, idem sonant ac reges et præsides et magistratus. Sed quomodo hanc omnium potestatum adversus Christum reverentiam conciliabimus cum blasphemiis, quas in Christum evomebant, et suppliciis, quibus Christianos afficiebant ? Justini testimonium multa confirmant. Non enim dubium quin Christianorum miracula, vitæ sanctitas et crescens ex persecutionibus numerus persecutores ipsos sæpe terruerint. Qui in Christianos vehementius clamabant, hi sæpe eorum in miraculis a Deo impetrandis potestatem senserant : « Hæc omnia tibi, ait Tertullianus ad Scapulam, et de officio suggeri possunt, et ab iisdem advocatis, qui et ipsi beneficia habent Christianorum, licet acclament quæ volunt. » In eodem scripto multa Tertullianus commemorat exempla divinæ ultionis in persecutores Christianorum, ac plures recenset præsides, qui aut in « fine vitæ suæ recordati sunt deliquisse, quod vexassent Christianos ; » aut eis faverunt ; nec omittit Severi imperatoris in eos æquitatem et benevolentiam. Nemo inficiari possit eadem aliis temporibus et locis contigisse. Inter ipsos imperatores scimus Justini ætate Antoninum Christianis æquum se præbuisse, et Adrianum templa Christo statuere voluisse. Immerito ergo Justini narratio in suspicionem vocetur, aut pravis attentetur conjecturis delendo illud τῆς γῆς n. 50, post ἐξουσίαι, ut doctissimo Thirlbio visum est.

(22) *Οὓς ἐκ παντὸς τρόπου.* Legendum οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου cum puncto interrogante ; idque ante me admonuit Cl. Thirlbius.

(23) *Τὰ τοῦ Πατρὸς ἐπιγ. πάντα.* Vide n. 44.

Digitized by Google

122. *Immerito hæc Judæi de proselytis intelligunt.* — Atque hæc vos quidem in Geioram et proselytos vestros dicta existimatis; at vere in nos dicta sunt, qui per Jesum illuminati sumus. Nam profecto istis etiam testimonium perhibuisset Christus : nunc autem duplo, ut ipse dixit, filii gehennæ filis [10]. Non ergo ad eos prophetarum dicta pertinent, sed ad nos, de quibus dicit Scriptura : « Ducam cæcos in via quam nesciunt, et semitas, quas ignoraverunt, inambulabunt [11]. Et ego testis, dicit Dominus Deus, et puer meus, quem elegi [12]. » Quibusnam igitur testimonium perhibet Christus? Credentibus videlicet. Proselyti autem non modo non credunt, sed etiam duplo vos superant blasphemiis in nomen ejus evomendis; ac nos qui in eum credimus, et occidere et excruciare volunt; in omnibus enim assimilari vobis conantur. Ac rursus alibi clamat : « Ego Dominus vocavi te in justitia, et apprehendam manum tuam, et fortem reddam te, et ponam te in testamentum generis, in lucem gentium, ut aperias oculos cæcorum, et educas ex vinculis compeditos [13]. » Quoniam hæc quoque ad Christum et de gentibus illuminatis dicta sunt, an rursum dicetis : Ad legem et ad proselytos hæc dicit?

Hic tanquam in theatro vociferati sunt nonnulli eorum, qui postridie venerant : Quid? Nonne ad legem et ad eos, qui ab ea illuminantur, hæc dicit? Illi autem sunt proselyti.

Minime, inquam, Tryphonem respiciens; nam si lex gentes, et eos qui legem habent, illuminare posset, qui opus esset Novo Testamento? Quoniam autem Novum Testamentum et æternam legem ac mandatum missurum se Deus prænuntiabat, non veterem illam legem ejusque proselytos intelligemus, sed Christum ac proselytos ipsius, nos scilicet ex gentibus, quos illuminavit, quemadmodum alicubi ait : « Sic dicit Dominus : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tibi. Et dedi te in testamentum gentium, ut constitueres terram, et hæreditatem acciperes loca deserta [14]. » Quænam igitur hæreditas Christi? nonne gentes? Quodnam Dei testamentum? nonne Christus? Quemadmodum etiam alibi dicit : « Filius meus es tu : ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [15]. »

123. *Ridiculæ interpretationes Judæorum. Christiani verus Israel.* — Quemadmodum igitur hæc

B τῶν (54) ἰσχύει, ὡρίκασιν. Ἐπεὶ δ' ἂν παρειλημμένην ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων θεάσωνται τὴν δι' αὐτῶν ὑπηρεσίαν, ἐπιλαμβάνοντές (55) σφισιν αὐτοῖς δουλεύειν τοὺς ἀνθρώπους ἀπεργάζονται. Πῶς δὲ ἂν ἀγαθὸν μοιχείαις ὑπηρετεῖν; πῶς δὲ καὶ σπουδαῖον πρὸς τὸ μισεῖν τινας παριόντας (56) βοηθεῖν; ἢ πῶς ὕλῃ καλὸν προσυνάπτειν (57) τὴν εἰς τοὺς μεμηνότας βοήθειαν, καὶ μὴ τῷ Θεῷ; Τέχνῃ γὰρ τῆς θεοσεβείας τοὺς ἀνθρώπους παρατρέπουσιν, πόαις (58) αὐτοὺς καὶ ῥίζαις πείθεσθαι παρασκευάζοντες. Ὁ δὲ Θεὸς, εἴπερ αὐτὰ πρὸς τὸ ποιεῖν, ἅπερ οἱ ἄνθρωποι βούλονται, κατεσκευάκει, πονηρῶν ἂν ἦν πραγμάτων
C δημιουργός. Ἐπεὶ αὐτὸς μὲν, πᾶν τὸ εὖ πως ἔχον ἐδημιούργησεν· ἡ δὲ τῶν δαιμόνων ἀσωτία τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ πρὸς τὸ κακοποιεῖν ἐχρήσατο, καὶ τούτων ἐστὶ τῆς κακίας εἶδος, καὶ οὐχὶ τοῦ τελείου (59). Πῶς γὰρ ζῶν μὲν ἥκιστα μοχθηρὸς εἴην, νεκροῦ δὲ ὄντος μου, λείψανον τὸ ἐν ἐμοὶ μηδὲν ἐμοῦ πράττοντος, τὸ μήτε κινούμενον, ἀλλὰ μήτε αἰσθανόμενον, αἰσθητόν τι ἀπεργάσεται; Πῶς δὲ ὁ τεθνεὼς οἰκτίστῳ θανάτῳ (60)

(52) *Τρόπος*. Edit. Tigur. τύπος.

(53) *Ποικιλίαι... παραλήψεις*. Sic codices tres mss., et Tigur. et Front. Aliæ edit. ποικίλαι... παράληψις. Melius forte δραστικαί τινος.

(54) *Ἕκαστον αὐτῶν*. Angl. et Tigur. ἕκαστος et ad marg. ἕκαστον. Ibidem legitur ἰσχύειν in codicibus Regiis et Anglicano et edit. Tigurina quæ ad marginem habet ἰσχύει. Dæmones definivisse dicit ad quid res ejusmodi valerent, id est quid per radicum varietates et ossium appositiones ipsi perficerent, et quos in usus ista adhiberent, ad fucum
D hominibus faciendum. Fatetur quidem Tatianus n. 16, interdum habitum corporis nostri a dæmonibus concuti; ac negat eos sanare, sed prorsus illudere, n. 18.

(55) *Ἐπιλαμβάνοντες*. Reg. 1 λαμβάνοντες. Secundus cum Angl. et Tigur. ὑπολαμβάνοντες. Legitur in 1 Reg. ὑπό supra lineam.

(56) *Παριόντας*. Reg. 2 παριέντας.

(57) *Προσυνάπτειν*. Fronto Ducæus legit προσανάπτειν. Editor Anglus citat Gatakerum qui in *Adnotationibus in M. Antoninum* p. 107, legendum monet προσσυνάπτειν..

(58) *Πόαις*. Sic Regii codices et Tigurina editio. Aliæ habent ποίαις. Non legitimum herbarum usum damnat Tatianus, nec medicinam dæmonibus acceptam refert; sed in superstitiosas radicum et ossium appositiones invehitur. *Aliud est enim*, inquit Augustinus lib. II *De doctrina Christiana* n. 45, dicere: *Tritam herbam si biberis, venter non dolebit; et aliud est dicere : Istam herbam collo si suspenderis, venter non dolebit. Ibi enim probatur contemperatio salubris, hic significatio superstitiosa damnatur.* Christianos accusabat Celsus quod lustrationes et incantationes docerent et varia in numeris, lapidibus, plantis et radicibus amuleta. Sed hanc criminationem spernit Origenes, ut nulla prorsus verisimilitudine coloratam, lib. VI *Cels.*, p. 301.

(59) *Τοῦ τελείου*. Sic Regii codices et Anglic. Editi τοῦ Θεοῦ τελείου. Tigur. τοῦ Θεοῦ τοῦ τελείου.

(60) *Οἰκτίστῳ θανάτῳ*. Ut intelligatur Tatiani sententia, observandum est antiquos existimasse animas hominum violenter mortuorum multo plus posse in magicis operationibus, quam eorum qui sicca et matura morte obierunt. *Invocantur quidam*, inquit Tertullianus lib. *De anima*, cap. 57, *ahori et biæothanati sub illo fidei argumento, quod credibile videatur eas potissimum animas ad vim et injuriam facere, quas per vim et injuriam sævus et immaturus finis extorsit, quasi ad vicem offensæ.* Ex his emendari possunt quæ paulo post sequuntur. *Hanc quoque fallaciam*, inquit, *spiritus nequam sub personis defunctorum delitescentis, nisi fallor, etiam rebus probamus, cum in exorcismis interdum aliquem se ex parentibus hominem sui* (Rigalt. *suis*) *affirmat, interdum gladiatorem, vel bestiarium, sicut et alibi Deum nihil magis curans quam hoc ipsum excludere quod prædicamus, ne facile credamus animas universas ad inferos redigi, ut et judicii et resurrectionis fi-*

Digitized by Google

δυνήσεται πρὸς τιμωρίαν τινὸς ἐξυπηρετῆσαι; Τοῦτο γὰρ εἰ οὕτως εἴη, πολλῷ μᾶλλον ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν οἰκεῖον ἐχθρὸν ἀμύνηται· δυνάμενος γὰρ καὶ ἄλλοις βοηθεῖν, ἔκδικος πολλῷ μᾶλλον ἑαυτοῦ καταστήσεται.

ita esset, multo magis a se ipso proprium inimicum propulsaret; nam qui opem etiam aliis ferre potest, multo magis sui ipsius ultor erit.

18. Φαρμακεία δὲ καὶ πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ εἶδος, τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐπιτεχνήσεως. Εἰ γάρ τις ὑπὸ τῆς ὕλης θεραπεύεται, πιστεύων αὐτῇ, θεραπευθήσεται μᾶλλον αὐτὸς δυνάμει Θεοῦ προσανέχων. Ὥσπερ γὰρ τὰ θηλητήρια συνθέσεις εἰσὶν ὑλικαί, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ ὠφέλιμα τῆς αὐτῆς ὑποστάσεώς ἐστιν. Εἰ δὲ (61) τὴν φαυλοτέραν ὕλην (62) παραιτούμεθα· πολλάκις καὶ διὰ τῆς ἐφ' ἕτερον (63) τῶν κακῶν τινος ἐπιπλοκῆς ἰάσασθαί τινες ἐπιτηδεύουσι, καὶ τοῖς κακοῖς (64) ἂν πρὸς τὸ ἀγαθὸν καταχρήσονται. Καθάπερ δὲ τῷ λῃστεύοντι (65) συνδειπνήσας, κἂν μὴ λῃστὴς αὐτὸς ᾖ, ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ συνεστιαθῆναι τιμωρίας μεταλαμβάνει· τρόπῳ τῷ αὐτῷ καὶ ὁ μὴ (66) κακὸς, τῷ δὲ φαύλῳ ἀναμιγείς, πρὸς τὸ νομιζόμενον καλὸν (67) συγχρησάμενος, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν κοινωνίαν ὑπὸ τοῦ κρίνοντος (68) Θεοῦ κολασθήσεται. Διά τί γὰρ ὁ πιστεύων ὕλης οἰκονομίᾳ, πιστεύειν οὐ βούλεται τῷ Θεῷ; Τίνος δὲ χάριν οὐ τῷ δυνατωτέρῳ προσέρχῃ Δεσπότῃ, θεραπεύεις δὲ μᾶλλον αὐτὸν (69), ὥσπερ ὁ μὲν κύων διὰ πόας, ὁ δὲ ἔλαφος δι' ἐχίδνης, ὁ δὲ σῦς διὰ τῶν ἐν ποταμοῖς καρκίνων, ὁ δὲ λέων διὰ τῶν πιθήκων; τί δέ μοι θεοποιεῖς τὰ ἐν κόσμῳ; Τί δὲ θεραπεύων τὸν πλησίον εὐεργέτης ἀποκαλῇ; Λόγου δυνάμει κατακολούθησον (70). Οὐ θεραπεύουσι δαίμονες

18. *Rebus permissis alias vetitas sæpe adjungunt: sed illudunt nec sanant.* — Medicandi autem ratio et quidquid ea continetur ejusdem est artificii. Nam si quis materia curatur ei confidens, multo magis curabitur si ad virtutem Dei confugiat. Quemadmodum enim ea quæ nocent, compositiones sunt materiales, sic et quæ sanant ejusdem sunt naturæ. Quod si deteriorem materiam recusamus, sæpe nonnulli etiam per malæ alicujus rei cum alia conjunctionem mederi conantur, et malis ad bonum abutuntur. Sed quemadmodum is, qui cum latrone cœnavit, etiamsi ipse non sit latro, quia tamen convivatus est, pœnæ fit particeps: sic qui minime malus est, sed cum eo, quod malum est, implicatur, eoque ad opinatum bonum utitur, propter commercium, quod cum eo habuit, a Deo judice condemnabitur. Cur enim qui materiæ dispositioni credit, Deo non vult credere? Aut quam ob causam ad potentiorem Dominum non accedis, sed potius ipse tibi mederis, ut canis gramine, cervus vipera, sus cancris fluvialibus, leo simiis? Cur iis, quæ in mundo sunt, divinitatem tribuis? Cur proximum sanans, beneficus vocaris? Verbi potentiam sequere. Non sanant dæmones, sed arte homines capiunt

dem turbet. Legendum videtur, *aliquem se ex patientibus hominem fuisse affirmat.* Hinc forte Celsus apud Origenem lib. VII, p. 567, quasi Christiani ejusmodi commenta in Christo colendo sequerentur, satius eos facturos ait si pro Christo Herculem aut Æsculapium, aut Orpheum καὶ αὐτὸν βιαίως ἀποθανόντα, *qui et ipse violenta morte sublatus est*, aut Anaxarchum aut Epictetum colant. Hanc de ejusmodi animabus opinionem illud etiam confirmabat, quod eas ad ipsum sepulchrum detineri crederent. Hinc Tertullianus ibidem: *Aut optimum est hic retineri secundum ahoros, aut pessimum secundum biæothanatos.* Porphyrius lib. 2, de abstinentia animalium p. 212: Καὶ τῶν ἀνθρώπων αἱ ψυχαὶ τῶν βίᾳ ἀποθανόντων κατέχονται πρὸς τῷ σώματι. *Hominum, quibus vi erepta vita est, animæ ad ipsum corpus detinentur.*

(61) *Εἰ δὲ.... παραιτούμεθα.* Locum corruptissimum sic emendavi ope Regii primi. Habent enim alii codices cum Tigurina editione εἰ δὲ παραιτούμενα. Reg. 2 ad marg., παραιτούμενοι. Aliæ editiones, οἱ δὲ παραιτούμενοι. Legendum conjicit editor Anglus ὑποστάσεως εἴδη.... παραιτούμενα.

(62) *Φαυλοτέραν ὕλην.* Videtur Tatianus materiam deteriorem intelligere, non eam cujus naturæ aliquid insit vitii (nihil enim non creatum a Deo, nihil non bonum esse paulo antea monebat), sed eam quæ cum sua sponte nihil afferat ad morbi curationem, sine superstitione, ac magicæ operationis crimine ad morbos curandos adhiberi non potest. Quia autem sæpe fiebat, ut ejusmodi res ad dissimulandum et occultandum scelus, cum aliis rebus sua sponte ad ægros levandos utilibus conjungerentur; ne sic quidem magicæ operationis crimen evitari pronuntiat. Sic Augustinus in libro II *De doctrina Christiana*, n. 30, fucatum ejusmodi magicæ operationis genus condemnat ac remedia, *quæ meliore nomine physica vocant, ut quasi non super-*

stitione implicare, sea natura prodesse videantur. Sic loquitur, n. 45: *Quanquam ubi præcantationes et invocationes et characteres non sunt, plerumque dubium est utrum res quæ alligatur, aut quoquo modo adjungitur sanando corpori, vi naturæ valeat, quod libere adhibendum est; an significativa quadam obligatione proveniat, quod tanto prudentius oportet cavere Christianum, quanto efficacius prodesse videbitur.*

(63) *Πολλάκις καὶ.... ἐφ' ἕτερον.* Sic Reg. 1 et Angl. Editi πολλάκις γὰρ διὰ τῆς ὑφ' ἕτερον.

(64) *Τῶν κακῶν.... τοῖς κακοῖς.* Sic codices tres mss. et Tigur. et Fronto Ducæus. Aliæ editiones τῶν καλῶν.... τοῖς καλοῖς.

(65) *Τῷ λῃστεύοντι.* Fronto Ducæus ὁ τῷ λῃστεύοντι.

(66) *Καὶ ὁ μή.* Deest καί in utroque Regio.

(67) *Καλόν.* Sic Fronto Ducæus et codex Joannis Frisii. Reg. uterque πρὸς τὸν νομιζόμενον κακόν.

(68) *Τοῦ κρίνοντος.* Editi addunt τοῦτον, quod multo melius abest a Reg. 1, et Angl. Nam superiora verba, τῷ δὲ φαύλῳ ἀναμιγείς, non significant conjunctionem cum hominibus malis, sed cum rebus; eamque Tatianus vitiosam esse demonstrat, exemplo petito ex ipsa cum hominibus malis, conjunctione. Inde patet, expungendum esse τοῦτον, ac paulo ante legendum εἰς αὐτό.

(69) *Θεραπεύεις.... αὐτόν.* Fronto Ducæus σεαυτόν. Gesnerus legendum conjicit σαυτόν. Non legitimum, ut jam dixi, medicinæ usum vituperat Tatianus, sed postquam incantationes notavit, nunc illud etiam præscribit ut medicinæ non fidamus, quasi ipsa in se aliud præter materiales compositiones habeat, sed utilitatem, quam ex ea percipimus, ad Deum referamus. Basilius in ultima longiorum regularum pluribus demonstrat sic medicina utenduin esse, ut morborum levatio non huic arti, sed Deo accepta referatur.

(70) *Κατακολούθησον.* Ita Reg. 1, melius quam

Digitized by Google

et in servitutem redigunt. Ac recte admirandus ille imprimis Justinus eos latronibus similes esse declaravit. Quemadmodum **260** enim nonnullos isti vivos capere solent, ac deinde suis eos pretio restituere; sic et qui existimantur dii, postquam nonnullorum corporibus obrepsere, ac deinde opinionem præsentiæ suæ per somnia fecere, in publicum eos prodire jubent, ac omnibus spectantibus, cum rebus mundanis potiti fuerint, ab ægris avolant, et morbo, quem inflixerant, deleto, hominem pristinæ valetudini restituunt.

19. *Pratæ cupiditates fidem conciliant dæmonum operationibus et prædictionibus.* — Cæterum vos qui hæc non perspicitis, a nobis, qui perspicimus, discite. Qui mortem a vobis contemni et animum nihil extra se quærentem exerceri dicitis (vestri enim philosophi tantum absunt ab hoc studio, ut quotannis nonnulli a Romanorum rege sexcentos aureos accipiant, nullam ad rem utilem, sed ne gratis barbam promissam gerant. Crescens quidem ille, qui in magna urbe nidum posuerat, puerorum amore superabat omnes, et omnino pecuniæ studio attentus erat. Iste autem mortis contemptor ita mortem metuebat, ut eam Justino, non secus ac mihi, veluti malum aliquod, machinationibus infer-

A νες, τέχνῃ δὲ τοὺς ἀνθρώπους αἰχμαλωτεύουσι. Καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν ἐοικέναι τοὺς προειρημένους λῃσταῖς (71). Ὥσπερ γὰρ ἐκείνοις ἔθος ἐστὶ ζωγρεῖν τινας, εἶτα τοὺς αὐτοὺς μισθοῦ (72) τοῖς οἰκείοις ἀποκαθιστᾷν· οὕτω καὶ οἱ νομιζόμενοι θεοὶ τοῖς τινων ἐπιφοιτῶντες μέλεσιν, ἔπειτα δι' ὀνείρων τὴν εἰς αὐτοὺς πραγματευόμενοι δόξαν, δημοσίᾳ τε τοὺς τοιούτους προϊέναι κελεύσαντες, πάντων ὁρώντων, ἐπειδὰν τῶν ἐγκοσμίων ἀπολαύσωσιν, ἀποπτάμενοι τῶν καμνόντων, ἣν ἐπραγματεύσαντο νόσον περιγράφοντες, τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστῶσιν.

19. Ὑμεῖς δὲ, τούτων οὐκ ἔχοντες τὴν κατάληψιν, παρ' ἡμῶν τῶν εἰδότων ἐκπαιδεύεσθε. Λέγοντες θανάτου καταφρονεῖν καὶ τὴν αὐτάρκειαν ἀσκεῖν (73)
B (οἱ γὰρ παρ' ὑμῖν φιλόσοφοι τοσοῦτον ἀποδέουσι (74) τῆς ἀσκήσεως, ὥστε παρὰ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἐτησίους χρυσοῦς (75) ἑξακοσίους λαμβάνειν τινὰς εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ὅπως μηδὲ τὸ γένειον δωρεὰν καθειμένον αὐτῶν ἔχωσι. Κρίσκης οὖν ὁ ἐννεοττεύσας τῇ μεγάλῃ πόλει (76), παιδεραστείᾳ μὲν πάντας ὑπερήνεγκεν, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν. Θανάτου δὲ ὁ καταφρονῶν (77) οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ καὶ ἐμὲ, οὓς κακῷ (78) τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν (79) πραγματεύσασθαι, διότι, κηρύττων τὴν ἀλήθειαν, λίχνους καὶ ἀπατεῶνας

editi κατακολουθῇς, aut Reg. 2, κατακολουθεῖς. Fronto Ducæus κατακολουθήσας. Sic etiam in margine editio Tigurina. Ibidem quod legebatur in editis ἀποκαλεῖ emendatum ope codicum mss.

(71) *Λῃσταῖς.* S. Joannes Chrysostomus orat. I *in Judæos* dicit de dæmonibus : *Insidiari sciunt ac nocere, non mederi;* sed tamen etiamsi Deo permittente *aliquando medeantur, quemadmodum homines,* nimirum adhibitis medicamentis; in hoc comparat eos cum latronibus, *qui pueris interdum bellaria, placentas, astragalos porrigunt, quibus inescatos libertate ac vita ipsa privant.* Vid. Athenag. *Apol.*, n. 23 et 27.

(72) *Μισθοῦ.* Sic mss. codices et Tigurin. Aliæ editiones μισθῷ.

(73) *Καὶ τὴν αὐτάρκειαν ἀσκεῖν.* Hæc verba sic reddenda : *et frugalitatem exerceri.* Hanc frugalitatem Tatianus n. 9 sic exprimit : Πένης δὲ καὶ ὁ μετριώτατος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐφιέμενος εὐμαρέστερον περιγίνεται. *Ex Addendis et emendandis.*

(74) *Ἀποδέουσι.* Sig. Reg. secundus, licet supra lineam Editi ἀποδεύουσι.

(75) *Ἐτησίους χρυσοῦς.* Lucianus in Eunucho non longe a primordio sic loquitur : Συντέτακται D μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις, οὐ φαύλη, κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω καὶ Πλατωνικοῖς καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασιν. Ἔδει δὲ ἀποθανόντος αὐτῶν τινὸς ἄλλον ἀντικαθίστασθαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων· καὶ τὰ ἆθλα οὐ βοείη τις ἦν, κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδ' ἱερήϊον, ἀλλὰ μύριαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. *Scis, Pamphile, salarium, idque non exiguum, ab imperatore constitutum fuisse singulis generibus philosophorum, puta Stoicis, Platonicis, Epicureis, et Peripateticis, unicuique sectæ præmium æquale. Cæterum demortuo ex his quopiam, alius in ejus locum subrogandus, optimatum calculis probatus. Præmium autem non pellis bubula juxta poetam, neque porcellus : sed in singulos annos decem millia nummorum, quos accipiunt ut doceant juventutem.*

(76) *Τῇ μεγάλῃ πόλει.* Gesnerus ac ipse etiam Fronto Ducæus Megalopolim a Tatiano designari arbitrati sunt. Melius Ruffinus et Christophorsonus *magnam civitatem* interpretantur in *Hist. eccles.* C Eusebii, qui hunc Tatiani locum citat lib. IV, cap. 16. Romam ita appellari a Tatiano perspicuum est, tum ex minore Justini *Apologia*, tum hoc ipso ex loco, ubi in Justinum, quem Romæ passum esse constat, Crescentis insidias commemorat Tatianus. Eodem modo Romam designat Porphyrius lib. II *De abstin. animal.*, p. 226, ubi sic loquitur : Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον; *Sed etiam nunc quis nescit in magna urbe die festo Jovis Latiarii hominem mactari?* Sic etiam Roma appellatur apud Theodoret. in epistola Concilii Constantinopolitani, addito tamen Romæ proprio nomine. Interdum id nomen defertur aliis urbibus, ut Alexandriæ apud Evagrium lib. II, cap. 4, Thebis apud Synesium *De Provid.* p. 94; Constantinopoli in epistola modo citata et apud S. Joannem Chrysost. or. 17 *ad Antioch.* et in epist. Attici *ad Cyrillum*, et apud Pallad. *Vit. S. Chrysost.* p. 85, et Photium Nom.o- D can. cap. 2, tit. 8.

(77) *Ὁ καταφρονῶν.* Legitur : Ὁ καταφρονεῖν συμβουλεύων οὕτως αὐτὸς ἐδεδίει τὸν θάνατον apud Euseb. *Hist.* l. IV, c. 16.

(78) *Καὶ ἐμὲ οὓς κακῷ.* Legendum ὡς κακῷ jamdudum monuere interpretes Tatiani. Codex Joan. Fris. οἷον κακῷ. Sic habet Eusebius ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ μεγάλῳ κακῷ, τῷ θανάτῳ. Videtur Eusebius de industria illud καὶ ἐμὲ omisisse, quia nihil conducebat illius proposito. Probat enim ex hoc testimonio Justinum insidiis a Crescente structis occisum fuisse; quod idem Tatiano non evenit. Sed tamen retinendas esse has voces non solum ex codicum mss. consensu declaratur, sed etiam ex his quæ sequuntur : *Quosnam autem philosophorum, nisi nos solos, insectari solebat?* Fuit ergo periculorum Justini socius Tatianus, quamvis mortem magno suo malo tunc effugerit.

(79) *Περιβαλεῖν.* Angl. περιλαβεῖν.

Digitized by Google

τοὺς φιλοσόφους συνήλεγχεν (80). Τίνας δὲ ἂν καὶ A
διῶξαι τῶν φιλοσόφων, εἰ μὴ μόνους (81) ἡμᾶς εἰω-
θεν; εἰ φατὲ μὴ δεῖν δεδιέναι τὸν θάνατον, κοινω-
νοῦντες ἡμῶν τοῖς δόγμασι, μὴ διὰ τὴν ἀνθρωπίνην
δοξομανίαν (82), ὡς Ἀνάξαρχος, ἀποθνήσκετε· χά-
ριν δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως (83), τοῦ θανάτου κατα-
φρονηταὶ γένεσθε. Κόσμου μὲν γὰρ ἡ κατασκευὴ
καλή, τὸ δὲ ἐν αὐτῷ πολίτευμα φαῦλον· καὶ καθάπερ
ἐν πανηγύρει θεατροκοπουμένους ἔνεστιν ἰδεῖν τοὺς
οὐκ εἰδότας τὸν Θεόν. Τί γάρ ἐστι μαντική; τί δὲ
ὑπ' αὐτῆς πεπλάνησθε; Τῶν ἐν κόσμῳ πλεονεξιῶν
ἐστί σοι διάκονος. Πολεμεῖν θέλεις, καὶ τὸν Ἀπόλλω
σύμβουλον τῶν φόνων λαμβάνεις. Κόρην ἁρπάσαι
θέλεις, καὶ τὸ δαιμόνιόν σοι συναγωνίσασθαι προαιρῇ.
Νοσεῖς διὰ σεαυτὸν, καὶ, ὥσπερ Ἀγαμέμνων δέκα
συμφράδμονας, εἶναι θέλεις μετὰ σεαυτοῦ θεούς. B
Πιοῦσά τις ὕδωρ (84) μαίνεται, καὶ διὰ λιβάνων (85)
ἔκφρων γίνεται, καὶ σὺ τὴν τοιαύτην μαντεύεσθαι
λέγεις. Προγνώστης ὑπῆρχεν ὁ Ἀπόλλων καὶ τῶν
μαντευομένων διδάσκαλος· ἐπὶ τῆς Δάφνης ἑαυτὸν
ἐψεύσατο. Δρῦς, εἰπέ μοι, μαντεύεται, καὶ πάλιν ὄρ-
νιθες προαγορεύουσι; Σὺ δὲ τῶν ζώων καὶ φυτῶν
ἐλάττων ὑπάρχεις; Καλὸν ἄρα σοι γενέσθαι ξύλῳ
μαντικῷ (86), καὶ τῶν ἀεροφοίτων τὴν πτῆσιν λαμ-
βάνειν. Ὁ ποιῶν σε φιλάργυρον, οὗτος καὶ περὶ τοῦ
πλουτεῖν σοι μαντεύεται. Στάσεις καὶ μάχας ὁ ἐγεί-
ρων, καὶ περὶ τῆς ἐν πολέμῳ νίκης προαγορεύει. Τῶν
παθῶν ἂν ὑπάρχῃς ἀνώτερος (87), τῶν ἐν τῷ κόσμῳ
πάντων καταφρονήσεις. Τοιούτους ἡμᾶς ὄντας μὴ
ἀποστυγήσητε, ἀλλὰ παραιτησάμενοι τοὺς δαίμονας
Θεῷ τῷ μόνῳ κατακολουθήσατε. Πάντα ὑπ' αὐτοῦ, καὶ C
χωρὶς αὐτοῦ γέγονεν οὐδὲ ἕν. Εἰ δέ ἐστιν ἐν τοῖς
φυομένοις καὶ δηλητήριον, τοῦτο διὰ τὸ ἐνάμαρτον
ἡμῶν ἐπισυμβέβηκεν. Ἔχω δεικνύειν τὴν τούτων εἰ-
κόνα· μόνον (88) ὑμεῖς κατακούσατε, καὶ ὁ πιστεύων
ἐπαγώσεται.

re conatus sit, quia veritatem prædicans gulæ et fraudis philosophos arguebat. Quosnam autem philosophorum, nisi nos solos insectari solebat?) si mortem metuendam non esse dicitis, decretis nostris consentientes; ne mortem, ut Anaxarchus, propter insanum hominum laudis amorem appetatis, sed propter Dei cognitionem, contemptores mortis efficiamini. Mundi enim constructio præclara, sed prava in eo vivendi ratio; ac videre est eos, qui Deum ignorant, tanquam in solemni conventu admiratione et plausu excipi. Quid enim est divinatio; cur ab ea decipimini? Ministra est tibi vigentium in mundo cupiditatum. Vis bellum gerere, et Apollinem consiliarium cædium capis. Vis rapere virginem, et dæmonem tibi optas auxilio venire. Ægrotas per te ipse, et ut Agamemnon decem consiliarios, ita deos tibi cupis adesse. **261** Quædam furit aqua pota, et adhibito thure amens fit: hanc tu vaticinari dicis. Præscius erat futurorum Apollo et vaticinantium magister: se ipse in Daphne frustratus est. Quercus, dic mihi, divinat, rursumque aves futura prænuntiant? Tu vero animalibus et plantis ignobilior es? Præclarum tibi erat fieri lignum præsagum et avium volatum sumere. Qui te facit avarum, idem et de re facienda vaticinatur. Qui seditiones et pugnas excitat, idem et de belli victoria prædicit. Si perturbationes animi viceris, omnia quæ in mundo sunt contemnes. Cum tales simus, nolite nos odio prosequi, sed dæmonibus rejectis, solum Deum sectamini: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*[a]. Si quid autem veneni est in his quæ nascuntur, id propter peccatum nostrum supervenit. Horum imaginem demonstrare licet; tantum vos auscultate, et qui credit intelligat.

[a] Joan. I, 3.

(80) *Συνήλεγχεν*. Euseb. ἐξήλεγχεν. Nicephorus et codices Colbertini Eusebii cum uno ex Regiis perantiquo habent ut Tatianus.

(81) *Μόνους*. Ita mss. codices et Fronto Ducæus. Aliæ editiones νόμους.

(82) *Δοξομανίαν*. Jam antea emendavimus vulgatam lectionem δοξημανίαν, quæ cum iterum hic occurreret, visa est emendanda, quamvis in codicibus mss. et editis exstet, excepto cod. Angl. et edit. Front. Ducæi.

(83) *Τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως*. Horum verborum D non is videtur esse sensus, ut mortem Dei cognitionis comparandæ causa spernamus, sed ut eam pro fide libenter oppetamus. Dei enim cognitio idem interdum sonat apud Tatianum ac fides quæ per charitatem operatur. Anima Dei cognitione instructa n. 13 idem est ac anima quæ Spiritum sanctum accepit.

(84) *Πιοῦσά τις ὕδωρ*. Lucianus in *Bis accusato* peracute ridet laboriosam artem Apollinis, *cui nunc Delphis esse necesse est: paulo post Colophonem cursu petit: inde et Xanthum transit, posteu Clarum currendo contendit, deinde Delum aut Branchidas, denique quocunque vates sacrum laticem potu, manducata lauro et concusso tripode venire jubet:* καὶ ὅλως ἔνθα ἂν ἡ πρόμαντις πιοῦσα τοῦ ἱεροῦ νάματος καὶ μασησαμένη ὀάφνης καὶ τὴν τρίποδα διασεισαμένη κελεύῃ παρεῖναι. Narrat Cornelius Tacitus ad annum 771, apud Clarum Apollinem, non feminam ut apud Delphos, *sed certis e familiis et ferme Mileto* accitum sacerdotem, *hausta fontis arcani aqua edere responsa versibus*. Vid. Greg. Nyss. *contra falsum, Vit. Apollonii lib.* VII, Porphyrium in epistola *ad Anebonem*, ubi videtur a Luciano dissentire. Nam Clarium quidem sacerdotem ait, epota aqua, in exstasim rapi; at Pythiæ id evenire, dum insidet cuidam orificio; in Branchidis autem prophetissam id assequi, dum vaporibus ex aqua manantibus perfunditur.

(85) *Διὰ λιβάνων*. Legimus apud Dionem Cassium, pag. 42, exstitisse Apolloniæ oraculum quoddam, ubi ex thure in ignem injecto futura prænoscebantur. Ejusmodi oraculis operam videntur dedisse, qui a Cyrillo Alex. VI, *in Jul.*, p. 198, vocantur ἐμπυρομάντεις.

(86) *Ξύλῳ μαντικῷ*. S. Hieronymus in illud Osee IV: *Populus meus in ligno suo interrogavit, et baculus ejus annuntiavit ei*, sic loquitur: *Propheta quasi stupens et mirabundus eloquitur: Populus meus, qui quondam meo vocabatur nomine, lignum interrogavit et virgas; quod genus divinationis Græci ῥαβδομαντείαν vocant. Unde in Ezechiele legimus* (c. XXV) *quod virgas suas miscuerit Nabuchodonosor contra Ammon et Jerusalem, et exierit virga contra Jerusalem.* Vid. Cyrill. Alexand. in eumdem Osee locum.

(87) *Ἀνώτερος*. Deest in Reg. 2, ubi ad marg. κρείττων.

(88) *Μόνον*. Anglicanus codex et edit. Tigur. pro hac voce habent μίαν.

Digitized by Google

20. *Pharmacis curati grates Deo agere debemus, et materia spreta alas Spiritus quærere.* — Etiam si te pharmacis cures, quod quidem tibi ad indulgentiam concedo, oportet tamen ut testimonio tuo rem Deo assignes. Trahit enim nos adhuc mundus, et materiam propter imbecillitatem quæro. Alæ enim erant animæ Spiritus sanctus, quem cum peccando projecisset, volavit instar pulli et humi decidit; cœlesti autem convictu delapsa inferiorum commercium appetivit. Transmigrarunt dæmones, primi homines ejecti sunt; ac isti quidem e cœlo detrusi, hi autem e terra, non ista quidem, sed hoc rerum ornatu præstantiore. Deinceps oportet ut, antiquæ conditionis desiderio commoti, quidquid obstat removeamus. Non enim infinitum est cœlum, o bone, sed finitum, et terminis circumscriptum. Supra illud autem sæcula præstantiora, quæ tempestatum, ex quibus varii morbi nascuntur, vicissitudinem nesciunt, sed temperie omni prædita diem habent perpetuum ac lumen nostris hominibus inaccessum. Qui autem terræ descriptiones elaboraverunt, ii quantum homini fas erat, regiones descripserunt; sed cum non haberent quod de iis, quæ ultra sunt, dicerent, propterea quod **262** invisi non possint, maris æstus causati sunt, et quod marium aliud alga, aliud luto plenum sit, et locorum alia torrida, alia frigida et gelu concreta. Nos autem quæ a vobis ignorantur per prophetas didicimus; qui quidem cum certo tenerent corpus simul cum anima indumentum cœleste mortalitatis immortalitatem adepturum, plurima cæteris animabus abscondita prænuntiabant. Potest autem quisquis nudus est hoc ornamento consequi et ad veterem cognationem redire.

21. *Cum doctrina Christianorum de Deo sub hominis forma nato comparatur doctrina Græcorum de diis.* — Non enim desipimus, o Græci, nec nugas prædicamus, Deum sub hominis forma natum nuntiantes. Qui nobis convicium facitis, fabulas ve-

20. Κἂν θεραπεύησθε φαρμάκοις, κατὰ συγγνώμην ἐπιτρέπω σοι· τὴν μαρτυρίαν προσάπτειν σὲ δεῖ (89) τῷ Θεῷ. Κόσμος γὰρ ἡμᾶς ἔτι καθέλκει (90), καὶ δι' ἀτονίαν τὴν ὕλην ἐπιζητῶ. Πτέρωσις γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς τὸ Πνεῦμα τὸ τέλειον, ὅπερ ἀπορρίψασα διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἔπτη ὥσπερ νεοσσός, καὶ χαμαιπετὴς ἐγένετο· μεταβᾶσα δὲ τῆς οὐρανίου συνουσίας, τῶν ἐλαττόνων μετουσίαν ἐπεπόθησεν. Μετῳκίσθησαν (91) οἱ δαίμονες, ἐξωρίσθησαν οἱ πρωτόπλαστοι· καὶ οἱ μὲν ἀπ' οὐρανοῦ κατεβλήθησαν, οἱ δὲ ἀπὸ γῆς μέν, ἀλλ' οὐκ ἐκ ταύτης, κρείττονος δὲ τῆς ἐνταυθοῖ διακοσμήσεως. Καὶ χρὴ λοιπὸν ἡμᾶς, ἐπιποθήσαντας τὸ ἀρχαῖον, παραιτήσασθαι πᾶν τὸ ἐμποδὼν γινόμενον. Οὐκ ἔστι γὰρ ἄπειρος ὁ οὐρανός, ὦ ἄνθρωπε, πεπερασμένος δὲ, καὶ ἐπὶ τέρματι. Τὰ δὲ ὑπὲρ τοῦτον (92), αἰῶνες οἱ κρείττονες, οὐ μεταβολὴν ὡρῶν ἔχοντες, δι' ὧν ποικίλαι νόσοι καθίστανται, πάσης δὲ εὐκρασίας μετειληφότες ἡμέραν ἔχουσι διαμένουσαν, καὶ φέγγος τοῖς ἐντεῦθεν ἀνθρώποις ἀπρόσιτον. Οἱ μὲν οὖν τὰς γεωγραφίας ἐκπονήσαντες, μέχρις ἦν δυνατὸν ἀνθρώπῳ, τῶν χωρίων τὴν ἀναγραφὴν ἐποιήσαντο. Τὰ δὲ ἐπέκεινα λέγειν οὐκ ἔχοντες διὰ τὸ ἀδύνατον τῆς θεωρίας, ἀμπώτεις (93) ἠτιάσαντο, καὶ θαλασσῶν τὴν μὲν πρασώδη, τὴν δὲ πηλώδη· τόπων δὲ, τῶν μὲν τὸ ἔκπυρον, τῶν δὲ τὸ ψυχρὸν καὶ διαπεπηγός. Ἡμεῖς δὲ τὰ ὑφ' ὑμῶν ἀγνοούμενα διὰ προφητῶν μεμαθήκαμεν· οἵτινες ἅμα τῇ ψυχῇ πεπεισμένοι, ὅτι πνεῦμα τὸ οὐράνιον ἐπένδυμα τῆς θνητότητος τὴν ἀθανασίαν (94) κεκτήσεται, τὰ ὅσα μὴ ἐγίνωσκον αἱ λοιπαὶ ψυχαί, προὔλεγον. Δυνατὸν δὲ παντὶ γυμνητεύοντι κτήσασθαι τὸ ἐπικόσμημα, καὶ πρὸς τὴν συγγένειαν τὴν ἀρχαίαν ἀναδραμεῖν.

21. Οὐ γὰρ μωραίνομεν, ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ λήρους ἀπαγγέλλομεν, θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ γεγονέναι καταγγέλλοντες. Οἱ λοιδοροῦντες ἡμᾶς συγκρίνατε τοὺς μύθους ὑμῶν τοῖς ἡμετέροις διηγήμασι. Δηΐφοβος, ὥς φασιν, ἦν ἡ Ἀθηνᾶ διὰ τὸν Ἕκτορα,

(89) *Προσάπτειν σὲ δεῖ.* Postremam vocem addidimus ex Regiis codicibus, et Angl. et Tigur.

(90) *Ἔτι καθέλκει.* Sic Reg. 1, Angl., Fronto Ducæus, et ad marg. edit. Tigurina. Aliæ editiones ἐπικαθέλκει.

(91) *Μετῳκίσθησαν.* Ad marginem Regii primi legitur hoc scholium: Κατ' ἐξουσίαν διδασκαλικῶς, οὐκ ἐπιδεικτικῶς ταῦτα.

(92) *Τὰ δὲ ὑπὲρ τοῦτον.* Nempe οὐρανόν, ex quo patet hac voce non cœlum a Tatiano intelligi, ut Valesius existimavit, not. in Euseb., p. 259, sed orbem terrarum. Agit enim hic de paradiso, quem in terra longe præstantiore, quam hæc nostra est, situm fuisse pronuntiat. Sed cum id difficile ad credendum videri posset, ultra eas regiones, quæ nobis cognitæ sunt, alias esse longe meliores contendit, ac testimonio utitur geographorum, qui, ut observat Ducæus, solebant teste Plutarcho *Vit. Thes.* ad marginem tabularum adnotare: Τὰ δὲ ἐπέκεινα θῖνες ἄνυδροι καὶ θηριώδεις, ἢ πηλὸς ἀΐδνης, ἢ Σκυθικὸν κρύος, ἢ πέλαγος πεπηγός. Tota ergo Tatiani disputatio hujus orbis terrarum finibus continetur, ac proinde illud τὰ δὲ ὑπὲρ τοῦτον idem valet ac τὰ δὲ ἐπέκεινα, quod paulo post sequitur, ac de regionibus ultra eas, quæ nobis cognitæ sunt, repositis accipi debet. Cæterum non soli Tatiano ejusmodi ultra Oceanum regiones placuerunt. Notum enim est omnibus illud S. Clementis in epist. I *ad Cor.*, cap. 20: Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέραντος καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι. *Oceanus hominibus impermeabilis et qui post ipsum sunt mundi.* Vide adnotationem Cotelerii in hunc S. Clementis locum. In Platonis testimonio, quod citatur ab Athenagora, *Apol.*, n. 4, οὐρανός idem sonat ac κόσμος, et cum mundus sæpe orbem terrarum significet, videtur id Tatianum adduxisse, ut οὐρανόν eodem sensu usurparet. Huc ergo redit tota illius sententia: mundus noster non est infinitus, sed nostræ ignorationi tribuendum, si remotiores illius terminos non deprehendimus. Mox cod. Joan. Tres. ἐν τέρματι.

(93) *Ἀμπώτεις.* Ita Reg. 1, et Front. Editi ἀμπῶτις.

(94) *Τὴν ἀθανασίαν.* Hæc desunt in codice Anglicano, nec leguntur in Regio 1, nisi ad marginem, ac forte e margine in textum venerunt. Nullus autem dubito quin hoc loco legendum sit, ut in interpretatione expressi σῶμα, non vero Πνεῦμα. Non enim Spiritus sanctus, sed corpus cum anima induet immortalitatem.

Digitized by Google

καὶ χάριν Ἀδμήτου Φοῖβος ἀχειρεκόμης (95) τὰς εἰ- A stras conferte cum nostris narrationibus. Deipho-
λίποδας βοῦς ἐποίμαινε, καὶ πρεσβῦτις ἀφικνεῖται πρὸς bus erat, ut ferunt, Minerva propter Hectorem, et
τὴν Σεμέλην ἡ τοῦ Διὸς γαμετή. Τοιαῦτα δὲ μελε- in gratiam Admeti intonsus Apollo flexipedes bo-
τῶντες, πῶς ἡμᾶς διαγελᾶτε; Τέθνηκεν ὑμῶν ὁ ves pascebat; anusque venit ad Semelem Jovis
Ἀσκληπιὸς, καὶ ὁ τὰς πεντήκοντα παρθένους μιᾷ conjux. Qui talia excolitis, quomodo nos irridetis?
νυκτὶ Θεσπίασι (96) διακορεύσας, βορᾷ πυρὸς ἑαυτὸν Obiit Æsculapius vester, et qui quinquaginta virgi-
παραδοὺς, οἴχεται. Προμηθεὺς τῷ Καυκάσῳ προσαρ- nes una nocte Thespiis violavit, cum se voraci flam-
τηθεὶς, τιμωρίαν χάριν τῆς εἰς ἀνθρώπους εὐεργε- mæ tradidisset, vitam reliquit. Prometheus Cauca-
σίας ὑπήνεγκεν. Φθονερὸς ὁ Ζεὺς καθ' ὑμᾶς (97), καὶ so affixus pœnas ob collatum in homines benefi-
κρύπτει τὸν ὄνειρον (98) τοῖς ἀνθρώποις βουλόμενος cium persolvit. Jupiter secundum vos invidus est et
ἀπόλλυσθαι. Διόπερ ἀποβλέψαντες πρὸς (99) τὰ οἰκεῖα somnium hominibus abscondit, eos perire volens.
ἀπομνημονεύματα, κἂν ὡς ὁμοίως μυθολογοῦντας (1) Quapropter propria monumenta intuentes, saltem
ἀποδέξασθε. Καὶ ἡμεῖς μὲν οὐκ ἀφραίνομεν, nos, ut similia fabulantes, approbate. Ac nos qui-
φλήναφα δὲ τὰ ὑμέτερα. Γένεσιν ἂν λέγητε θεῶν, dem non desipimus: vestra autem meræ sunt nu-
καὶ θνητοὺς αὐτοὺς ἀποφανεῖσθε. Διὰ τί γὰρ οὐ κύει gæ. Si generationem deorum memoratis, etiam
νῦν ἡ Ἥρα; Πότερον γεγήρακεν; ἢ τοῦ μηνύσαντος B mortales eos declaratis. Cur enim nunc Juno non
(2) ὑμῖν ἀπορεῖτε; Πείσθητέ μοι νῦν, ὦ ἄνδρες Ἕλ- prægnat? Utrum consenuit, an deest qui vobis nun-
ληνες, μηδὲ τοὺς μύθους; μηδὲ τοὺς θεοὺς ὑμῶν ἀλ- tium afferat? Credite nunc mihi, o Græci, nec fabu-
ληγορήσητε. Κἂν γὰρ τοῦτο πράττειν ἐπιχειρήσητε, las, nec deos vestros ad allegoriam trahite. Nam si
θεότης ἡ καθ' ὑμᾶς ἀνήρηται καὶ ὑφ' ὑμῶν (3). Οἱ id facere tentetis, vestra etiam a vobis numina
γὰρ τοιοῦτοι παρ' ὑμῖν ὄντες οἱ δαίμονες, ὁποῖοι καὶ evertuntur. Vel enim dæmones improbis sunt mo-
λέγονται, φαῦλοι τὸν τρόπον εἰσίν· ἢ μεταγενόμενοι ribus, si tales sunt quales apud vos dicuntur; vel
πρὸς τὸ φυσικώτερον, οὐκ εἰσὶν οἷοι καὶ λέγονται. si transferuntur ad naturam, non ii sunt qui di-
Σέβειν δὲ τῶν στοιχείων τὴν ὑπόστασιν, οὔτ' ἂν πει- cuntur. Equidem ad colendam elementorum natu-
σθείην, οὔτ' ἂν πείσαιμι τὸν πλησίον. Καὶ Μητρόδω- ram nec adducar ipse, nec quemquam adduxerim.
ρος δὲ ὁ Λαμψακηνὸς, ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου λίαν εὐ- Metrodorus autem Lampsacenus in libro *De Homero* stolide prorsus disseruit, omnia ad physiologiam revocans. Nam nec Junonem, nec Minervam, nec Jovem id esse dicit quod existimant, qui
ἤθως διείλεκται, πάντα εἰς ἀλληγορίαν μετάγων. Οὔτε C ædes illis et templa constituerunt, sed naturæ par-
γὰρ Ἥραν, οὔτε Ἀθηνᾶν, οὔτε Δία τοῦτ' εἶναί φη- tes et elementorum dispositiones. Hectorem etiam
σιν, ὅπερ οἱ τοὺς περιβόλους αὐτοῖς καὶ τεμένη καθ- et Achillem et Agamemnonem, ac omnes omnino
ιδρύσαντες νομίζουσι· φύσεως δὲ ὑποστάσεις καὶ Græcos et barbaros cum Helena et Paride, ad **263**
στοιχείων διακοσμήσεις. Καὶ τὸν Ἕκτορα δὲ, καὶ eamdem naturam referri dicetis, et artis ac dispen-
τὸν Ἀχιλλέα δηλαδὴ, καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα, καὶ πάν- sationis causa introductos fuisse, cum prædictorum
τας ἁπαξαπλῶς Ἕλληνάς τε καὶ βαρβάρους σὺν τῇ
Ἑλένῃ καὶ τῷ Πάριδι τῆς αὐτῆς φύσεως ὑπάρχον-
τας, χάριν οἰκονομίας ἐρεῖτε (4) παρεισῆχθαι, οὐδε-

(95) Ἀχειρεκόμης. Joannis Frisii codex: ἀχερσεκόμης.

(96) Θεσπιάσι. Non immerito castigavit Fronto Ducæus hanc Gesneri interpretationem: *Qui Thespii filias quinquaginta violavit.* Illud enim Θεσπίασι locum, ubi gesta res est, necessario designat. Præterea, ut idem observat Ducæus, Thestii filias hoc stuprum passas esse testantur Pausanias in *Bœoticis*, Athenæus lib. XIII, Clemens in *Protrept.*, Arnobius lib. IV. His adjungi potest Gregorius Naz. orat. 3, p. 108. Favet tamen Gesneri sententiæ Diodorus Siculus, qui testatur *Thespim Atheniensem* D *Erechthei filium, cum quinquaginta filias ex diversis mulieribus genuisset, easque omnes ex Herculis complexu prolem suscipere vehementer optaret, eum ad solemne quoddam sacrificium invitasse, eidemque magnifice admodum et laute excepto singulas seorsim submisisse. Illum autem cum omnibus una eademque nocte congressum, eorum qui Thespiadæ vocantur patrem effectum esse.* Addit ex his Thespiadis duos Thebis mansisse, septem vero in urbe Thespiarum, δημούχους fuisse, eorumque posteros perdiu urbis principes fuisse.

(97) Καθ' ὑμᾶς. Sic Regius 1, et edit. Tigurina. Aliæ editiones καθ' ἡμᾶς.

(98) Κρύπτει τὸν ὄνειρον. Frustra auctor Editionis Oxon. ὄνειρον hic poni putat pro ὄνηρον, auxiliatorem. Respicit Tatianus ad librum secundum *Iliadis*, ubi Jupiter dicitur Agamemnoni somnium perniciosum, οὖλον ὄνειρον, misisse, *ut Achillem honore afficeret, ac multos perderet apud naves Achivorum.* Sic Somnium jussu Jovis alloquebatur Agamemnonem:

Θωρῆξαί σε κέλευσε κάρηκομόωντας Ἀχαιοὺς,
Πανσυδίῃ· νῦν γάρ κεν ἕλοις πόλιν εὐρυάγυιαν
Τρώων.

Armare te jussit comatos Achivos omnibus copiis: nunc enim capies civitatem latos vicos habentem Trojanorum. Agamemnon cum ambiguam illam vocem πανσυδίῃ minus intelligeret, quæ, ut observat Synesius *De insomn.*, p. 149, Achillem et Myrmidonum phalangem complectebatur, stulte de lusus est, quasi urbem primo impetu sine Achillis auxilio capturus.

(99) Πρός. Reg. 2 et Fris. εἰς.

(1) Μυθολογοῦντας. Fronto Ducæus addit ἡμᾶς.

(2) Μηνύσαντος. Legendum putat H. Stephanus μηνύσοντος.

(3) Καὶ ὑφ' ὑμῶν. Sic Ducæus, cui favent Regii codices, nisi quod habent ὑφ' ἡμῶν καὶ ὑφ' ὑμῶν. Aliæ editiones καὶ ὑφ' ἡμῶν. Mox leg. ἢ γὰρ τοιοῦτοι.

(4) Ἐρεῖτε. Ita codex Anglicanus, Tigur. et Ducæus. Alii ἐρεῖ τε, nempe Achillem et omnes Græcos, Hectorem et omnes barbaros, Metrodorus, si secum constet, pariter asseverabit nullos exstitisse. Sed malim legere ἐρεῖτε. Monitis paulo ante Græcis ne fabulas suas ad physiologiam trahant, nunc demonstrat quid incommodi ex hac rerum explicandarum ratione consequatur. Ibidem codex Joannis Frisii ἐν τῇ ποιήσει παρεισήχθησαν. Mox Reg. 1 τῶν προειρημένων. Deerat articulus in editis.

Digitized by Google

hominum nullus exstitisset. Atque hæc quidem animi causa protulimus ; nostram enim Dei cognitionem ne conferre quidem fas est cum iis, qui in materia et luto volutantur.

22. *Solemnes ludi Græcorum et histriones exagitantur.* — Quales enim sunt disciplinæ vestræ? Quis non rideat solemnes vestros et publicis peractos sumptibus ludos, qui pravorum dæmonum occasione celebrati, homines in ignominiam impingunt? Vidi sæpenumero quemdam, et cum viderem miratus sum, et postquam miratus sum contempsi, ut qui alius sit intus, foris autem id quod non est mentiatur. Hunc, inquam, vidi luxu valde diffluentem, et mollitie omni fractum, ac modo oculis rutilantem, modo manus huc et illuc versantem et lutoso vultu insanientem, et nunc Veneri, nunc Apollini similem ; unum omnium deorum accusatorem, superstitionis compendium, vituperatorem actionum heroicarum, cædium histrionem, adulterii monstratorem et avaritiæ, cynædorum doctorem, occasionem sententiarum capitalium ; eumdem tamen ab omnibus laudatum. Ego autem illum omnia mentientem, ejusque impietatem et studia, ac totum

A νὸς ὄντος τῶν προειρημένων ἀνθρώπων. Ταῦτα δὲ ἡμεῖς προετείναμεν ὥσπερ ἐπὶ ὑποθέσεως (5)· τὴν γὰρ ἡμετέραν περὶ τοῦ Θεοῦ κατάληψιν οὐδὲ συγκρίνειν ὅσιον τοῖς εἰς ὕλην (6) καὶ βόρβορον κυλινδουμένοις.

22. Οἷα γάρ ἐστιν ὑμῶν καὶ τὰ διδάγματα ; Τίς οὐκ ἂν χλευάσοι τὰς δημοτελεῖς πανηγύρεις ὑμῶν, αἳ, προφάσει πονηρῶν δαιμόνων ἐπιτελούμεναι, εἰς ἀδοξίαν τοὺς ἀνθρώπους περιτρέπουσιν ; Εἰδόν τινα (7) πολλάκις, καὶ ἰδὼν ἐθαύμασα, καὶ μετὰ τὸ θαυμάσαι, κατεφρόνησα, πῶς ἔσωθεν μέν ἐστιν ἄλλος, ἔξωθεν δὲ ὅπερ οὐκ ἔστι ψεύδεται, ἀδρυνόμενον σφόδρα, καὶ παντοίως διακλώμενον, καὶ τοῦτο μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς μαρμαρύσσοντα, τοῦτο δὲ τὼ χεῖρε λυγιζόμενον (8), καὶ διὰ πηλίνης ὄψεως (9) δαιμονῶντα, καὶ B ποτὲ μὲν ὡς Ἀφροδίτην, ποτὲ δὲ Ἀπόλλωνα γινόμενον, ἕνα κατήγορον πάντων τῶν θεῶν (10), δεισιδαιμονίας (11) ἐπιτομήν, διάβολον ἡρωϊκῶν πράξεων, φόνων ὑποκριτήν, μοιχείας ὑπομνηματιστήν, θησαυρομανίας (12), κιναίδων παιδευτήν, καταδικαζομένων ἀφορμήν (13), καὶ τὸν τοιοῦτον ὑπὸ πάντων ἐπαινούμενον. Ἐγὼ δὲ αὐτὸν παρῃτησάμην πάντα ψευδόμενον, καὶ τὴν ἀθεότητα, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὸν ἄνθρωπον. Ὑμεῖς δὲ ὑπὸ τούτων συλαγω-

(5) *Ὥσπερ ἐπὶ ὑποθέσεως.* Male Gesnerus, *argumento sermonis invitati.* Paulo ante comparaverat res Christianorum cum ethnicorum rebus dicendo : *Propria intuentes monumenta, saltem nos ut similia fabulantes approbate.* Inde adductus est ut Metrodori nugas referret. Ne cui ergo videretur seriam comparationem instituisse inter res adeo dissimiles, declarat se hæc dixisse tanquam ex hypothesi, id est supponendo, at minime statuendo aut concedendo res Christianas cum Græcis posse conferri.

(6) *Τοῖς εἰς ὕλην.* Articulus additus ex cod. Angl. et editione Tigurina.

(7) *Εἰδόν τινα.* Tatiani editores, et eruditi critici, in his Tillemontius, Crescentem Cynicum, jam antea notatum, iterum hoc loco describi existimant. Sed illis assentiri non possum. Nam Tatianum de mimis loqui demonstrant et quæ præcedunt, et quæ sequuntur, ac ipsa etiam instituta descriptio. Quod enim sic præfatur : *Quis non rideat solemnes ludos*, id eum non de philosophis, sed de spectaculis disputaturum indicat. Tres autem ludorum species percurrit, mimos, pugiles et gladiatores. De duobus postremis nulla prorsus controversia ; neque etiam de primis ulla supererit, si attendamus hæc verba : *Ut qui alius sit intus, foris autem id quod non est mentiatur. Hunc vidi* D *luxu valde diffluentem et mollitie omni fractum, ac modo oculis rutilantem, modo manus huc et illuc versantem, nunc Veneri, nunc Apollini similem.* Nonne hæc ad scenam necessario referenda, ubi, ut ait Tertullianus, lib. *De spect.*, cap. 10 : *Quæ privata et propria sunt scenæ de gestu et flexu corporis, nam mollitiam Veneri et Libero immolant ;* ubi, ut idem *Apol.*, cap. 15, *imago dei alicujus ignominiosissimum caput et famosum vestit, et corpus impurum et ad istam artem effeminatione productum Minervam aliquam vel Herculem repræsentat.* Quod autem hunc hominem Tatianus cædium actorem et magistrum mœchandi vocat, id cum scena quadrare nemo non videt.

(8) *Λυγιζόμενον.* Reg. 2, λογιζόμενον.

(9) *Διὰ πηλίνης ὄψεως.* Quod ait Lucianus Peregrinum facie luto illita prodiisse in publicum, χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον, id ut insigne hujus Cynici dementiæ exemplum narrat. Quare immerito eruditus Oxoniensis editor inde concludit, luteam faciem de qua hic Tatianus, Crescenti convenire. Multo aptius hac voce designatur larva ab histrionibus adhiberi solita.

(10) *Ἕνα κατήγορον πάντων τῶν θεῶν.* Hæc theatris optime conveniunt, ubi deorum flagitia et C facinora agebantur aut acta referebantur. Unde Tertullianus *Apol.* cap. 15 : *Cætera lasciviæ ingenia etiam voluptatibus vestris per deorum dedecus operantur... Sed et histrionum litteræ omnem fœditatem eorum designant*, et 1, ad Nat. : *Exinde quis non poetarum ex auctoritate principis sui in deos insolens, aut vera prodendo aut falsa fingendo? Et tragici quidem aut comici pepercerunt, ut non æruminas ac pœnas dei præferent ?* Sic etiam Lactantius lib. v, c. 20 : *Qualis hæc religio aut qualis majestas putanda est quæ adoratur in templis, illuditur in theatris!* Vid. Theophil. lib. III, n. 15.

(11) *Δεισιδαιμονίας.* Quia scilicet, ut paulo ante dixit, hæc occasione pravorum dæmonum fieri solebant. Sic etiam Tertullianus *De spect.*, cap. 10, demonstrat res scenicas idololatria totas contineri, sive origo spectetur, sive apparatus, sive theatrum, *quod proprie sacrarium Veneris est.*

(12) *Θησαυρομανίας.* Videtur deesse καί, aut forte nomen aliquod simile iis quæ præcedunt et sequuntur.

(13) *Καταδικαζομένων ἀφορμήν.* Sæpe usu evenit, ut scenæ insignium virorum accusatoribus viam aperirent. Unde Aristophanes cum Anyto et Melito constituisse dicitur, ut Socratem luderet in *Nubibus.* Sed præcipue in Christianos invehi solebant mimi et scenobatæ. *Odisse debemus*, inquit Tertullianus, *De spect.* 26, *istos conventus et cœtus ethnicorum, vel quod illic nomen Dei blasphematur, illic in nos quotidiani leones expostulantur, inde persecutiones decernuntur, inde tentationes emittuntur.* Ex his emendari potest locus corruptus, lib. I, *ad Nat.* cap. 10, ubi ait : *Quod si, ut unus atque alius... mus ait, idcirco vobis quoque irascuntur* (dii) *quoniam de nostra eradicatione negligitis, absolutum est de infirmitate et mediocritate eorum.* Videtur commode expleri hæc lacuna, si legatur, *unus atque alius mimus.*

Digitized by Google

γεῖσθε (14), καὶ τοὺς μὴ κοινωνοῦντας ὑμῶν ταῖς πραγματείαις λοιδορεῖτε. Κεχηνέναι πολλῶν ᾀδόντων οὐ θέλω, καὶ τῷ νεύοντι καὶ κινουμένῳ παρὰ φύσιν οὐ βούλομαι συνδιατίθεσθαι. Τί θαυμαστὸν, ἢ παρ' ὑμῖν ἐξῃρημένον διαπράττεται; Ῥιναυλοῦσι (15) τὰ αἰσχρὰ, κινοῦνται δὲ κινήσεις ἃς οὐκ ἐχρῆν, καὶ τοὺς ὅπως δεῖ μοιχεύειν ἐπὶ τῆς σκηνῆς σοφιστεύοντας αἱ θυγατέρες ὑμῶν καὶ οἱ παῖδες θεωροῦσι. Καλὰ παρ' ὑμῖν (16) τὰ ἀκροατήρια, κηρύττονται πάνθ' ἅπερ ἐν νυκτὶ μοχθηρῶς πραγματεύεται, καὶ τέρποντα τοὺς ἀκροατὰς αἰσχρῶν λόγων ἐκφωνήμασι. Καλοὶ δέ εἰσιν ὑμῶν καὶ οἱ ποιηταὶ ψευδολόγοι, καὶ διὰ σχημάτων (17) ἐξαπατῶντες τοὺς ἀκροωμένους.

23. Εἶδον ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς σωμασκίας βεβαρημένους, καὶ φορτίον τῶν ἐν αὐτοῖς κρεῶν περιφέροντας (18), οἷς ἔπαθλα καὶ στέφανοι πρόκεινται, παρακαλουμένων αὐτοὺς τῶν ἀγωνοθετῶν, οὐκ ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ, ὕβρεως δὲ καὶ στάσεως φιλονεικίᾳ, καὶ τὸν μᾶλλον πλήκτην στεφανούμενον. Καὶ ταῦτα μὲν ἔστι τῶν κακῶν τὰ ἐλάττονα· τὰ δὲ μείζονα τίς οὐκ ἂν ἐξειπεῖν ὀκνήσειεν; Ἀργίαν τινὲς ἐπανῃρημένοι, διὰ τὴν ἀσωτίαν ἑαυτοὺς εἰς τὸ φονευθῆναι πιπράσκουσι. Καὶ πωλεῖ μὲν ἑαυτὸν ὁ πονῶν (19), ὁ δὲ πλουτῶν ὠνεῖται τοὺς φονεύοντας· καὶ τούτοις οἱ μαρτυροῦντες καθίζονται, μονομαχοῦσί τε οἱ πυκτεύοντες περὶ οὐδενὸς, καὶ ὁ βοηθήσων οὐ κάτεισιν. Ἆρά γε τὰ τοιαῦτα ὑφ' ὑμῶν καλῶς ἐπιτελεῖται; Τὸ μὲν γὰρ στρατόπεδον τῶν μιαιφονούντων, ὁ προῦχων ἐν ὑμῖν συναγείρει, λῃστοτροφεῖν ἐπαγγελλόμενος· οἱ δὲ λῃστεύοντες ἀπ' αὐτοῦ προῖασι, καὶ πάντες ἐπὶ τὴν θέαν συνίετε κριταὶ γινόμενοι, τοῦτο μὲν πονηρίας ἀγωνοθέτου, τοῦτο δὲ καὶ αὐτῶν τῶν μονομαχούντων. Ὁ δὲ τῷ φόνῳ μὴ περιτυχὼν, λυπεῖται· διότι μὴ κατεκρίθη πονηρῶν καὶ ἀθέων καὶ μιαρῶν ἔργων θεατὴς γενέσθαι. Θύετε ζῶα διὰ τὴν κρεωφαγίαν, καὶ ἀνθρώπους ὠνεῖσθε τῇ ψυχῇ τὴν ἀνθρωποφαγίαν (20) παρεχόμενοι, τρέφοντες αὐτὴν αἱματοχυσίαις (21) ἀθεωτάταις. Ὁ μὲν οὖν λῃστεύων φονεύει χάριν τοῦ λαβεῖν· ὁ δὲ πλουτῶν μονομάχους ὠνεῖται χάριν τοῦ φονεύεσθαι (22).

24. Τί μοι συμβάλλεται πρὸς ὠφέλειαν, ὁ κατὰ τὸν Εὐριπίδην μαινόμενος, καὶ τὴν Ἀλκμαίωνος (23)

A denique hominem rejeci. Vos autem capiunt ejusmodi homines, et qui communia vobiscum studia non habent, eos conviciis exagitatis. Iliare nolo multis canentibus : ab eo, qui innuit oculis et movetur præter naturam, nolo me in eosdem affectus vocari. Quid mirabile apud vos aut egregium peragitur? Resonante naso turpia loquuntur; moventur indecore : **264** et dum in scena mœchandi artem docent, filii vestri spectant ac filiæ. Præclara apud vos auditoria, quidquid nefarie noctu perpetratur prædicantia, et turpium sermonum declamationibus auditores oblectantia. Laude etiam digni sunt mendaces poetæ vestri, qui etiam per gestus fucum auditoribus faciunt.

23. *De pugilibus et gladiatoribus.* — Vidi homines
B corporis exercendi studio aggravatos et pondus carnium suarum circumferentes, quibus præmia et coronæ, adhortantibus eos agonothetis proponuntur, non ad præclarum facinus, sed ad faciendæ injuriæ et excitandæ discordiæ contentionem; et qui magis percussor fuerit, coronatur. Atque hæc quidem minora sunt mala; majora autem quis non dicere refugiat? Quidam inertiam profitentes, propter luxuriam seipsos vendunt occidendos. Vendit se pauper; emit dives homicidas; sedent qui testimonium de his ferant, ac singulare certamen ineunt gladiatores nullam ob causam, nec quisquam descendit, qui auxilietur? An hæc præclare a vobis peraguntur? Qui enim inter vos dignitate
C præstat, exercitum homicidarum colligit, seque latrones alere profitetur. Prodeunt ab eo latrones, vosque omnes ad spectaculum convenitis, judices futuri, partim agonothetæ improbitatis, partim et ipsorum gladiatorum. Dolet qui cædi non interfuit, quod spectandis nefariis et impiis et scelestis facinoribus non fuerit damnatus. Occiditis animalia ut carnem edatis, ac homines emitis, ut humanæ carnis epulum apponatis animæ, eamque valde impia sanguinis effusione pascatis. Occidit latro ut accipiat; dives emit gladiatores ut occidantur.

24. *De aliis spectaculis.* — Quid me juverit ille apud Euripidem furiosus, et Alcmæonem matrici-

(14) *Συλαγωγεῖσθε.* Ita Reg. uterque, Angl. et Tigur. In Regio 2 legitur ad marginem ψυχαγωγεῖσθε. Aliæ editiones δημαγωγεῖσθε, ex conjectura Gesneri, ut observat editor Anglus.

(15) *Ῥιναυλοῦσι.* Hic in margine ascriptum erat : Ἤτοι ῥινοκτυποῦσιν, οἱονεὶ τὸ πνεῦμα τοῖς ῥώθωσι συνέλκοντες (συνελκόντων Ælon.), ποιὸν ἦχον ἐπὶ κατάγελων ἀποτελοῦσι (occurrit hoc Scholion in codice priore Regio), id est, spiritum naribus concipientes sonum risus excitandi gratia elidunt. Gesner. Ista, ni fallor, ob oculos habuit Clemens, *Pædag.*, lib. III, c. 4, ubi ait de ejusmodi hominibus : Τὸ πορνικὸν ἀναίδην εἰς ἀσέλγειαν διὰ ῥινῶν ἐπιψοφοῦντες ἐπικιναίδισμα, et paulo post : Ἐπικροτοῦσι τῇ ῥινὶ, βατράχων δίκην, καθάπερ ἔνοικον τοῖς μυκτῆρσι τὴν χολὴν κεκτημένοι. Wortii. Sic etiam Persius sat. 1 : *Rancidulum quiddam balba de nare locutus.*

(16) *Παρ' ὑμῖν.* Sic Anglicanus codex. Editi παρ' ἡμῖν. Ibidem Reg. 1, κηρύσσοντα. Editi habebant κηρύσσονται. Mox Joannis Frisii codex ἐκφωνήματα.

D (17) *Καὶ διὰ σχημάτων.* Non figuras poeticas, sed gestus indicat Tatianus. Sic apud Clem. Alex, *Pædag.*, lib. III, cap. 4, ejusmodi homines ἀκολάστοις ῥήμασι καὶ σχήμασι τέρπειν dicuntur.

(18) *Περιφέροντας.* Angl. et Ducæus ἐπιφέροντας. Mox idem codex Angl. ὑβρίσεως.

(19) *Ὁ πονῶν.* Cod. Joan. Fris. ὁ πεινῶν.

(20) *Τὴν ἀνθρωποφαγίαν.* Angl. et Tigur. διὰ τήν. Reg. 2.

(21) *Αἱματοχυσίαις.* Reg. uterque αἱματεκχυσίαις.

(22) *Φονεύεσθαι.* Sic editio Tigurina ad marginem. Male in aliis editionibus φονεῦσθαι.

(23) *Ἀλκμαίωνος.* Quæ sequuntur existimat eruditus editor Oxon. non Euripidis quidem verba esse, sed sententiam. At nihil ex Euripide decerpit hoc loco Tatianus; sed actorem poetice describit, cui mandatæ Alcmæonis matricidæ partes.

Digitized by Google

dam agens, qui nec oris sui formam retinet, ac majorem in modum hiat, ensemque circumfert, clamansque incenditur, et stolam inhumanam gerit. Valeant Hegesilai fabulæ; valeat Menandri lingua versuum scriptoris. Quid est, quod fabulosum tibicinem admirer, aut ut Aristoxenus de Thebano Antigenide curiosius laborem? Concedimus vobis res inanes. Vos ergo vel credite dogmatibus nostris, vel nostra nobis similiter relinquite.

25. *Philosophorum jactantia et dissensiones. Christianorum concors et præstantior doctrina, mores innocui.*— Quid magnum aut mirabile faciunt apud vos philosophi? Alterum humerum negligunt, plurimam demittunt comam, barbam **265** alunt, ungues ferinos circumferunt. Ac nullius quidem sese dicunt egere; sed tamen, Protei more, coriario indigent propter peram, textore propter vestem, lignario propter baculum, divitibus propter ingluviem, et coquo. O canis æmulator homo, Deum ignoras, et ad belluarum imitationem declinas; qui publice clamas, non sine quadam hominis haud egeni confidentia, ulcisceris te ipse, ac nisi accipias, conviciaris; tibique fit ars lucrandi philosophia. Platonis decreta sequeris; ecce tibi Epicureus sophista palam et aperte adversatur. Rursus Aristotelem vis sectari; tibique Democriti sectator aliquis conviciatur. Pythagoras Euphorbum se fuisse ait, et Pherecydis doctrinæ est hæres. Aristoteles animæ immortalitatem exagitat. Vos autem qui tumultuosas habetis dogmatum

A μητροκτονίαν ἀπαγγέλλων; ᾧ μηδὲ τὸ οἰκεῖον πρόσεστι σχῆμα, κέχηνέ (24) τε μέγα καὶ ξίφος περιφέρει, καὶ κεκραγὼς πίμπραται, καὶ φορεῖ στολὴν ἀπάνθρωπον. Ἐῤῥέτω καὶ τὰ Ἡγησιλάου (25) μυθολογήματα, καὶ Μένανδρος τῆς ἐκείνου γλώττης (26) ὁ στιχοποιός. Τί δέ μοι καὶ τεθηπέναι τὸν μυθικὸν αὐλητήν; τί μοι καὶ κατὰ Ἀριστόξενον τὸν Θηβαῖον (27) Ἀντιγενίδην πολυπραγμονεῖν; Παραχωροῦμεν ὑμῖν τὰ μὴ ὠφέλιμα, καὶ ὑμεῖς ἢ πείσθητε τοῖς δόγμασι ἡμῶν, ἢ κατὰ τὸ ὅμοιον τῶν ὑμετέρων (28) ἡμῖν ἐκχωρήσατε.

25. Τί μέγα καὶ θαυμαστὸν οἱ παρ' ὑμῖν ἐργάζονται φιλόσοφοι; Θατέρου γὰρ τῶν ὤμων ἐξαμελοῦσι (29), κόμην ἐπιειμένοι πολλὴν, πωγωνοτροφοῦσιν, δυνχας θηρίων περιφέροντες, καὶ λέγοντες μὲν δεῖσθαι

B μηδενός· κατὰ δὲ τὸν Πρωτέα σκυτοδέψου μὲν χρῄζοντες διὰ τὴν πήραν, ὑφάντου (30) δὲ διὰ τὸ ἱμάτιον, καὶ διὰ τὸ ξύλον δρυοτόμου, διὰ δὲ τὴν (31) γαστριμαργίαν τῶν πλουτούντων καὶ ὀψοποιοῦ. Ὦ ζηλῶν ἄνθρωπε τὸν κύνα, τὸν Θεὸν οὐκ οἶδας, καὶ ἐπὶ τὴν ἄλογον μίμησιν (32) μεταβέβηκας. Ὁ δὲ κεκραγὼς δημοσίᾳ μετ' ἀξιοπιστίας, ἔκδικος γίνῃ σαυτοῦ, κἂν μὴ λάβῃς, λοιδορεῖς· καὶ γίνεταί σοι τέχνη τοῦ πορίζειν τὸ φιλοσοφεῖν. Τοῖς Πλάτωνος ἔπῃ (33) δόγμασι· καὶ ὁ κατ' Ἐπίκουρον σοφιστεύων διαπρύσιος ἀνθίσταταί σοι. Πάλιν τε εἶναι θέλεις κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην· καὶ τις κατὰ τὸν Δημόκριτον λοιδορεῖταί σοι. Πυθαγόρας Εὔφορβος γεγενῆσθαί φησιν. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τοῦ Φερεκύδους δόγματος (34) κληρονόμος

C ἐστι, καὶ τῆς ψυχῆς διαβάλλει τὴν ἀθανασίαν. Στασιώδεις δὲ ἔχοντες τῶν δογμάτων τὰς διαδοχὰς,

(24) *Κέχηνέ τε.* Reg. 2, κεχήνει τε.

(47) *Ψυχή.* Liquet hunc locum ab Athenagora de præcipuo quodam in regum vita protegenda præsidio intelligi. Sic intellexit Themistius, orator profanus, qui in orat. 7 ait scriptum esse in litteris Assyriorum: Ὡς ἄρα ὁ νοῦς τοῦ βασιλέως ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖται· et in oratione 11, τὴν τοῦ βασιλέως καρδίαν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖσθαι. Præsidium singulare significat et ipsa illa vox δορυφορεῖσθαι et adjuncta a Themistio explicatio, qui in primo loco manum reges custodientem, in altero manum reges assectantem interpretatur. Mox editi ἑνὶ τῷ Θεῷ. Melius Anglicani codices quos secutus sum.

(48) *Γέγονεν.* Deest in cod. Clarom.

Digitized by Google

que gestas narravit, ac verius de rebus divinis pertractasse apud eos existimatus est, quem Homerus in multis ac præcipue in iis, quæ ad deos spectant, imitatur); ipse, inquam, Orpheus primam eorum generationem ex aqua constituit :

A πρακται εἶπε, καὶ πεπίστευται παρ' αὐτοῖς ἀληθέστερον θεολογεῖν· ᾧ καὶ Ὅμηρος τὰ πολλὰ καὶ περὶ θεῶν μάλιστα ἕπεται), καὶ αὐτοῦ τὴν πρώτην γένεσιν αὐτῶν ἐξ ὕδατος συνιστάντος·

Oceanus qui omnibus generatio exstitit.

Ὠκεανὸς (49), *ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.*

Aqua enim, secundum illum, omnium principium fuit : ex aqua autem lutum constitit, et ex utroque genitum animal draco, adjunctum habens caput leonis. Horum in medio facies dei, cui nomen Hercules et Chronus. Hic Hercules genuit ovum immensæ magnitudinis, quod, cum esset plenum, vehementius a genitore attritum in duas partes disruptum est. Quod superius in eo fuit, cœli formam accepit; quod autem depressum, terræ. Prodiit autem dea terra corpore instructa. Cœlum autem dum terræ miscetur, genuit feminas quidem Clotho, Lachesin, Atropon, mares autem centimanos, Cottyn, Gygen, Briareum, et Cyclopes, Brontem, Steropem, Argum; quos etiam constrictos in tartara detrusit, cum se regno a filiis pellendum didicisset. Quapropter irata terra Titanes peperit :

Ἦν γὰρ ὕδωρ ἀρχὴ κατ' αὐτὸν τοῖς ὅλοις, ἀπὸ δὲ τοῦ ὕδατος ἰλὺς κατέστη, ἐκ δὲ ἑκατέρων ἐγεννήθη ζῶον δράκων, προσπεφυκυῖαν ἔχων κεφαλὴν λέοντος, διὰ μέσου δὲ αὐτῶν (50) θεοῦ πρόσωπον, ὄνομα Ἡρακλῆς, καὶ Χρόνος. Οὗτος ὁ Ἡρακλῆς ἐγέννησεν ὑπερμέγεθες ὠὸν (51), ὃ, συμπληρούμενον, ὑπὸ βίας τοῦ γεγεννηκότος ἐκ παρατριβῆς εἰς δύο ἐρράγη. Τὸ μὲν οὖν κατὰ κορυφὴν αὐτοῦ οὐρανὸς εἶναι ἐτελέσθη· τὸ B δὲ κατενεχθὲν (52) γῆ. Προῆλθε δὲ καὶ θεὸς γῆ διὰ σώματος· οὐρανὸς δὲ (53), γῇ μιχθείς, γεννᾷ θηλείας μὲν Κλωθώ, Λάχεσιν, Ἄτροπον· ἄνδρας δὲ ἑκατόγχειρας Κόττυν, Γύγην (54), Βριάρεων· καὶ Κύκλωπας Βροντὴν καὶ Στεροπὴν καὶ Ἄργον· οὓς καὶ δήσας κατεταρτάρωσεν, ἐκπεσεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν παίδων τῆς ἀρχῆς μαθών. Διὸ καὶ ὀργισθεῖσα ἡ γῆ τοὺς Τιτᾶνας ἐγέννησε·

Filios autem cœlestes genuit veneranda Tellus,
Quos et Titanes cognomine vocant,
Propterea quod ulti sunt cœlum stellis micans.

Κούρους δ' οὐρανίωνας ἐγείνατο πότνια Γαῖα,
Οὓς δὴ καὶ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Οὕνεκα τισάσθην (55) *μέγαν οὐρανὸν ἀστερόεντα.*

19. *Philosophi cum poetis consentiunt de diis.* — Hoc principium originis fuit, tum eorum, quos existimant, deorum, tum universarum rerum. Quid C

19. Αὕτη ἀρχὴ γενέσεως περὶ τοὺς κατ' αὐτοὺς θεούς τε καὶ τῷ παντί (56). Ἐκεῖνο τοίνυν· ἕκαστον γὰρ τῶν τεθεολογημένων ὡς τὴν ἀρχὴν ὂν εἶναι (57).

(49) *Ὠκεανός*, etc. Legitur hic versus apud Homerum *Iliad.* Ξ, citatusque est a Justino martyre in *Cohort. ad Græcos.* Nec mirum est, si eum Orpheo attribuit Athenagoras potius quam Homero; cum ejusmodi versus Orpheo suppositi, et plerumque ex Homero imitatione expressi his, qui fraudem non subolfaciebant, imitatorem Orphei Homerum fuisse persuaderent.

(50) *Αὐτῶν.* Legendum censuit Gesnerus αὐτοῦ, unde etiam sic reddidit : *Corpus vero medium continebat faciem Dei.* Sed retinenda est vulgata lectio. Illud enim Dei caput non in medio corpore situm erat, sed inter duo alia capita, nempe draconis et leonis. Hercules enim erat tempus apud Ægyptios, ut observat Suffridus, eique tria capita affingebant, ut tempus præteritum, præsens et futurum designarent.

(51) *Ὑπερμέγεθες ὠόν.* Hæc frustra quæsieris in versibus sub falso Orphei nomine exstantibus; sed Athenagoræ testimonium confirmat Plutarchus, qui de Orpheo sic loquitur *Sympos.* lib. II, p. 636 : Οὐκ ὄρνιθος μόνον τὸ ὠὸν ἀποφαίνει πρεσβύτερον, ἀλλὰ καὶ συλλαβὼν ἅπασαν αὐτῷ τὴν ἀπάντων ὁμοῦ πρεσβυγένειαν ἀνατίθησι. *Non modo gallina ovum antiquius facit, sed omnem ei omnium prorsus rerum originis principatum attribuit.* Recenset deinde Plutarchus ad firmandam Orphei opinionem animalia, quæ ex ovis nasci constat, et idcirco ovum *in Bacchi mysteriis ut imaginem illius, qui omnia genuit, et in seipso continet, non absurde consecratum fuisse* dicit. Eodem fere ac Orpheus modo Phœnices, teste apud Eusebium Sanchuniathone *Præp. evang.* lib. I, cap. 10, omnium rerum originem ex limo ac deinde ex ovo quodam repetebant. Ægyptii autem, ut testatur Porphyrius apud eumdem Eusebium lib. III, *Præpar.*, cap. 11, mundi opificem Deum, quem Cneph appellabant, ex ore suo ovum fingebant emisisse; quo ex ovo alium deum genitum esse, apud ipsos Phtha, apud Græcos Vulcanum nomine, illudque ovum interpretabantur mundum. Quod ad limum spectat, iidem Ægyptii, teste Jamblich. *De myster.* sect. 7, cap. 11, dicebant eum esse τῶν στοιχείων καὶ τῶν περὶ τοῖς στοιχείοις δυνάμεων πασῶν ἀρχηγὸν αἴτιον ἐν πυθμένος λόγῳ προϋποκείμενον, *elementorum et omnium in elementis potestatum causam principem instar fundamenti subjectam.*

(52) *Κατενεχθέν.* Legitur κάτω κατενεχθέν in uno ex Anglicanis et in codice Suffridi, qui hanc probat scripturam.

(53) *Οὐρανὸς δέ.* Reg. 2 οὐρανὸς δὲ θεός. Mox D Reg. 2 et duo Anglicani ἄνδρας τε.

(54) *Κόττυν, Γύγην.* Legitur in nonnullis mss. et edit. Paris. Κόττην. Habent etiam nonnulli codices Γύνην, alius Γύννιν.

(55) *Τισάσθην.* Hæc Scriptura debetur Henrico Stephano. Legitur in codice Claromontano τιμωρήσωσι, in duobus Anglicanis τι τιμωρήσωσι, in utroque Regio et tribus Romanis οὕνεκά τι τιμωρήσωσιν ἢ τιμήσωσιν σάσθην, unde Stephanus elegit τισάσθην. Observat Suffridus Titanes hic confundi cum gigantibus quos sola terra genuit, cum primi ex cœlo et terra orti fuerint.

(56) *Τῷ παντί.* Locus valde corruptus. Legitur in Claromontano codice et tribus Anglicanis, τῷ παντὶ ὡς τὴν ἀρχήν, etc. Editor Oxoniensis percommode emendat hoc modo, καὶ τὸ πᾶν· τί ἐκεῖνο τοίνυν;

(57) *Ὂν εἶναι.* Tres Anglicani codices ἂν εἶναι. Suffridus et Oxoniensis editor decsse ἔδει existimant; legere malim ὃν νοεῖται.

Digitized by Google

Εἰ γὰρ γεγόνασιν οὐκ ὄντες, ὡς οἱ περὶ αὐτῶν θεολογοῦντες λέγουσιν, οὐκ εἰσίν. Ἢ γὰρ ἀγένητόν τι καὶ ἔστιν ἀΐδιον· ἢ γενητὸν φθαρτόν (58) ἐστι. Καὶ οὐκ ἐγὼ οὕτως, ἑτέρως δὲ οἱ φιλόσοφοι. *Τί τὸ ὂν ἀεί, γένεσίν τε οὐκ ἔχον· ἢ τί τὸ γενόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε;* Περὶ νοητοῦ καὶ αἰσθητοῦ διαλεγόμενος ὁ Πλάτων, τὸ μὲν ἀεὶ ὂν, τὸ νοητὸν, ἀγέννητον εἶναι διδάσκει· τὸ δὲ οὐκ ὂν, τὸ αἰσθητὸν, γεννητόν· ἀρχόμενον εἶναι καὶ παυόμενον. Τούτῳ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς τῷ λόγῳ ἐκπυρωθήσεσθαι τὰ πάντα, καὶ πάλιν ἔσεσθαι φασιν, ἑτέραν ἀρχὴν τοῦ κόσμου λαβόντος (59). Εἰ δὲ, καίτοι δισσοῦ αἰτίου κατ' αὐτοὺς ὄντος, τοῦ μὲν δραστηρίου καὶ καταρχομένου, καθὸ ἡ πρόνοια· τοῦ δὲ πάσχοντος καὶ τρεπομένου, καθὸ ἡ ὕλη· ἀδύνατον δέ ἐστι καὶ προνοούμενον ἐπὶ ταὐτοῦ μεῖναι τὸν κόσμον γενόμενον· πῶς ἡ τούτων μένει (60) σύστασις, οὐ φύσει ὄντων, ἀλλὰ γενομένων; Τί δὲ τῆς ὕλης κρεῖττους οἱ θεοὶ, τὴν σύστασιν ἐξ ὕδατος ἔχοντες; Ἀλλ' οὐδὲ κατ' αὐτοὺς ὕδωρ τοῖς πᾶσιν ἀρχή· ἔκ τε ἁπλῶν καὶ μονοειδῶν τί ἂν συστῆναι στοιχείων δύναιτο; Δεῖ δὲ καὶ τῇ ὕλῃ τεχνίτου, καὶ ὕλης (61) τῷ τεχνίτῃ· ἢ πῶς ἂν γένοιτο τὰ ἐκτυπώματα χωρὶς τῆς ὕλης ἢ τοῦ τεχνίτου; Οὔτε πρεσβυτέραν λόγον ἔχει εἶναι τὴν ὕλην τοῦ Θεοῦ· τὸ γὰρ ποιητικὸν αἴτιον προκατάρχειν τῶν γιγνομένων ἀνάγκη.

A hoc igitur sibi vult? Unumquodque enim eorum, quibus divinitas tribuitur, ab initio esse intelligitur. Nam si, cum non essent, facti sunt, ut iis placet, qui de **295** ejusmodi diis disputant, profecto nulli sunt. Nam vel ingenitum quid et æternum est; vel si genitum, corruptioni obnoxium est. Neque hæc ego in hunc modum, aliter autem philosophi. *Quid est, quod semper est, generationem autem non habet; aut quid illud, quod generatur quidem, nunquam autem est?* Disserens Plato de eo quod mente, ac de eo quod sensu percipitur, illud quidem quod semper est, quodque mente percipitur, ingenitum esse docet; illud autem, quod non est, quodque sensu percipitur, genitum declarat, quippe cum esse incipiat et desi-
B nat. Simili ratione Stoici omnia conflagratura, ac iterum futura dicunt, mundo aliud initium accipiente. Quod si, quamvis duæ apud eos vigeant causæ, quarum altera efficiens et imperans, eaque providentia est; altera patiens et mutabilis, id est materia; fieri tamen non potest, ut mundus, qui creatus est, eodem in statu, etiam providentia gubernatus, permaneat; quomodo istorum constitutio permanebit, qui non natura exsistunt, sed facti sunt! Aut quid materia præstant dii, qui ex aqua constituti sunt! Sed nec aqua omnium est, ut isti existimant, principium; ex simplicibus enim et uniusmodi elementis quid possit constitui? Opus autem est et materiæ artifex, et artifici materia; qui enim formæ exprimi possint sine materia aut artifice? Neque etiam rationi consentaneum est, ut materia antiquior sit Deo; necesse est enim ut causa efficiens priusquam ea quæ fiunt exsistat et imperet.

20. Εἰ μὲν οὖν μέχρι τοῦ φῆσαι γεγονέναι τοὺς θεοὺς, καὶ ἐξ ὕδατος τὴν σύστασιν ἔχειν, τὸ ἀπίθανον ἦν αὐτοῖς τῆς θεολογίας, ἐπιδεδειχὼς, ὅτι οὐδὲν γενητὸν, ὃ οὐ καὶ διαλυτὸν, ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἂν παρεγενόμην (62) τῶν ἐγκλημάτων. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο μὲν διατεθείκασιν αὐτῶν τὰ σώματα· τὸν μὲν Ἡρακλέα, ὅτι θεὸς δράκων (63) ἑλικτός· τοὺς δὲ ἑκατόγχειρας εἰπόντες· καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Διὸς, ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας καὶ Δήμητρος ἡ Δημήτορος αὐτῆς (64) ἐκπαιδοποιήσατο, δύο μὲν κατὰ φύσιν εἶπον ἔχειν ὀφθαλμοὺς, καὶ ἐπὶ τῷ μετώπῳ δύο, καὶ προτομὴν κατὰ τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου μέρος, ἔχειν δὲ καὶ κέρατα· διὸ καὶ τὴν Ῥέαν, φοβηθεῖσαν τὸ παιδὸς τέρας, φυγεῖν, οὐκ ἐφεῖσαν αὐτῇ τὴν θηλήν· ἔνθεν μυστικῶς μὲν Ἀθηλᾶ, κοινῶς δὲ Φερσεφόνη καὶ Κόρη

C 20. *Absurdæ deorum figuræ.* — Si absurda eorum theologia his finibus contineretur, ut deos generatos et ex aqua constitutos dicerent: cum demonstraverim nihil genitum esse, quod non sit dissolutioni obnoxium, ad eas, quæ supersunt, criminationes progrederer. Sed nunc eorum corpora describunt, velut cum Herculem deum draconem volubilem, et centimanos commemorant; vel cum filiam Jovis, quam is ex ipsa matre Rhea, sive Cereré suscepit, duobus quidem secundum naturam oculis, duobus autem in fronte, ac rostro quodam in posteriore colli parte, ac præterea cornibus instructam esse dicunt; quare Rheam hoc puellæ monstro exterritam fugisse, nec ei papillam præbuisse; unde secretius quidem Athela, vulgo autem

D

(57) *Φθαρτόν.* Editio Oxon. καὶ φθαρτόν ἐστι, et mox οὐκ ἐγὼ μέν. Sed nec in editionibus Parisiensibus nec in nostris codicibus leguntur hæ particulæ καί et μέν. Platonis verba, quæ mox citantur, desumpta sunt ex *Timæo*. Ope codicis Clarom. emendavi quod erat in editis αἰσθητὸν, γεννητόν.

(59) *Λαβόντος.* Clarom. et tres Anglicani λαβόντας. Infra unus ex Anglicanis ἀδύνατον δὲ καί.

(60) *Μένει.* Deest ea vox in editionibus Parisiensibus, legitur in aliis et in codicibus mss. Habent στάσις Reg. 2, Clarom. et tres Anglicani. Mox Gesnerus et Suffridus malunt τό γε γὰρ κατ' αὐτούς. Sed nihil mutandum.

(61) *Καὶ ὕλης.* Hæc verba et quæ in eamdem sententiam dicta consequuntur, desunt in Clarom. et tribus Anglicanis, in quibus legitur: Δεῖ δὲ καὶ τῇ ὕλῃ τεχνίτου· οὔτε πρεσβυτέραν, etc.

(62) *Παρεγενόμην.* Reg. 2 παραγενοίμην.

(63) *Θεὸς δράκων.* Hæc quoque ex Ægyptiorum hausta fontibus. Hercules enim, ut paulo ante dicebat Athenagoras, opifex est mundi, cujus ex ore ovum emissum est. At mundi opificem Ægyptii sub serpentis specie effingebant. *Hoc animal Phœnices*, inquit Philo Biblius apud Euseb. *Præp.* I, cap. ult., *bonum dæmonem appellant, Ægyptii vero Cneph.* Cneph autem nomen est mundi opificis apud Ægyptios, ut modo observavimus ex Porphyrii testimonio.

(64) *Ἡ Δημήτορος αὐτῆς.* Sic emendavi ope codicis Claromontani quod in editis legebatur, καὶ Δήμητρος ἡ Δημήτορος τὸν αὐτῆς. Legendum putant Gesnerus et Oxoniensis editor τῆς αὐτῆς. Hinc interpretatur Gesnerus: *Eamdem enim illi faciunt.*

Digitized by Google

Proserpina et Core dicitur, non eadem ac Minerva, quæ a pupilla appellatur; nunc autem eorum præclare, ut ipsi existimant, gesta persequuntur; velut Saturni, ut verenda patris exsecuerit, ipsumque curru dejecerit, ac parricidio se obstrinxerit mares filios devorans; velut Jovis, ut patrem constrictum in tartara detruserit, quemadmodum filios suos Uranus; ut bellum cum Titanibus de imperio gesserit, ac matrem Rheam ab **296** ejus nuptiis abhorrentem persecutus sit, eaque in dracænam conversa, ipse in draconem mutatus, nodo eam, ut vocant, Herculeo constringens cum ea coierit, cujus concubitus imaginem virga Mercurii designat; deinde vero ut cum filia Proserpina coierit, ex qua filium Dionysium suscepit, cum ei quoque in hac draconis forma vim intulisset. Quamobrem cum hæc ita se habeant, necesse est hæc saltem verba facere. Quid honesti aut utilis habet ejusmodi historia, ut deos esse credamus Saturnum, Jovem, Coren, et cæteros? Corporumne descriptiones? At quis judicio præditus aut in rebus considerandis versatus viperam a Deo progenitam putet? Sic enim Orpheus :

Phanes aliam sobolem genuit horribilem
Utero ex sacro, visu terribilem viperam,
Cujus ex capite crines, ac pulchra facies
Erat visu, cæteræ partes terribilis draconis
Summo ex collo.

Aut quis ipsum Phanetem primogenitum deum esse (is enim est qui primus ex ovo effusus est), aut draconis corpus ac speciem habere, aut a Jove, ut is comprehendi non posset, devoratum approbet fuisse? Nam si nihil a belluis vilissimis discrepant (liquet enim inter res terrenas et ex materia eductas, ac divinum numen interesse aliquid oportere), non sunt dii. Quid ergo ad eos adimus, qui generantur ut belluæ, facie ferina sunt et deformi?

21. *Deorum cupiditates et amores.* — Quod si eos carnem tantum habere, et sanguinem ac semen, et iræ ac cupiditatis morbos dicerent; ne hæc quidem

A κέκληται, οὐχ ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ Ἀθηνᾷ τῇ ἀπὸ τῆς κόρης (65) λεγομένῃ· τοῦτο δὲ, τὰ πραχθέντα ἐπ' ἀκριβὲς αὐτοῖς, ὡς οἴονται, διεξεληλύθασι· Κρόνος μὲν, ὡς ἐξέτεμε τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς, καὶ κατέρριψεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἅρματος, καὶ ὡς ἐτεκνοκτόνει καταπίνων τῶν παίδων τοὺς ἄρσενας· Ζεὺς δὲ, ὅτι τὸν μὲν πατέρα δήσας κατεταρτάρωσε, καθὰ καὶ τοὺς υἱεῖς ὁ Οὐρανός· καὶ πρὸς Τιτᾶνας περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπολέμησε, καὶ ὅτι τὴν μητέρα Ῥέαν ἀπαγορεύουσαν αὐτοῦ τὸν γάμον ἐδίωκε· δρακαίνης δ' αὐτῆς γενομένης, καὶ αὐτὸς εἰς δράκοντα μεταβαλὼν, συνδήσας αὐτὴν τῷ καλουμένῳ Ἡρακλειωτικῷ ἅμματι, ἐμίγη, τοῦ σχήματος τῆς μίξεως σύμβολον ἡ τοῦ Ἑρμοῦ ῥάβδος· εἶθ' ὅτι Φερσεφόνῃ τῇ θυγατρὶ ἐμίγη, βιασάμενος καὶ ταύτην ἐν δράκοντος σχήματι, ἐξ ἧς παῖς Διόνυσος αὐτῷ· ἀνάγκη (66) κἂν τοσοῦτον B εἰπεῖν. Τί τὸ σεμνὸν (67) ἢ χρηστὸν τῆς τοιαύτης ἱστορίας, ἵνα πιστεύσωμεν θεοὺς εἶναι τὸν Κρόνον, τὸν Δία, τὴν Κόρην, τοὺς λοιποὺς; Αἱ διαθέσεις (68) τῶν σωμάτων; Καὶ τίς ἂν ἄνθρωπος κεκριμένος καὶ ἐν θεωρίᾳ γεγονὼς ὑπὸ Θεοῦ γεννηθῆναι πιστεύσαι ἔχιδναν; (Ὀρφεύς·

Ἄν δὲ (69) Φάνης ἄλλην γενεὴν τεκνώσατο δεινὴν
Νηδύος ἐξ ἱερῆς, προσιδεῖν φοβερωπὸν ἔχιδναν,
Ἧς χαίται μὲν ἀπὸ κρατὸς, καλόν τε πρόσωπον
Ἦν ἐσιδεῖν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη φοβεροῖο δράκοντος
Αὐχένος ἐξ ἄκρου.)

ἢ αὐτὸν τὸν Φάνητα δέξαιτο, θεὸν ὄντα πρωτόγονον (οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ ᾠοῦ προχυθείς), ἢ σῶμα ἢ C σχῆμα ἔχειν δράκοντος, ἢ καταποθῆναι (70) ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὅπως ὁ Ζεὺς ἀχώρητος γένοιτο; Εἰ γὰρ μηδὲν διενηνόχασι τῶν φαυλοτάτων θηρίων (δῆλον γὰρ ὅτι ὑποδιαλλάσσειν δεῖ τῶν γηΐνων καὶ τῶν ἀπὸ τῆς ὕλης ἀποκρινομένων (71) τὸ θεῖον), οὐκ εἰσὶ θεοί. Τί δαὶ καὶ πρόσιμεν αὐτοῖς, ὧν κτηνῶν μὲν δίκην ἔχει ἡ γένεσις, αὐτοὶ δὲ θηριόμορφοι καὶ δυσειδεῖς;

21. Καίτοι, εἰ σαρκοειδεῖς μόνον ἔλεγον αὐτοὺς καὶ αἷμα ἔχειν καὶ σπέρμα (72), καὶ πάθη ὀργῆς καὶ ἐπιθυμίας, καὶ τότε ἔδει λῆρον καὶ γέλωτος λό-

(65) *Κόρης.* Codices nonnulli κόρσης. Ibidem Clarom. et tres Anglicani γενομένης. Reg. 2 γενομένη.

(66) *Ἀνάγκη.* Ponitur post εἰπεῖν in duobus Anglicanis et Reg. secundo.

(67) *Τί τὸ σεμνόν.* Uterque Bodleianus τί σεμνὸν ἢ τί χρηστόν.

(68) *Αἱ διαθέσεις.* Codex Suffridi τίνες αἱ διαθέσεις; atque hæc illi scriptura plurimum probatur.

(69) *Ἄν δέ.* Duo Anglicani τὴν δέ, Clarom. τὰν δὲ Φάνης ἄλλην γενεῶν. Unus ex Anglicanis habet γένεσιν. Hunc Phanetem ex ovo profusum fuisse non dixerat Athenagoras illo in loco, ubi de ovo locutus est. Sed difficile non est intelligere, simul cum ovo prodiisse primogenitum illum Deum, qui cœlum et terram ovo contenta dicitur condidisse. Idcirco enim Phanes ille draconis speciem dicitur habuisse, quia mundi opifex ita effingi solebat apud Ægyptios. Phanes ille nihil aliud esse videtur quam Minerva. Hæc enim, ex Patris capite, ἐκθοροῦσα, *prosiliens*, ut ait Themistius orat. 3, omnia creavit et cœlum ac terram temperavit. Præterea Metis, cum prægnans Minerva esset, a Jove deglutitur, ut videre est apud Eustathium *in Iliad.*, p. 83, ac deinde Minerva per caput Jovis erupit. Quadrat id cum Phanete, qui a Jove devoratus dicitur. Ex his patet immerito Gesnerum existimasse addendum esse τὴν D Μῆτιν post ὑπὸ τοῦ Διός, quod quidem in interpretando sequi non dubitavit.

(70) *Καταποθῆναι.* Clarom. et tres Anglicani κατατεθῆναι. Sic etiam alius codex citatus a Ducæo.

(71) *Ἀποκριομένων.* Clarom. et tres Anglicani ἀποκρινόμενον. Sic etiam Reg. 2 ad marginem. Qui contextum Athenagoræ immutaverunt, videntur minus intellexisse vim hujus verbi ἀποκρίνεσθαι et idcirco illud retulisse ad Deum. At verbum illud percommode dicitur de iis, quæ e materia educuntur et generantur; idque observavit Gesnerus, cujus observationem confirmat Plutarchus, quo teste apud Euseb. *Præp. Evang.*, lib. I, c. 8. Anaximander docebat infinitum esse causam mundi generationis et corruptionis. *Ex eo enim cœlos eductos fuisse*, ἐξ οὗ δή φησι τοὺς τε οὐρανοὺς ἀποκεκρῖσθαι.

(72) *Καὶ σπέρμα.* Deest conjunctio in utroque Regio et uno Anglicano. Paulo ante tres Anglicani, τί δὲ καὶ πρόσιμεν.

Digitized by Google

γους τούτους νομίζειν· οὔτε γὰρ ὀργὴ, οὔτε ἐπιθυμία καὶ ὄρεξις, οὐδὲ παιδοποιὸν σπέρμα ἐν τῷ Θεῷ. Ἔστωσαν τοίνυν σαρκοειδεῖς, ἀλλὰ κρείττους μὲν θυμοῦ καὶ ὀργῆς· ἵνα μὴ Ἀθηνᾶ μὲν βλέπηται

Σκυζομένη Διΐ πατρὶ, χόλος δέ μιν ἄγριος αἰ-
[*ρεῖ* [9] (73)·

Ἥρα δὲ θεωρῆται,

Ἥρη δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα [10]·

κρείττους δὲ λύπης·

Ὦ πόποι! ἦ φίλον ἄνδρα διωκόμενον περὶ τεῖ-
[*χος,*
Ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι· ἐμὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ [11].

Ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ ἀνθρώπους (74) ἀμαθεῖς καὶ σκαιοὺς λέγω τοὺς ὀργῇ καὶ λύπῃ εἴκοντας· ὅταν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε ὀδύρηται (75) μὲν τὸν υἱὸν,

Αἰ αἰ (76) (λέγων) *ὅτε μοι Σαρπηδόνα, φίλτατον*
[*ἀνδρῶν,*
Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι [12]·

ἀδυνατῇ (77) δὲ ὀδυρόμενος τοῦ κινδύνου ἐξαρπάσαι,

Σαρπηδὼν, Διὸς υἱός· ὁ δ' οὐδ' ᾧ παιδὶ ἀμύνει [13]·

τίς οὐκ ἂν τοὺς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μύθοις φιλοθέους, μᾶλλον δὲ ἀθέους, τῆς ἀμαθίας καταμέψοιτο; Ἔστωσαν σαρκοειδεῖς· ἀλλὰ μὴ τιτρωσκέσθωσαν (78), μηδὲ Ἀφροδίτη ὑπὸ Διομήδους τὸ σῶμα,

Οὕτα με Τυδέος υἱὸς, ὑπέρθυμος Διομήδης [14]·

ἢ ὑπὸ Ἄρεως τὴν ψυχὴν,

Ὡς ἐμὲ χωλὸν ἐόντα Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη
Αἰὲν ἀτιμάζει, φιλέει δ' ἀΐδηλον Ἄρηα [15].

Διὰ δὲ χρόα καλὸν ἔδαψεν [16].

Ὁ δεινὸς ἐν πολέμοις, ὁ σύμμαχος κατὰ Τιτάνων τοῦ Διὸς, ἀσθενέστερος Διομήδους φαίνεται·

(*Μαίνετο δ' ὡς ὅτ' Ἄρης ἐγχέσπαλος* [17]).

Σώπησον, Ὅμηρε· Θεὸς οὐ μαίνεται. Σὺ δέ μοι καὶ μιαιφόνον καὶ βροτολοιγὸν

(Ἄρες, Ἄρες, *βροτολοιγὲ, μιαιφόνε* [18])

διηγῇ τὸν θεὸν, καὶ τὴν μοιχείαν αὐτοῦ διεξίης (79) καὶ τὰ δεσμά·

Τὼ δ' ἐς δέμνια βάντε κατέδραθον· ἀμφὶ δὲ δεσ-
[*μοὶ*
Τεχνήεντες ἔχυντο (80) *πολύφρονος Ἡφαίστοιο,*
Οὐδέ τι κινῆσαι μελέων ἦν [19].

Οὐ καταβάλλουσι τὸν πολὺν τοῦτον ἀσεβῆ λῆρον (81)

A oratio nugarum opinionem et risum effugere deberet. Nam nec ira, nec cupiditas, nec semen ad procreandum in Deum cadunt. Constent igitur ex carne, sed tamen ira et furore sint superiores, ne videatur Minerva

Succensens Jovi patri, ira autem illam vehemens ce-
[*perat.*

Nec Juno hanc speciem exhibeat :

Junonis pectus non continuit iram, sed prolocuta
[*est.*

Sint dolore superiores :

Proh malum! certe dilectum virum fugatum circa
[*murum*
Oculis video; meum autem angitur cor.

Ego enim etiam homines imperitos et futiles dico, si iracundiæ et dolori cedant. Sed si parens homi-
B numque deumque lugeat filium,

297 *Hei mihi, quod mihi Sarpedonem charissimum*
[*virorum*
Fatale est a Patroclo Menœtiade interfici!

nec possit, dum lamentatur, eum periculo eruere:

Sarpedon Jovis filius; ipse autem ne filio quidem suo
[*auxiliatur,*

quis non eorum imperitiam incuset, qui iis fabulis se deorum cultores, vel potius atheos præbent? Carnem habeant, sed Venus nec corpore vulneretur a Diomede :

Vulneravit me Tydei filius superbus Diomedes.

Nec animo a Marte :

Ut me claudum Jovis filia Venus
Semper dehonestat, amat autem perniciosum Mar-
C [*tem.*
Cutem autem pulchram dilaceravit.

Terribilis ille in bellis et Jovis adversus Titanes auxiliator, Diomede infirmior apparet.

Furebat autem velut cum Mars hastam vibrans.

Tace, Homere : Deus non furit. Tu vero mihi et cæde inquinatum et perniciosum hominibus

(*Mars, Mars, pernicies hominum, cæde inquinate*)

enarras deum, et illius adulterium describis et vincula,

Illi autem in lectulum ut conscenderunt, dormierunt :
[*vincula autem*
Fabrefacta circumfundebantur prudentis Vulcani
Neque ullo pacto movere membra poterant.

An non, plurimas illas de diis impias nugas pro-

[9] Iliad. Δ, v. 23. [10] Iliad. Δ, v. 24. [11] Iliad. X, v. 168 et 169. [12] Iliad. Π, v. 434 et 435. [13] Ibid., v. 522. [14] Iliad. E, v. 376. [15] Odyss. Θ, 307, 308. [16] Iliad. E, 858. [17] Iliad. O, v. 605. [18] Iliad. E, v. 31. [19] Odyss. Θ, 308, 309.

(73) *Αἰρεῖ.* Legitur apud Homerum ἦρει. Perperam conjecit H. Stephanus scripsisse Athenagoram αἴρῃ et inde factum αἴρει.

(74) *Καὶ ἀνθρώπους.* Deest conjunctio in uno ex Anglicanis. Mox editio Oxoniensis ὁ πατήρ.

(75) *Ὀδύρηται.* Clarom. ὀδύρεται.

(76) *Αἰ, αἰ.* Legisse se ait Suffridus in antiquo codice ὦ μοι ἐγών, ut apud Homerum. Λέγων pro ἐγών ex incuria.

(77) *Ἀδυνατῇ.* Sic pro ἀδυνατεῖ, emendavit Fronto Ducæus qui duos codices mss. citat. Ita legendum monuerat Stephanus, atque ita legitur in Reg. 2. Sic etiam habuit prima manu Reg. 1. Retinuit ἀδυνατεῖ utraque editio Parisiensis.

(78) *Τιτρωσκέσθωσαν.* Ita Reg. 2 prima manu
D et tres Anglicani. Editi τιτρωσκέσθω. Paulo post ante hæc verba : Διὰ δὲ χρόα καλὸν ἔδαψεν, Gesnerus addendum putat Ἄρης ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ. Sed fortasse Athenagoras, ut in re notissima, necesse esse non putavit admonere hæc verba de Marte et Diomede dicta esse.

(79) *Διεξίης.* Uterque Regius, duo Romani codices cum Claromontano et tribus Anglicanis habent διέξῃ. In nonnullis tamen non exstat ι subscriptum. Codex Suffridi διήξεις.

(80) *Ἔχυντο.* Deest in tribus Anglicanis.

(81) *Λῆρον.* Iidem codices λῆρον τὸν ἀσεβῆ. Legendum videtur οὐ καταβαλοῦσι; sic paulo ante σώπησον, Ὅμηρε.

Digitized by Google

jicient? Cœlus castratur, ligatur et in tartarum præcipitatur Saturnus, insurgunt Titanes, Styx moritur in prælio : jam et mortales illos faciunt. Amant se invicem, amant homines :

Æneas, quem sub Anchise peperit diva Venus
Idæ in vertice, Dea mortali mista.

Nonne amant? Nonne patiuntur? Quatenus enim dii, an eos attinget cupiditas? Etiam si carnem Deus per dispensationem divinam assumat, an idcirco servus erit cupiditatis?

Non enim unquam sic mihi deæ amor, neque mulie-
[ris
Animum pectoribus circumfusus domuit:
Neque quando captus fui amore Ixioniæ uxoris,
Neque quando Danaes formosæ Acrisii filiæ,
Neque quando Phœnicis filiæ inclyti,
Neque quando Semeles, neque Alcmenes in Thebis,
Neque quando Cereris pulchricomæ reginæ,
Neque quando Latonæ valde illustris, neque tui ip-
[sius.

298 Genitus est, corruptioni obnoxius est, nec quidquam habet Dei. Quin etiam serviunt hominibus :

O regiam Admeti domum, in qua pertuli
Laudare mensas vernulis, deus, datas.

Et armenta pascunt :

Ingressus hanc terram, hospiti pavi boves,
Domumque servabam hanc.

Est ergo Admetus deo præstantior. O vates et sapiens, et aliis futura præsagiens, non es vaticinatus amasii cædem, sed eum ipse manibus tuis occidisti.

Cœleste Phœbi os, nescium mendacii
Ego esse credebam, augurum artibus scatens.

Ut falsum vatem Æschylus Apollinem exagitat :

Qui cantat ipse, quique cœnæ ipse interest,
Hæc qui ipse dixit, ipse, proh superi! meum
Natum peremit.

22. *Frustra hæc ad physiologiam revocentur.* — Sed hæc forte commenta poetica; at in illis naturalis quædam ejusmodi ratio,

Jupiter velox (ut ait Empedocles) et Juno vitalis et
[Pluto,
Et Nestis, quæ tingit lacrymis humanos fontes.

Si igitur Jupiter ignis, Juno terra, Pluto aer, et Nestis aqua, hæc autem elementa sunt ignis, aqua, aer; nullus eorum deus est, nec Jupiter, nec Juno, nec Pluto : ex materia enim a Deo divisa eorum constitutio et generatio.

περὶ τῶν θεῶν ; Οὐρανὸς ἐκτέμνεται, δεῖται καὶ καταταρταροῦται Κρόνος, ἐπανίστανται Τιτᾶνες, Στὺξ ἀποθνήσκει κατὰ τὴν μάχην. Ἤδη καὶ θνητοὺς αὐτοὺς δεικνύουσιν· ἐρῶσιν ἀλλήλων, ἐρῶσιν ἀνθρώπων·

Αἰνείας, τὸν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε δῖ' Ἀφροδίτη
Ἴδης ἐν κνημοῖσι, θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα [10].

Οὐκ ἐρῶσιν; οὐ πάσχουσιν; Ἦ γὰρ θεοὶ (82), ἅψεται αὐτῶν ἐπιθυμία; Κἂν σάρκα θεὸς κατὰ θείαν οἰκονομίαν λάβῃ, ἤδη δοῦλός ἐστιν ἐπιθυμίας;

Οὐ γὰρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος, οὐδὲ γυναικὸς
Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν·
Οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο,
Οὐδ' ὅτε περ Δανάης καλλισφύρου Ἀκρισιώνης·
Οὐδ' ὅτε Φοίνικος κούρης τηλεκλειτοῖο·
Οὐδ' ὅτε περ Σεμέλης, οὐδ' Ἀλκμήνης ἐνὶ Θήβῃ·
Οὐδ' ὅτε Δήμητρος καλλιπλοκάμοιο ἀνάσσης·
Οὐδ' ὅτε περ Λητοῦς ἐρικυδέος, οὐδέ σευ αὐτῆς [11].

Γενητός ἐστι, φθαρτός ἐστιν, οὐδὲν ἔχων Θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ θητεύουσιν ἀνθρώποις·

Ὦ δῶμαθ' Ἀδμήτει', ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ
Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεὸς περ ὤν [11*].

καὶ βουκολοῦσιν·

Ἐλθὼν δ' ἐς αἶαν τήνδ' ἐβουφόρβουν ξένῳ (83),
Καὶ τόνδ' ἔσωζον οἶκον [11**].

Οὐκοῦν κρείττων Ἄδμητος τοῦ θεοῦ. Ὦ μάντι καὶ σοφὲ, καὶ προειδὼς τοῖς ἄλλοις τὰ ἐσόμενα, οὐκ ἐμαντεύσω τοῦ ἐρωμένου τὸν φόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκτειναις αὐτοχειρὶ τὸν φίλον.

Κἀγὼ τὸ (84) Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα
Ἤλπιζον εἶναι, μαντικῇ βρύον τέχνῃ.

(Ὡς ψευδόμαντιν κακίζει τὸν Ἀπόλλω ὁ Αἰσχύλος)

Οὐδ' αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρών,
Αὐτὸς τάδ' εἰπών, αὐτός ἐστιν ὁ κτανών
Τὸν παῖδα τὸν ἐμόν.

22. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως πλάνη ποιητικὴ, φυσικὸς δέ τις ἐπ' αὐτοῖς καὶ τοιοῦτος λόγος,

Ζεὺς ἀργὴς (ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς) Ἥρη τε φε-
[ρέσβιος, ἠδ' Ἀΐδωνεύς,
Νῆστίς θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα (85) βρό-
[τειον.

Εἰ τοίνυν Ζεὺς μὲν τὸ πῦρ, Ἥρα δὲ ἡ γῆ (86), καὶ ὁ ἀὴρ Ἀΐδωνεὺς, καὶ τὸ ὕδωρ Νῆστις, στοιχεῖα δὲ ταῦτα, τὸ πῦρ, τὸ ὕδωρ, ὁ ἀὴρ· οὐδεὶς αὐτῶν θεὸς, οὔτε Ζεὺς, οὔτε Ἥρα, οὔτε Ἀΐδωνεύς· ἀπὸ γὰρ τῆς ὕλης διακριθείσης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἡ τούτων σύστασίς τε καὶ γένεσις.

[10] Iliad. B, 820, 821. [11] Iliad. Ξ, 315. [11*] Alcestis, v. 1, 2. [11**] Alcestis, v. 8, 9.

(82) Ἦ γὰρ θεοί. Editi ἦ γὰρ θεοὶ καὶ οὐχ ἅψεται. Codex Suffridi εἰ γὰρ θεοί, quæ quidem illi scriptura probatur, nec non Gesnero. Codex Claromontanus ἦ γὰρ θεοί; ἅψεται, etc., legendo cum interrogationis nota, quam quidem miror in hac tota verborum complexione editori Oxoniensi displicere.

(83) Ξένῳ. Legitur ξένων in Regio primo et sex aliis. Ibidem monet Oxoniensis editor legi δὴ γαῖαν in Alcest. Euripidis, ubi hæc leguntur.

(84) Κἀγὼ τό. Sic apud Eusebium *Præp.* l. XIII, cap. 3. Sic etiam legendum censuit Gesnerus. Editi κἀγώ τι. Tres Anglicani cum codice Suffridi κἀγώ τοι. Ibidem Reg. 2, et duo Anglicani habent Φοῖβον.

(85) Δακρύοις τέγγει κρούνωμα. Sic restituit H. Stephanus, cum antea legeretur, ut in plerisque mss. δακρυόεις τ' ἐπικούρου νομᾶ.

(86) Ἥρα δὲ ἡ γῆ. Plutarchus in libro *De placit. philosoph.* sententiam Empedoclis aliter ac Athenagoras explanat, ac Junonem interpretatur aerem, Plutonem terram. Sed quia Juno sæpe alias ab antiquis terra dicitur, frustra immutetur Athenagoræ contextus, ut mutandum opinatus est Langus.

Digitized by Google

Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ ἠέρος ἦπιον ὕψος, Καὶ φιλίη (87) μετὰ τοῖσιν.

Ἃ χωρὶς τῆς φιλίας (88) οὐ δύναται μένειν, ὑπὸ τοῦ νείκους συγχεόμενα (89). Πῶς ἂν οὖν εἴποι τις ταῦτα εἶναι θεούς; Ἀρχικὸν ἡ φιλία, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα· ἀρχόμενα τὰ συγκρίματα· τὸ δὲ ἀρχικὸν, κύριον. Ὡς ἐὰν (90) μίαν καὶ τὴν τοῦ τε ἀρχομένου καὶ τοῦ ἄρχοντος δύναμιν θῶμεν, λήσομεν ἑαυτοὺς ἰσότιμον τὴν ὕλην τὴν φθαρτὴν καὶ ῥευστὴν καὶ μεταβλητὴν τῷ ἀγεννήτῳ καὶ ἀΐδίῳ καὶ διαπαντὸς συμφώνῳ ποιοῦντες Θεῷ. Ζεὺς ἡ ζέουσα οὐσία κατὰ τοὺς Στωϊκούς· Ἥρα ὁ ἀὴρ, καὶ τοῦ ὀνόματος, εἰ αὐτὸ αὐτῷ ἐπισυνάπτοιτο (91), συνεκφωνουμένου (92)· Ποσειδῶν, ἡ πόσις. Ἄλλοι δὲ ἄλλως φυσιολογοῦσιν· οἱ μὲν γὰρ ἀέρα διφυῆ, ἀρσενόθηλυν τὸν Δία (93) λέγουσιν· οἱ δὲ καιρὸν εἰς εὐκρασίαν τρέποντα τὸν χρόνον· διὸ καὶ μόνος Κρόνον διέφυγεν. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἔστιν εἰπεῖν· Εἷς ἕνα τὸν ἀνωτάτω Θεὸν ἀΐδιόν τε καὶ ἀγέννητον νομίζετε, συγκρίματα δὲ ἴσα (94) ἡ τῆς ὕλης ἀλλαγὴ, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ὕλης κεχωρηκὸς κατὰ τὰς παραλλάξεις αὐτῆς (95), ἄλλο καὶ ἄλλο ὄνομα μεταλαγχάνειν φατέ· σῶμα μὲν τὰ εἴδη τῆς ὕλης τοῦ Θεοῦ γενήσεται, φθειρομένων δὲ τῶν στοιχείων κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν, ἀνάγκη συμφθαρῆναι ὁμοῦ τοῖς εἴδεσι τὰ ὀνόματα, μόνου μένοντος τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ. Ὧν οὖν σωμάτων φθαρτὴ ἡ κατὰ τὴν ὕλην παραλλαγὴ, τίς ἂν ταῦτα πιστεύσαι θεούς; Πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας τὸν μὲν Κρόνον χρόνον, τὴν δὲ Ῥέαν γῆν· τὴν μὲν συλλαμβάνουσαν ἐκ τοῦ Κρόνου καὶ ἀποτίκτουσαν (ἔνθεν καὶ μήτηρ νομίζεται πάντων (96)), τὸν δὲ γεννῶντα καὶ καταναλίσκοντα· καὶ εἶναι τὴν μὲν τομὴν τῶν ἀναγκαίων ὁμιλίαν τοῦ ἄῤῥενος πρὸς τὸ θῆλυ, τέμνουσαν καὶ καταβάλλουσαν σπέρμα εἰς μήτραν, καὶ γεννῶσαν ἄνθρωπον, ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐπιθυμίαν, ὅ ἐστιν Ἀφροδίτη, ἔχοντα· τὴν δὲ μανίαν τοῦ Κρόνου τροπὴν καιροῦ φθείρουσαν ἔμψυχα καὶ ἄψυχα· τὰ δὲ δεσμὰ καὶ τὸν τάρταρον χρόνον ὑπὸ καιρῶν τρεπόμενον καὶ ἀφανῆ γινόμενον· πρὸς τοίνυν τούτους φαμέν· Εἴτε χρόνος ἐστὶν ὁ Κρόνος, μεταβάλλει· εἴτε καιρὸς, τρέπεται· εἴτε σκότος, ἢ πάγος, ἢ οὐσία ὑγρὰ, οὐδὲν αὐτῶν μένει· τὸ δὲ Θεῖον καὶ ἀθάνατον καὶ ἀκίνητον καὶ ἀναλλοίωτον. Οὔτε ἄρα ὁ Κρόνος, οὔτε τὸ ἐπ' αὐτῷ εἴδωλον (97) θεός. Περὶ δὲ τοῦ Διὸς, εἰ μὲν ἀὴρ ἐστι γεγονὼς ἐκ Κρόνου, οὗ τὸ μὲν ἄρσεν

Ignis, aqua, et tellus, blandum aeris atque cacumen, Adde et amicitiam his.

Quæ quidem sine amicitia permanere non possunt, discordia autem confunduntur. Quo pacto igitur hæc deos esse quisquam dixerit? Imperat amicitia, secundum Empedoclem, parent quæ concreta sunt; quod autem imperat, dominatum tenet. Itaque si illius quod imperat, et illius quod paret, unam et eamdem vim esse ponamus, corruptioni obnoxiam et fluxam et mutabilem materiam imprudentes ingenito et æterno et sibi semper constanti adæquabimus Deo. Jupiter fervida essentia secundum Stoicos; Juno aer, ipso etiam nomine, si ipsum sibi superimponatur, id sonante; Neptunus potus. Hæc autem alii aliter ad naturam referunt. Quidam enim aerem biformem, masculo-feminam appellant Jovem; alii vero tempestatem, quæ tempus serenat; unde solus Saturnum effugit. Ac cum Stoicis quidem ita licet disputare: Si unum illum Deum, qui supremus et sempiternus et ingenitus est, agnoscitis; totidem autem corpora concrescere, quot materiæ mutationes **299** fiunt, ac spiritum Dei, qui materiam pervadit, pro variis ejus mutationibus aliud atque aliud nomen sortiri dicitis; corpus quidem Dei species materiæ fient; intereuntibus autem in conflagratione elementis, necesse est una cum speciebus nomina interire, solo permanente spiritu Dei. Quorum igitur corporum, secundum materiam, immutatio corruptio est, ea deos esse quis credat? Quod autem ad eos spectat, qui Saturnum tempus esse dicunt, Rheam autem terram; atque hanc quidem ex Saturno concipere et parere (unde etiam omnium mater existimatur), hunc autem gignere et genita devorare; virilium autem abscissionem nihil aliud esse, quam viri cum muliere coitum, quo veluti resecta e viri corpore genitura in uterum demittitur, et homo cui cupiditas, id est Venus, insita est, generatur; furorem vero Saturni nihil aliud, quam temporis mutationem animata et inanimata corrumpentem; vincula et tartarum tempus esse, quod tempestatibus mutatur et evanescit; sic igitur adversus eos disceptamus: Si tempus est Saturnus, mutatur; si tempestas, vertitur; si tenebræ, aut

(87) *Καὶ φιλίη.* Ante hæc verba alius apud Sextum philosophum versus legitur, quem H. Stephanus apud Athenagoram omissum fuisse existimat, is nempe: Νείκός τ' οὐλόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἁπάντῃ. Ex quo nonnulli sex principia Empedocli attribuunt. Sed cum hoc loco Athenagoras sententiam Empedoclis ad duo principia revocet, nempe amicitiam quæ imperat et ea quibus imperat amicitia, hic versus non incuria librariorum, sed consilio Athenagoræ prætermissus.

(88) *Ἃ χωρὶς τῆς φιλίας*, κ. τ. λ. Quamvis vitiosa non sit hujus loci interpunctio aut interpretatio, videtur tamen utraque melius se habitura, si hunc in modum immutetur: Ἃ χωρὶς φιλίας οὐ δύναται μένειν, ὑπὸ τοῦ νείκους συγχεόμενα, πῶς ἂν οὖν εἴποι τις ταῦτα εἶναι θεούς; *Quæ sine amicitia permanere non possunt, discordia autem confunduntur, hæc quomodo deos esse quisquam dixerit? — Ex Addendis et Emendandis.*

(89) *Συγχεόμενα.* Sic plerique codices mss. Editi χεόμενα.

(90) *Ὡς ἐάν.* Legendum, ut Gesnerus et editor Oxoniensis monuere, ὥστε ἐάν.

(91) *Ἐπισυνάπτοιτο.* Edit. Oxon. ἐπισυνάπτοιο.

(92) *Συνεκφωνουμένου.* Conjiciunt nonnulli legendum συμφωνουμένου.

(93) *Τὸν Δία.* Tres Anglicani τινὲς Δία. Clarom. τινὲς διαλέγουσιν.

(94) *Ἴσα.* Gesnerus mallet ὅσα. Idem erit sensus, si legamus, ἴσα τῇ τῆς ὕλης ἀλλαγῇ. In duobus Anglic. et Clarom. 2, legitur ἡ τῆς ὕλης κεχωρηκός, cæteris omissis. Codex Eton. retinet vocem ἀλλαγή, cætera omittit.

(95) *Αὐτῆς.* Tres Angl. αὐτοῦ et paulo post φατέον μὲν ὄντος.

(96) *Νομίζεται πάντων.* Sic plerique mss. Editi πάντων νομίζεται.

(97) *Τὸ ἐπ' αὐτῷ εἴδωλον.* His verbis non videtur

Digitized by Google

summum frigus, aut humida natura, nihil horum permanet. Deus autem immortalis, et immobilis et immutabilis. Quocirca neque Saturnus, neque ejus simulacrum Deus est. Quod autem spectat ad Jovem, si is est ex Saturno genitus aer, cujus id quod masculum est, Jupiter dicitur; quod autem femineum, Juno (hinc etiam soror et conjux), immutatur; si tempestas, vertitur. Deus autem nec mutatur, nec cadit. Sed quid attinet vobis, qui melius perspicitis, quid eorum quisque dixerit, qui hæc ad naturam revocarunt, plura dicentem obstrepere, vel quid de natura sentiant scriptores, exponendo; vel quid de Minerva, quam mentem omnia pervadentem esse dicunt, vel de Iside, quam ævi naturam, ex qua orta omnia, et per quam exsistunt omnes; vel de Osiride, quo occiso a Typhone fratre, Isis ejus membra quæsivit, et inventa sepulcro decoravit, quod sepulcrum Osiriacum etiamnum vocatur; vel de Oro ejus filio. Nam dum susdeque circa materiæ species vertuntur, ab eo, qui ratione cognoscitur, Deo aberrant; elementa autem et eorum partes deos faciunt, aliter alias appellantes; frumenti sationem, Osirim (hinc aiunt in mysteriis ob inventionem membrorum, sive frugum, Isidi acclamari: *Invenimus, gratulamur*); vitis autem fructum, Bacchum, ipsam vitem Semelen, **300** ac fulmen solis æstum. Nam quidvis potius quam naturam divinam edisserunt, qui fabulas in deos vertunt; in quo quidem non vident iis, quæ ad deorum defensionem adhibent, confirmari quæ de diis dicuntur. Quid Europa et Taurus, Cycnus et Leda ad terram et aerem, ut Jovis nefarius cum istis coitus, terræ et aeris

A ὁ Ζεὺς, τὸ δὲ θῆλυ Ἥρα (διὸ καὶ ἀδελφὴ καὶ γυνή), ἀλλοιοῦται· εἰ δὲ καιρὸς, τρέπεται. Οὔτε δὲ μεταβάλλει, οὔτε μεταπίπτει τὸ Θεῖον. Τί δεῖ (98) πλέον λέγοντα ἐνοχλεῖν, οἳ ἄμεινον τὰ παρ' ἑκάστοις τῶν περὶ φυσιολογηκότων οἴδατε; ἢ οἷα περὶ τῆς φύσεως ἐνόησαν οἱ συγγραψάμενοι· ἢ ἃ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς, τὴν φρόνησιν (99) διὰ πάντων διήκουσάν φασιν· ἢ περὶ τῆς Ἴσιδος, ἣν φύσιν αἰῶνος, ἐξ ἧς πάντες ἔφυσαν, καὶ δι' ἧς πάντες εἰσὶ, λέγουσιν (1)· ἢ περὶ τοῦ Ὀσίριδος, οὗ σφαγέντος ὑπὸ Τυφῶνος τοῦ ἀδελφοῦ περὶ Πελώρου (2) τοῦ υἱοῦ, ἡ Ἶσις ζητοῦσα τὰ μέλη, καὶ εὑροῦσα ἤσκησεν εἰς ταφὴν· ἡ ταφὴ ἕως νῦν Ὀσιριακὴ καλεῖται. Ἄνω γὰρ καὶ κάτω περὶ τὰ εἴδη τῆς ὕλης στρεφόμενοι, ἀποπίπτουσι τῷ λόγῳ (3) θεωρητοῦ Θεοῦ· τὰ δὲ στοιχεῖα καὶ τὰ μόρια αὐτῶν θεο-
B ποιοῦσιν, ἄλλοτε ἄλλα ὀνόματα αὐτοῖς τιθέμενοι· τὴν μὲν τοῦ σίτου σποράν Ὄσιριν (ὅθεν, φασὶ, μυστικῶς ἐπὶ τῇ ἀνευρέσει τῶν μελῶν ἢ τῶν καρπῶν ἐπιλεχθῆναι τῇ Ἴσιδι· *Εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν*)· τὸν δὲ τῆς ἀμπέλου καρπὸν Διόνυσον· καὶ Σεμέλην αὐτὴν τὴν ἄμπελον, καὶ κεραυνὸν τὴν τοῦ ἡλίου φλόγα. Καί τι γὰρ (4) πάντα μᾶλλον ἢ θεολογοῦσιν οἱ τοὺς μύθους θεοποιοῦντες, οὐκ εἰδότες, ὅτι οἷς ἀπολογοῦνται ὑπὲρ τῶν θεῶν, τοὺς ἐπ' αὐτοῖς λόγους βεβαιοῦσι (5). Τί ἡ
C Εὐρώπη καὶ ὁ Ταῦρος καὶ ὁ Κύκνος καὶ ἡ Λήδα πρὸς γῆν καὶ ἀέρα, ἵν' ᾖ πρὸς ταῦτα (6) μιαρὰ τοῦ Διὸς μίξις, ἢ γῆς καὶ ἀέρος; Ἀλλ' ἀποπίπτοντες (7) τοῦ μεγέθους τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑπερκύψαι (8) τῷ λόγῳ (οὐ γὰρ ἔχουσι συμπάθειαν εἰς τὸν οὐράνιον τόπον) οὐ δυνάμενοι, ἐπὶ τὰ εἴδη τῆς ὕλης συντετήκασιν (9), καὶ καταπίπτοντες, τὰς τῶν στοιχείων τροπὰς θεοποιοῦσιν· ὅμοιον εἰ καὶ ναῦν τις, ἐν ᾗ ἔπλευσεν, ἀντὶ

designari simulacrum ex ære aut ligno factum, sed aliena species sub qua depingebatur Saturnus, sive ficta illa temporis imago, ad quam illius facta revocari solebant. Videtur hunc locum sic intellexisse Tertullianus, cujus verba eo libentius referam, quod et antiquis Athenagoras non plurimum cognitus fuit, et Tertulliano ejus vestigia prementi opem ac lucem afferre potest in explendis lacunis. Sic igitur Tertullianus lib. II *ad Nat.* cap. 12: *Aut Saturnus fuit aut tempus. Quomodo Saturnus*, si tempus? Aut si Saturnus, *quomodo tempus? Utrumque enim non potes corporale in eo confirmare. Quid autem prohibuit tempus coli in sua qualitate*, et non in specie *hominis; aut fabulam hominis in sua specie, non in temporis* qualitate? *Quid sibi vult intellectio ista, nisi fœdas materias mentilis argumentationibus colorare? Saturnum neque ideo qui... d..... tempus* (neque adeo qui Deum dicis, das esse tempus), *aut dum eum tempus facis, jam nec hominem vis fuisse.*

tur huic corruptissimo loco accidisse. Crediderim enim scripsisse Athenagoram ἢ περὶ Ὥρου, unde factum a librariis, præpositione ob negligentiam repetita περὶ Πελώρου, atque has voces collocandas esse post καλεῖται. Si cui minus placeant hæ conjecturæ, legere poterit cum Suffrido μετ' Ὥρου pro περὶ Πελώρου. Notum est enim ex Plutarcho lib. *De Iside*, cap. 5, ut idem vir eruditus observat, Isidem, ubi didicit dispersa a Typhone membra Osiridis fuisse, Butim venisse, ubi educabatur Orus, quem probabile est a matre assumptum, ut Osiridis membra simul quæreret.

(98) *Τί δεῖ.* Τί δέ Reg. 2, Clarom et 2 Angl. Addendum ὑμῖν post verbum existimat Gesnerus; sed ea vox facile suppletur.

(99) *Τὴν φρόνησιν.* Legendum ἣν φρόνησιν. Mox tres Anglic. τὴν φύσιν. Ibidem Reg. 2 et tres Anglic. καὶ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς pro ἢ ἃ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς. In Reg. 1, ἢ περὶ Ἀθηνᾶς et ἃ supra lineam.

(1) *Λέγουσιν.* Ita tres Angl. et Clarom. cum Ducæo et Oxon. Aliæ editiones λέγοντες. Gesnerus bis legit πάντα.

(2) *Περὶ Πελώρου.* Sæpe librarii eamdem syllabam, eamdemque vocem bis scripsere imprudentes. Sæpe etiam eorumdem incuria nonnullæ voces e sua sede in aliam migrarunt. Utrumque vitium vide-

(3) *Τῷ λόγῳ.* Melius fortasse, ut conjicit Gesnerus, τοῦ λόγῳ.

(4) *Καί τι γάρ.* Legendum καίτοι γε, ut monuit Gesnerus. Ibidem Reg. uterque εἰ θεολογοῦσιν. Deest ἡ in Clarom. et tribus Anglicanis.

(5) *Βεβαιοῦσι.* Tres Anglicani præmittunt οὐ. Sic etiam Reg. 2. Sed alia manu supra lineam. Ibidem Clarom. ἀπ' αὐτοῖς.

(6) *Ἢ πρὸς ταῦτα.* Legit Gesnerus πρὸς ταύτας. Legendum videtur ἢ πρὸς ταύτας... ἡ γῆς.

(7) *Ἀποπίπτοντες.* Sic editiones Ducæi et Oxoniensis, et codices Clarom. et Suffridi et duo Anglicani et Reg. secundus alia manu. In aliis editis et mss. ἀποπίπτοντας.

(8) *Ὑπερκύψαι.* Sic editio Oxon. cum codicibus Reg. 2, Clarom. tribus Anglic. et Suffridi. Eodem verbo utitur Athenagoras infra n. 26. Aliæ editiones ὑποκῦψαι.

(9) *Συντετήκασιν.* Sic uterque Regius codex, quibus favent alii codices. Legitur enim in uno ex Romanis συντετήκησαν, in alio συντετήκεισαν, in duobus Anglicanis συντεθείκασιν. Editi συνεστη-

Digitized by Google

τοῦ κυβερνήτου ἄγοι. Ὡς δὲ οὐδὲν πλέον νεὼς, κἂν ἢ πᾶσιν ἠσκημένη, μὴ ἐχούσης τὸν κυβερνήτην· οὐδὲ τῶν στοιχείων ὄφελος διακεκοσμημένων, δίχα τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ προνοίας. Ἥ τε γὰρ ναῦς παθ' ἑαυτὴν οὐ πλευσεῖται, τά τε στοιχεῖα χωρὶς τοῦ δημιουργοῦ οὐ κινηθήσεται.

A coitus sit. Sed cum a Dei magnitudine aberraverint, nec ratione altius ferri possint (non enim tenentur cœlestis loci cognatione), circa materiæ species tabescunt, ac humi affixi mutationes elementorum deos faciunt, velut si quis navem, in qua navigat, gubernatoris habeat loco. Sed ut navis, etiamsi omnibus rebus instructa sit, nihil tamen prodest, nisi gubernatorem habeat, ita nec elementa ordine adornata quidquam juvant sine Dei providentia. Navis enim per se ipsa non navigabit; elementa sine opifice non movebuntur.

23. Εἶποιτε ἂν οὖν συνέσει πάντας ὑπερέχοντες· Τίνι οὖν τῷ λόγῳ ἔνια τῶν εἰδώλων ἐνεργεῖ, εἰ μή εἰσι θεοὶ ἐφ' οἷς ἱδρυόμεθα τὰ ἀγάλματα; Οὐ γὰρ εἰκὸς τὰς ἀψύχους καὶ ἀκινήτους εἰκόνας καθ' ἑαυτὰς ἰσχύειν χωρὶς τοῦ κινοῦντος. Τὸ μὲν δὴ κατὰ τόπους καὶ πόλεις καὶ ἔθνη γίγνεσθαί τινας ἐπ' ὀνόματι εἰδώλων ἐνεργείας οὐδ' ἡμεῖς ἀντιλέγομεν· οὐ μὴν, εἰ ὠφελήθησάν τινες, καὶ αὖ ἐλυπήθησαν ἕτεροι, θεοὺς νομιοῦμεν (10) τοὺς ἐφ' ἑκάτερα ἐνεργήσαντας. Ἀλλὰ καὶ ᾧ λόγῳ νομίζετε ἰσχύειν τὰ εἴδωλα, καὶ τίνες οἱ ἐνεργοῦντες, ἐπιβατεύοντες αὐτῶν τοῖς ὀνόμασιν, ἐπ' ἀκριβὲς ἐξητάκαμεν (11). Ἀναγκαῖον δέ μοι μέλλοντι δεικνύειν τίνες οἱ ἐπὶ τοῖς εἰδώλοις ἐνεργοῦντες, καὶ ὅτι μὴ θεοὶ, προσχρήσασθαί τισι καὶ τῶν ἀπὸ φιλοσοφίας μάρτυσι. Πρῶτος Θαλῆς διαιρεῖ (12) (ὡς οἱ τὰ ἐκείνου διαιροῦντες, ἀκριβοῦντες μνημονεύουσιν) εἰς Θεὸν, εἰς δαίμονας, εἰς ἥρωας. Ἀλλὰ Θεὸν μὲν τὸν νοῦν τοῦ κόσμου ἄγει, δαίμονας δὲ οὐσίας νοεῖ ψυχικάς· καὶ ἥρωας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων, ἀγαθοὺς μὲν τὰς ἀγαθὰς, κακοὺς δὲ τὰς φαύλας (13). Πλάτων δὲ τὰ ἄλλα ἐπέχων, καὶ αὐτὸς εἰς τε τὸν ἀγέννητον Θεὸν, καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ ἀγεννήτου εἰς κόσμον τὸν οὐρανοῦ (14) γεγονότας, τούς τε πλά-

23. *Thaletis et Platonis sententia de dæmonibus.* — Ac vos quidem dicetis, cum intelligentia præstetis omnibus: Qua ergo ratione simulacra nonnulla, si dii non sunt ii, quibus ea statuimus, efficacia prædita sunt? Neque enim verisimile est inanimas B et immobiles statuas quidquam per seipsas posse nemine movente. Ac variis quidem in locis et civitatibus et gentibus nonnullos edi sub nomine simulacrorum effectus ne nos quidem inficiamur. Non tamen si qui adjuti sunt ac rursus alii male affecti, pro diis habebimus eos, qui in utramque partem operati sunt. Sed qua ratione fiat ut simulacra aliquid posse existimetis, et quinam in eis operentur, nomina eorum sibi arrogantes, accurate vestigavimus. Necesse autem mihi est demonstrare instituenti quinam sint ii qui in simulacris operantur, et cur dii non sint, nonnullos etiam ex philosophia testes præmittere. Primus Thales, ut accurate commemorant qui ejus disputationes digerunt, dividit in Deum, in dæmones, in heroes. Ac Deum quidem C mundi mentem existimat; dæmones autem essentias animales; heroes vero animas hominum separatas, bonos quidem bonas, malos autem malas. Plato au-

κασι. Scriptura, quam in contextum recepimus, quæque infra iterum occurrit n. 26, confirmatur his Theodoreti verbis, I *adv. Græcos*, p. 477: Μόνοις γὰρ τοῖς ὁρατοῖς συντετήκατε, καὶ τὰ χειρόκμητα ξόανα σέβοντες τὴν περὶ τῆς ἀοράτου φύσεως διδασκαλίαν οὐ δέχεσθε. *Solis enim visibilibus rebus intabescitis et manufacta simulacra venerantes, doctrinam de invisibili natura non admittitis.*

(10) *Νομιοῦμεν.* Clarom., tres Anglicani et Suffridi codex νοοῦμεν quod quidem Suffrido magis arridet. Tatianus n. 18, Justini auctoritate fretus effectus dæmonum eo redigit, *ut morbo, quem inflixerant, deleto, hominem pristinæ valetudini restituant*; non absimiles hac in re latronibus, qui quos ceperunt, pretio restituunt. Tertullianus Justinum et Tatianum imitatur, cum ait *Apolog.* cap. 22: *Læduntenim primo, dehinc remedia præcipiunt, ad miraculum nova, sive contraria, post quæ desinunt lædere et curasse creduntur.* Huc spectat quod Minucius Felix cap. 27, et S. Cyprianus *De idol. van.* dicunt, dæmones *remissis quæ constrinxerant* videri curasse. Lactantius l. II, c. 15: *Prodesse enim eos putant, cum nocere desinunt, qui nihil possunt quam nocere.* Eusebius lib. v. *Præp. evangel.* dæmones hominibus illudere existimat cum multis aliis artibus, tum *curationibus corporum, quæ postquam propria sua dæmonum operatione læserunt, rursus iidem, dum lædere desinunt, morbis solutos relinquunt.* Θεραπείαις τε σωμάτων, ἃ διὰ τῆς οἰκείας αὐτῶν δαιμονικῆς ἐνεργείας ἀφανῶς αὐτοὶ λυμαινόμενοι, πάλιν οἱ αὐτοὶ διὰ τῆς ἐξ αὐτῶν ἀνέσεως ἐλευθέρους τῶν παθῶν ἡφίεσαν. Inter hos omnes scriptores convenit, morbos interdum immitti a dæmonibus, neque ea res Scripturam reverentibus dubia esse possit; sed dum dicunt ea a dæmonibus sanari quæ læserant, id de morbis per inanem speciem immissis et eodem modo sanatis intelligunt. Neque enim morbi, qui languorem afferrent et ea quæ ad sensuum perfunctiones necessaria sunt, immutarent, solo dæmonum discessu, et eorum, quæ constrinxerant, remissione sanari dicerentur. Præterea iidem scriptores, ut infra videbimus ad n. 27, totam rem inanibus visis et somniis magna ex parte perfici declarant. Dubitat Irenæus an magi dæmones a se immissos ejicere possint, nedum morbos, Deo per- D mittente, inflictos sanare. *Nec enim cæcis possunt donare visum, neque surdis auditum, neque omnes dæmones effugare, præter eos qui ab ipsis immittuntur, si tamen et hoc faciunt*, lib. II, c. 31, n. 2.

(11) Ἐξητάκαμεν. Gesnerus mallet ἐξετάσωμεν.

(12) *Διαιρεῖ.* Idem Gesnerus addi posse non incommode existimat τὸ Θεῖον, sed satis est illud subintelligere. In codice Suffridi post verbum διαιρεῖ addebatur οὐσίας τὰς λογικάς. Libentius assentior Gesnero verbum διαιροῦντες satis incommode ibidem occurrere, ac multo nitidiorem fore orationem, si expungeretur.

(13) *Τὰς φαύλας.* Uterque Regius τὰς φαύλους. Duo Romani τοὺς φαύλους. Frustra Suffridus legendum putat τὰς κακάς, ut similia similibus respondeant.

(14) *Τὸν οὐρανοῦ.* Unus ex Anglic. τοῦ οὐρανοῦ, quod Gesnero magis placet.

Digitized by Google

tem qui cætera quidem assensum cohibet, idem tamen in Deum ingenitum, et in facta **301** ab ingenito ad ornatum cœli tum errantia tum fixa sidera, et in dæmones dividit. De dæmonibus autem dicere recusans, eos audiri jubet qui de iis dixerunt. *De cæteris*, inquit, *dæmonibus dicere, eorumque generationem pernoscere vires nostras superat. Credendum autem his, qui priores dixerunt, deorum, ut ipsi narravèrunt, posteris, qui majores suos probe noverant. Fides ergò deorum filiis derogari non potest, etiamsi sine probabilibus et necessariis demonstrationibus dicant; sed ut res domesticas narrare se profitentibus, ita ut lex jubet, credendum. Sic igitur, ut illis placet, de deorum generatione teneamus et dicamus. Ex Terra et Cœlo filii geniti sunt Oceanus et Tethys; ex istis Phorcys et Saturnus et Rhea, omnesque cum eis; e Saturno autem et Rhea Jupiter et Juno et quoscunque horum fratres dici novimus aliosque præterea ex istis genitos.* Num igitur qui æternam mentem et Deum, qui ratione cognoscitur, contemplatus fuerat, et quæ ei congruunt explicuerat, nempe id quod vere est, quod uniusmodi est, bonum ab eo emanans, id est veritatem : item de prima potestate, et quemadmodum *circa omnium Regem sint omnia, ejusque causa omnia et ipse omnium causa:* et quemadmodum circa duo et tria, *secundum circa secunda, tertium circa tertia;* num is, inquam, de iis qui ex rebus sub sensum cadentibus, cœlo et terra, geniti feruntur, verum perdiscere majus esse viribus suis existimavit? An potius id prorsus dici non potest; sed quia fieri non posse intelligebat, ut gignant et gignantur dii, quippe cum genita finis consequatur, illud autem adhuc difficilius esse, ut vulgus, quod fabulas inconsiderate ascivit, dedoceatur; propterea majus viribus suis esse dixit, de cæterorum dæmonum generatione pernoscere ac disserere, cum deos generari nec cogitare posset nec dicere? Quod autem ab eo dictum est, *Rex magnus in cœlo Jupiter volucrem currum agens, primus graditur exornans omnia et gubernans : hunc autem sequitur exercitus deorum et dæmonum;* id de illo non dictum est Jove, qui ex Saturno ortus dicitur. Hoc enim Jovis nomine universorum Opifex designatur; idque demonstrat ipse Plato, qui cum eum alio nomine appellare non haberet, populari, non ut

A νητας καὶ τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας, καὶ εἰς δαίμονας τέμνει. Περὶ ὧν δαιμόνων αὐτὸς ἀπαξιῶν λέγειν, τοῖς περὶ αὐτῶν εἰρηκόσιν προσέχειν ἀξιοῖ. *Περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν, καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς. Πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐγγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς γέ που* (15) *τοὺς ἑαυτῶν προγόνους εἰδόσιν* (16). *Ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, κἄνπερ ἄνευ εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγωσιν* (17)· *ἀλλὰ, ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. Οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους καὶ ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ αὐτῶν τῶν θεῶν* (18) *ἐχέτω καὶ λεγέσθω. Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγεννήθησαν* (19)· *τούτων δὲ, Φόρκυς* (20), *Κρόνος τε καὶ*
παραμυθεῖσθαι· (Ἐπίκουρος δὲ καὶ αὐτὸς σὺν τῷ ἀθεότητσ διδάσκειν συμβουλεύει καὶ μητράσι καὶ ἀδελφαῖς συμμίγνυσθαι (24),) καὶ πέρα (25) τῶν νόμων τοῦτο κωλυόντων· ὁ γὰρ Σολομῶν (26) καὶ περὶ τούτου σαφῶς ἐνομοθέτησεν, ὅπως ἐκ τοῦ γήμαντος οἱ παῖδες νομίμως γίνωνται, πρὸς τὸ μὴ ἐκ μοιχείας τοὺς γεννωμένους εἶναι, ἵνα μὴ τὸν οὐκ ὄντα πατέρα τιμήσῃ τις ὡς πατέρα, ἢ τὸν ὄντως πατέρα ἀτιμάσῃ τις, ἀγνοῶν ὡς μὴ πατέρα· ὁπόσα τε οἱ λοιποὶ νόμοι κωλύουσι Ῥωμαίων τε καὶ Ἑλλήνων τὰ τοιαῦτα πράσσεσθαι. Πρὸς τί οὖν Ἐπίκουρος καὶ οἱ Στωϊκοὶ δογματίζουσιν ἀδελφοκοιτίας καὶ ἀῤῥενοβασίας ἐπιτελεῖσθαι, ἐξ ὧν διδασκαλιῶν μεστὰς βιβλιοθήκας πεποιήκασιν, εἰς τὸ ἐκ παίδων μανθάνειν τὴν ἄθεσμον κοινωνίαν; Καὶ τί μοι λοιπὸν κατατρίβεσθαι περὶ αὐτῶν, ὅπου γε καὶ περὶ τῶν θεῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων τὰ ὅμοια κατηγγέλκασι;

7. Θεοὺς γὰρ φήσαντες εἶναι, πάλιν εἰς οὐδὲν αὐτοὺς ἠγήσαντο. Οἱ μὲν γὰρ ἐξ ἀτόμων αὐτοὺς ἔφασαν συνεστάναι· οἱ δὲ αὖ χωρεῖν εἰς ἀτόμους, καὶ μηδὲν πλεῖον ἀνθρώπων δύνασθαι τοὺς θεούς φασι. Πλάτων δὲ, θεοὺς εἰπὼν εἶναι, ὑλικοὺς αὐτοὺς βούλεται συνιστᾷν. Πυθαγόρας δὲ, τοσαῦτα μοχθήσας περὶ θεῶν, καὶ τὴν ἄνω κάτω πορείαν ποιησάμενος, ἔσχατον ὁρίζει φύσιν καὶ αὐτοματισμὸν εἶναί φησι τῶν πάντων καὶ θεοὺς (27) ἀνθρώπων μηδὲν φροντίζειν. Ὁπόσα τε Κλειτόμαχος ὁ Ἀκαδημαϊκὸς (28) περὶ ἀθεότητος εἰσηγήσατο. Τί δ' οὐχὶ καὶ Κριτίας, καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης λέγων· *Εἴτε γὰρ εἰσὶ θεοί, οὐ δύναμαι περὶ αὐτῶν λέγειν, οὔτε ὁποῖοί εἰσι δηλῶσαι· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με.* Τὰ γὰρ περὶ Εὐημέρου τοῦ ἀθεωτάτου περισσὸν ἡμῖν καὶ λέγειν. Πολλὰ γὰρ περὶ θεῶν τολμήσας φθέγξασθαι, ἔσχατον καὶ τὸ ἐξόλου μὴ εἶναι θεοὺς, ἀλλὰ τὰ πάντα αὐτοματισμῷ διοικεῖσθαι βούλεται. Πλάτων (29) δὲ ὁ τοσαῦτα εἰπὼν περὶ μοναρχίας Θεοῦ, καὶ ψυχῆς ἀνθρώπου, φάσκων ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχὴν, οὐκ αὐ-

mulceri oportebat) quamvis ea res legibus prohiberetur. Nam Solon etiam ea de re legem diserte sancivit, ut ex patre matrimonio conjuncto legitime pueri nascantur, non autem ex adulterio, ne quis in patris loco eum colat qui pater non sit, aut eum qui vere sit ignominia afficiat, patrem esse ignorans. Epicurus autem, præter quam quod Deum non esse docet, auctor est ut cum matribus et sororibus consuetudo stupri habeatur, ac ejusmodi facinora patrentur, quæcunque reliquis legibus Romanorum et Græcorum prohibentur. Cur igitur Epicurus et Stoici incestos cum sororibus et masculis concubitus docent, qua doctrina bibliothecas impleverunt, ut a teneris infanda flagitia ediscerentur? Sed quid attinet pluribus circa eos immorari, cum de iis etiam quos appellant diis similia prædicaverint?

7. *Inconstans de diis doctrina.* — Postquam enim deos esse dixerunt, rursus eos ad nihilum redigunt. Alii enim ex atomis eos constare dixerunt; alii in atomos abire, nec quidquam amplius quam homines posse. Plato autem postquam deos esse dixit, eosdem ex materia constituere non dubitat. Pythagoras autem, qui tot ac tanta de diis laboravit, ac sursum deorsum peregrinatus est, postremo natura et fortuito concursu omnia contineri, nec ullam hominum procurationem deos gerere definit. Mitto etiam quot et quanta Clitomachus Academicus excogitarit, ut nullos esse deos probaret. Quid nonne etiam Critias? Nonne Protagoras cujus est illud: *Neque utrum sint dii possum dicere, nec quales sint demonstrare; multa enim sunt quæ me deterreant.* Quæ autem ab Euhemero summæ impietatis homine dicta sunt, ea ne commemorare quidem operæ pretium videtur. Is enim postquam multa de diis disserere ausus est, postremo nullos omnino esse, ac fortuito omnia gubernari con-

(24) *Ἐπίκουρος ... συμμίγνυσθαι.* Hæc uncis inclusi, quia in locum non suum obrepserunt; eorum paterna sedes assignari debet post hæc verba ὡς μὴ πατέρα. Sic enim, ut ex nostra interpretatione animadverti potest, et Platonis de matrimonio leges cum Solonis legibus apte comparabuntur, et incesti cum matribus et sororibus concubitus, qui Epicuro placebant, decenter conjungentur cum aliis facinoribus, quæ ab hoc philosopho laudari testatur Theophilus. Sed summa erit perturbatio, si quod dicitur de Platonis et Solonis legibus, id impia et absurda Epicuri præcepta interrumpant; neque explicari poterit, quo referenda sint hæc verba, ὁπόσα τε οἱ λοιποί.

(25) *Καὶ πέρα.* Duo codices mss. καὶ περί. Editio Hamburg. καίπερ, unde Wolfius ut hanc lectionem tueatur, etiam articulum post νόμων delendum esse existimat.

(26) *Σολομῶν.* Grabius et Fabricius legunt Σόλων, eorumque conjecturam hoc rationis momento defendit Wolfius, quod inutilis sit omnino Solomonis auctoritas, ut probetur Epicurum contra leges Græcorum et Romanorum venisse.

(27) *Φησὶ τῶν πάντων καὶ θεούς.* Sic ope Regii codicis emendavit Wolfius quod prave in editis legebatur φησί τε τῶν πάντων θεούς. Libenter etiam expungerem illud φησί. Neque enim hæc verba ὁρίζει φύσιν idem valent ac, *Deum esse naturam autumat.* Duo hic maximi errores tribuuntur Pythagoræ; primo quidem *omnia natura et fortuito impetu constare:* deinde nullam esse providentiam. Hoc Theophili de Pythagora judicium nonnullis displicuit, in primis Reinesio *Var. lect.* lib. III, p. 434. Habet tamen Theophilus non contemnendos ascriptores. *Hoc mundi corpus,* inquit Tertullianus *Apol.* VI, *sive innatum et infectum secundum Pythagoram; sive natum et factum secundum Platonem.* Pythagoram Theodoretus adjungit aliis providentiæ obtrectatoribus. Οὐ μόνον δὲ, inquit lib. VI, *adv. Græcos,* p. 562, οἱ ἀμφὶ τὸν Δημόκριτον καὶ Χρύσιππον καὶ Ἐπίκουρον πάντα κατὰ ἀνάγκην ἔφασαν γίγνεσθαι, ἀνάγκην καλοῦντες τὴν εἱμαρμένην, ἀλλὰ καὶ Πυθαγόρας ὁ πολυθρύλλητος ἀνάγκην εἶπε πτρικεῖσθαι τῷ κόσμῳ. *Non solum autem Democritus et Chrysippus et Epicurus omnia fieri necessitate dixerunt, necessitatem appellantes fatum; sed celeberrimus quoque Pythagoras necessitatem mundo incubare dixit.*

(28) *Ἀκαδημαϊκός.* Ita codex uterque ms. et Hamb. Aliæ editiones Ἀκαδημικός. Illud ὁπόσα τε cum interrogationis nota legit cl. Wolfius. Sed referendum potius videtur, ad superiora: Τί μοι λοιπὸν κατατρίβεσθαι περὶ αὐτῶν; *Mitto,* vel, *Quid memorem quot et quanta Clitomachus,* etc.

(29) *Πλάτων.* Ita Oxon. Hamburg. pro eo quod mendose legebatur in omnibus editis et mss. πάντων.

Digitized by Google

tendit. Plato autem, qui tam multa de monarchia Dei disputavit, ac de anima humana, immortalem eam esse statuens, nonne postea secum ipse pugnare deprehenditur, dum quorumdam animas in alios homines migrare dicit, quorumdam autem in animalia rationis expertia **385** concedere? Annon horrenda et nefanda ejus sententia viris prudentibus videbitur, ut qui olim homo fuerit, is rursus lupus aut canis fiat, aut asinus aut aliud quidpiam animal rationis expers? Huic consona præterquamquod etiam providentiam sustulit. Utris igitur credemus? Philemoni Comico dicenti,

Præclara namque numinis cultoribus
Spes ad salutem suppetit;

an iis, quos diximus, Euhemero, Epicuro et Pythagoræ, cæterisque Deum colendum esse negantibus, ac providentiam tollentibus? Ac de Deo quidem et providentia sic locutus est Aristo:

Confide, dignis nam omnibus solet Deus
Opem tulisse; maximeque talibus.
Ni sit statutum præmium viventibus
Præscribit ut fas: esse quid prodest pium?
Sed rem esse sic fac; sæpe sed vidi tamen
Illos pie ævum qui volunt traducere,
Uti haud secundis rebus; et qui aliud nihil
Præter lucellum ipsisque solis utile
Curant, honore fulgidos quam nos magis
Esse hoc in ævo. Longius sed cernere

Et præstolari finem oportet omnium.
Non enim, ut inhæret pluribus sententia,
Nefanda prorsus, sæculoque inutilis,
Injussa quædam motio est; et omnia
Reguntur ut sors ferl. Habere enim volunt
Morum suorum hæc improbi munimina.
Pietatis autem et præmium est cultoribus:
Est et scelestis, ut decet, punitio;
Nil quippe nil fit absque providentia.

Et quæcunque alii et prope modum plerique de Deo et providentia dixere, ea quam parum inter se consona dixerint in promptu est. Alii enim Deum omnino et providentiam sustulerunt, alii Deum esse statuerunt, et providentia gubernari omnia confessi sunt. Prudenti igitur auditori et lectori diligenter considerandum est quid a quoque dicatur, quemadmodum ait Simylus:

(30) *Πυθαγόρᾳ.* Wolfius et Fabricius legendum censent Πρωταγόρᾳ, eisque prorsus assentior. Neque enim Pythagoram Theophilus conjungere potuit cum Euhemero et Epicuro et aliis nullum esse Deum pronuntiantibus. Hoc uno crimine Pythagoram premit, quod sustulerit providentiam.

(31) *Πᾶσι τοῖσιν ἀξίοις.* Habent editiones nostræ τοῖς ἀξίοις, sed ita emendavit Grotius in *Excerpt. tragœd. et comic.*, pag. 1004, ubi hos versus Aristophonti Comico tribuendos opinatur. Fellus et Wolfius scripsere πᾶσι γὰρ τοῖς ἀξίοις.

(32) *Εἴη γὰρ οὕτως.* Hic loqui incipit alia persona, quæ providentiæ adversatur, et prosperam improborum fortunam providentiæ defensoribus objicit.

(33) *Καὶ τὸ κατ' αὐτούς.* Conjunctio, quæ deest in codicibus mss. et editis, metri causa addita est a Fello et Wolfio. Deest etiam τό in editis. Grotius ita legit:

Πράττοντας ἀτόπως· τοὺς δὲ μηδὲν ἕτερον ἂν
Σκοποῦντας ἢ τὸ λυσιτελὲς αὐτοῖς μόνον.

Sed non videtur necesse verbum illud σκοποῦντας aut aliud simile addere, sed tantum supplere ἑλομένους, quod paulo ante præcedit.

A τὸς ὕστερον εὑρίσκεται ἐναντία ἑαυτῷ λέγων, τὰς μὲν ψυχὰς μετέρχεσθαι εἰς ἑτέρους ἀνθρώπους, ἐνίων δὲ καὶ εἰς ἄλογα ζῶα χωρεῖν; Πῶς οὐ δεινὸν καὶ ἀθέμιτον δόγμα αὐτοῦ τοῖσγε νοῦν ἔχουσι φανήσεται, ἵνα ὅ ποτε ἄνθρωπος πάλιν ἔσται λύκος, ἢ κύων, ἢ ὄνος, ἢ ἄλλο τι ἄλογον κτῆνος; Τούτῳ ἀκόλουθα καὶ Πυθαγόρας εὑρίσκεται φλυαρῶν, πρὸς τῷ καὶ πρόνοιαν ἐκκόπτειν. Τίνι οὖν αὐτῶν πιστεύσωμεν; Φιλήμονι τῷ Κωμικῷ λέγοντι·

Pythagoras quoque nugatus esse deprehenditur, igitur credemus? Philemoni Comico dicenti,

Οἱ γὰρ θεὸν σέβοντες ἐλπίδας καλὰς
Ἔχουσιν εἰς σωτηρίαν·

ἢ οἷς προειρήκαμεν Εὐημέρῳ καὶ Ἐπικούρῳ καὶ Πυθαγόρᾳ (30), καὶ τοῖς λοιποῖς ἀρνουμένοις εἶναι B θεοσέβειαν, καὶ πρόνοιαν ἀναιροῦσιν; Περὶ μὲν οὖν Θεοῦ καὶ προνοίας Ἀρίστων ἔφη·

Θάρσει, βοηθεῖν πᾶσι τοῖσιν ἀξίοις (31)
Εἴωθεν ὁ Θεός· τοῖς δὲ τοιούτοις σφόδρα.
Εἰ μὴ παρέσται προεδρία τις κειμένη
Τοῖς ζῶσιν ὡς δεῖ, τί πλέον ἐστὶν εὐσεβεῖν;
Εἴη γὰρ οὕτως (32)· *ἀλλὰ καὶ λίαν ὁρῶ*
Τοὺς εὐσεβῶς μὲν ἑλομένους διεξάγειν
Πράττοντας ἀτόπως· τοὺς δὲ μηδὲν ἕτερον ἢ
Τὸ λυσιτελὲς καὶ τὸ καθ' αὑτοὺς (33) *μόνον,*
Ἐντιμοτέραν ἔχοντας ἡμῶν διάθεσιν
Ἐπὶ τοῦ παρόντος. Ἀλλὰ δεῖ (34) *πόρρω βλέ-*
[πειν,
Καὶ τὴν ἁπάντων ἀναμένειν καταστροφήν.
Οὐχ ὅν τρόπον γὰρ παρ' ἐνίοις ἰσχνή τις
Δόξα κακοήθης, τῷ βίῳ τ' ἀνωφελής,
Φορά τις (35) *ἔστ' αὐτόματος, ἣ βραβεύεται*
Ὡς ἔτυχε πάντα. Ταῦτα γὰρ κρίνουσ' ἔχειν
Ἐφόδια πρὸς τὸν ἴδιον οἱ φαῦλοι τρόπον.
C *Ἔστι δὲ καὶ τοῖς* (36) *ζῶσιν ὁσίως προεδρία,*
Καὶ τοῖς πονηροῖς, ὡς προσῆκ', ἐπιτιμία.
Χωρὶς προνοίας γίνεται γὰρ οὐδὲ ἕν (37).

Ὁπόσα τε καὶ ἄλλοι, καὶ σχεδόν γε (38) οἱ πλείους εἶπον περὶ Θεοῦ, καὶ προνοίας, ὁρᾷν ἐστι πῶς (39) ἀνακόλουθα ἀλλήλοις ἔφασαν. Οἱ μὲν γὰρ τὸ ἐξ ὅλου Θεὸν καὶ πρόνοιαν εἶναι ἀνεῖλον· οἱ δ' αὖ συνέστησαν Θεὸν, καὶ πάντα προνοίᾳ διοικεῖσθαι ὡμολόγησαν. Τὸν οὖν συνετὸν ἀκροατὴν καὶ ἀναγινώσκοντα προσέχειν ἀκριβῶς τοῖς λεγομένοις δεῖ (40)· καθὼς καὶ ὁ Σίμυλος ἔφη·

(34) *Ἀλλὰ δεῖ.* Hic providentiæ defensor responsionem incipit.

(35) *Ἀνωφελὴς, φορά τις*, etc. Sic ex codicibus mss. emendatum quod erat in editionibus Parisiensibus: Τῷ βιῶσαι ὡς ἔτυχε· ταῦτα πάντα κρίνουσιν D ἔχειν. Tigurina editio habebat τῷ βίῳ τε pro τῷ βιῶσαι. Grotius pro hac voce ἀνωφελὴς reposuerat προσγίνεται quia notus illi non erat versus φορά τις ex codicibus mss. depromptus in editionibus Oxon. et Hamb. Versum ὡς ἔτυχε, etc., scripsi, ut apud Grotium. Necesse est enim referre πάντα ad βραβεύεται. Editi habent ταῦτα γὰρ πάντα κρίνουσιν ἔχειν.

(36) *Ἔστι δὲ καὶ τοῖς.* Grotius habet ἀλλ' ἔστι καὶ τοῖς. Cl. Wolfius legendum proponit ἔστι δὲ καὶ τοῖς.

(37) *Οὐδὲ ἕν.* Ita cod. Reg., Grotius et Wolfius. Aliæ editiones οὐδέν.

(38) *Σχεδόν γε.* Deest vocula in Regio codice.

(39) *Ὁρᾷν ἐστι πῶς.* Reg. cod. ὁρᾷς πῶς.

(40) *Δεῖ.* Hanc vocem editioni Hamburgensi atque huic nostræ Regius codex suppeditavit, qui habet etiam καθὰ καὶ ὁ Σίμυλος.

Digitized by Google

Κοινῶς ποιητὰς ἔθος ἐστὶ καλεῖν
Καὶ τοὺς περιττοὺς (41) *τῇ φύσει, καὶ τοὺς κα-*
[λούς.

Ἔδει δὲ κρίνειν.

Καθάπερ καὶ ὁ Φιλήμων (42)·

Χαλεπὸν ἀκροατὴς ἀσύνετος καθήμενος·
Ὑπὸ γὰρ ἀνοίας οὐχ ἑαυτὸν μέμφεται.

Χρὴ οὖν προσέχειν καὶ νοεῖν τὰ λεγόμενα, κριτικῶς ἐξετάζοντα τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων καὶ τῶν λοιπῶν ποιητῶν εἰρημένα.

8. Ἀρνούμενοι γὰρ θεοὺς εἶναι, πάλιν ὁμολογοῦσιν αὐτοὶ, καὶ τούτους πράξεις ἀθέσμους ἐπιτελεῖν ἔφασαν. Καὶ πρώτου (43) γε τοῦ Διὸς οἱ ποιηταὶ εὐφωνότερον ᾄδουσι τὰς χαλεπὰς πράξεις. Χρύσιππος δὲ ὁ πολλὰ φλυαρήσας, πῶς οὐχὶ εὑρίσκεται σημαίνων τὴν Ἥραν στόματι μιαρῷ συγγίνεσθαι τῷ Διί; Τί γάρ μοι καταλέγειν τὰς ἀσελγείας τῆς μητρὸς θεῶν λεγομένης; ἢ Διὸς τοῦ Λατιαρίου διψῶντος αἵματος ἀνθρωπείου; ἢ Ἄττου τοῦ (44) ἀποκοπτομένου· ἢ ὅτι ὁ Ζεὺς ὁ καλούμενος τραγῳδὸς, κατακλύσας τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα, ὥς φασι, νῦν παρὰ Ῥωμαίοις θεὸς τιμᾶται; Σιγῶ τὰ Ἀντινόου τεμένη καὶ τὰ τῶν λοιπῶν κεκλουμένων θεῶν. Καὶ γὰρ ἱστορούμενα τοῖς συνετοῖς καταγέλωτα (45) φέρει. Ἤτοι οὖν περὶ ἀθεότητος αὐτοὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων δογμάτων ἐλέγχονται οἱ τὰ τοιαῦτα φιλοσοφήσαντες, ἢ καὶ περὶ πολυμιξίας καὶ ἀθέσμου κοινωνίας. Ἔτι μὴν καὶ ἀνθρωποβορία παρ' αὐτοῖς εὑρίσκεται, δι' ὧν συνέγραψαν γραφῶν, καὶ πρώτους γε οὓς τετιμήκασι θεοὺς, ταῦτα πεπραχότας (46) ἀναγράφουσιν.

9. Ἡμεῖς δὲ καὶ Θεὸν ὁμολογοῦμεν, ἀλλ' ἕνα, τὸν κτίστην καὶ ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς (47), καὶ προνοίᾳ τὰ πάντα διοικεῖσθαι ἐπιστάμεθα, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ μόνου· καὶ νόμον ἅγιον μεμαθήκαμεν· ἀλλὰ νομοθέτην ἔχομεν τὸν ὄντως Θεὸν, ὃς διδάσκει (48) ἡμᾶς δικαιοπραγεῖν, καὶ εὐσεβεῖν, καὶ καλοποιεῖν. Καὶ περὶ μὲν εὐσεβείας λέγει· *Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, ἢ* (49) *ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, ἢ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς· οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς. Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου.* Περὶ δὲ τοῦ καλοποιεῖν ἔφη· *Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ*

A *Mos est poetas nomine æquo dicere,*
Natura inepti sive sint, sive optimi.

At judicare oportet.

386 Quemadmodum et Philemon :

Res est molesta, ineptus auditor sedens :
Haud namque culpat seipsum præ vecordia.

Attendere igitur oportet et considerare quid dicatur, judicio expendentem quæ a philosophis et poetis dicta sunt.

8. *Scelera diis attributa a scriptoribus ethnicis.*— Nam qui negant deos esse, rursus confitentur, ac infanda facinora ab his patrari dixerunt. Ac Jovis quidem inprimis nefarie facta pleniori ore poetæ prædicant. Chrysippus autem qui multa nugatus est, an non significare invenitur Junonem ore impuro cum Jove esse congressam? Quid enim matris illius, quæ dicitur, deorum, aut Jovis Latiaris sanguinem humanum sitientis, aut Attidis castrati lascivias recenseam? aut Jovem illum cognomine Tragœdum, qui suam ipsius, ut perhibent, manum inundavit, ac nunc deus apud Romanos colitur? Taceo templa Antinoi et cæterorum, quos vocant, deorum. Risum enim, dum narrantur, cordatis viris excutiunt. Vel impietatis igitur ex suis ipsorum opinionibus arguuntur qui talia philosophati sunt vel etiam promiscui ac nefandi concubitus. Quin etiam hominum vorandorum inhumanitas apud eos deprehenditur ex iis quæ scripta reliquerunt; et quos colunt deos, principes eos scribunt fuisse horum facinorum edendorum.

9. *Christianorum doctrina de Deo, et de decem ejus præceptis.* — Nos autem et Deum confitemur, sed unum, conditorem et creatorem et opificem hujus universi; et providentia gubernari omnia scimus, sed ab eo solo; et legem sanctam didicimus, sed legislatorem habemus verum Deum, a quo et justitiam colere et pietatem et bona opera facere edocemur. Ac de pietate quidem sic præcepit : *Non erunt tibi dii alieni præter me. Non facies tibi ipsi idolum, nec cujusquam similitudinem quæcunque in cœlis desuper, aut quæcunque in terra deorsum, aut quæcunque in aquis sunt subter terram. Non adorabis ea neque coles illa; ego enim sum Dominus Deus tuus*[37]. De bonis autem operibus sic

[37] Exod. xx, 3, 4, 5.

(41) *Περιττούς*. Cl. Wolfius contendit hanc vocem idem valere ac *eximium*, ac proinde in eodem versu legendum καὶ τοὺς κακούς. *Vox enim περιττούς*, inquit, *Atticis non superfluum, sed eximium, excellens, egregium denotat, id quod Conr. Rittershusius ad Oppiani Halieut.* 12, pag. 281, *ita probatum dedit, ut dubitandi non relinquatur locus.*

(42) *Καθάπερ καὶ ὁ Φιλήμων*. Ita Regius codex, aptius multo quam editiones Parisienses et in marg. Tigurina καθάπερ ἐξόν τινι. Ducæus et Tigur. καθάπερ ἐξ οὗ τινι. Oxon. et Hamburg., καθάπερ ἢ ἐξ οὗ τινι. Probat Cl. Wolfius scripturam Regii codicis. Paulo post delendum λοιπῶν vel ποιητῶν.

(43) *Καὶ πρώτου*. Existimat eruditus Wolfius hoc loco vertendum esse, Jovis deorum principis. Sed cum paulo post legamus καὶ πρώτους γε οὓς τετιμήκασι θεούς, et supra καὶ πρώτους γε τοὺς θεούς, eamdem vocem his in locis eodem modo interpretandam crediderim. Supra leg. ὁμολογοῦσιν αὐτούς.

(44) *Ἄττου τοῦ*. Ita cod. Reg. et editio Hamburgensis. Aliæ Ἄττιν.

(45) *Καταγέλωτα*. Uterque codex κατὰ γέλωτα.

(46) *Πεπραχότας*. Cod. Reg. πεπραγότας.

(47) *Τοῦ παντός*. Editi addunt κόσμου, quod multo aptius deest in Regio codice.

(48) *Διδάσκει*. Cod. Reg. καὶ διδάσκει et mox καὶ δικαιοπραγεῖν. Mox idem οὐκ ἔσονται θεοὶ ἕτεροι.

(49) *Ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω ἢ*. Ita uterque codex ms. et editio Tigurina. Aliæ τῷ ἄνω. Quin etiam hæc omnino desunt in editionibus Parisiensibus anni 1615 et 1636. Infra Reg. codex δίκαιά σοι Κύριος ὁ Θεός σου.

Digitized by Google

ait : *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene tibi sit, et ut longævus sis super terram quam ego do tibi Dominus Deus* [38]. Atque etiam de justitia : *Non mœchaberis. Non occides. Non furaberis. Non falso testaberis contra proximum tuum testimonium falsum. Non concupisces uxorem proximi tui. Non concupisces domum ejus, nec agrum nec servum ejus, nec ancillam ejus, nec bovem ejus, nec subjugale, neque ullum pecus ejus, neque quæcunque sunt proximi tui. Non pervertes judicium pauperis in judicio ejus. Ab omni verbo injusto recedes. Innocentem et justum non occides, nec justificabis impium, et munera non accipies ; munera enim excæcant oculos videntium et pervertunt verba justa* [39]. Hujus **387** divinæ legis minister fuit Moyses famulus Dei, toti quidem mundo, præcipue vero Hebræis qui et Judæi dicti sunt; quos antiquitus rex Ægypti in servitutem redegit, cum essent semen justum hominum piorum et sanctorum, Abraham, Isaac, et Jacob. Horum recordatus Deus, factisque miraculis et stupendis per Moysen prodigiis liberavit eos et ex Ægypto eduxit, ac per eam regionem, quæ deserta dicitur, deductos restituit in terram Chananæam, quæ postea Judæa vocata est, legemque posuit, et hæc eos edocuit. Magnæ igitur et admirabilis ad omnem justitiam legis decem capita, quæ modo retulimus, sic habent.

A σοι γένηται, καὶ ἵνα μακροχρόνιος ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, ἣν ἐγὼ δίδωμί σοι Κύριος ὁ Θεός. Ἔτι περὶ δικαιοσύνης· Οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ. Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου. Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὐδὲ τοῦ βοὸς αὐτοῦ, οὐδὲ τοῦ ὑποζυγίου αὐτοῦ, οὐδὲ παντὸς κτήνους αὐτοῦ, οὔτε ὅσα ἐστὶ τῷ πλησίον σου. Οὐ διαστρέψεις κρῖμα πένητος ἐν κρίσει αὐτοῦ. Ἀπὸ παντὸς ῥήματος ἀδίκου διαποστήσῃ. Ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς· οὐ δικαώσεις τὸν ἀσεβῆ· καὶ δῶρα οὐ λήψῃ· τὰ γὰρ δῶρα ἀποτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς βλεπόντων, καὶ λυμαίνεται ῥήματα δίκαια. Τούτου μὲν οὖν τοῦ θείου νόμου διάκονος γεγένηται Μωϋσῆς, ὁ καὶ θεράπων τοῦ Θεοῦ, παντὶ μὲν τῷ κόσμῳ, παντελῶς δὲ τοῖς Ἑβραίοις τοῖς καὶ Ἰουδαίοις καλουμένοις, οὓς κατεδούλωσεν (50) ἀρχῆθεν βασιλεὺς Αἰγύπτου, τυγχάνοντας σπέρμα δίκαιον ἀνδρῶν θεοσεβῶν, καὶ ὁσίων, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ. Ὁ Θεὸς (51) μνησθεὶς καὶ ποιήσας θαυμάσια καὶ τέρατα διὰ Μωϋσέως παράδοξα, ἐῤῥύσατο αὐτοὺς, καὶ ἐξήγαγεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου, ἀγαγὼν αὐτοὺς διὰ τῆς ἐρήμου καλουμένης· οὓς καὶ ἀποκατέστησεν εἰς τὴν Χαναναίαν γῆν, μετέπειτα Ἰουδαίαν ἐπικληθεῖσαν, καὶ νόμον (52) παρέθετο, καὶ ἐδίδαξεν αὐτοὺς ταῦτα. Τοῦ μὲν οὖν νόμου μεγάλου καὶ θαυμασίου πρὸς πᾶσαν δικαιοσύνην ὑπάρχοντος δέκα κεφάλαια ἃ προειρήκαμεν τοιαῦτά ἐστιν.

B

10. *Præceptum de humanitate in advenas.* — Quoniam igitur inquilini in Ægypto fuerant, qui genere Hebræi erant ex Chaldæa (orta enim his temporibus fame, necesse habuerunt in Ægyptum transmigrare frumenti causa, quod illic vendebatur, ubi et diu commorati sunt. Hæc autem eis eveniebant secundum Dei prædictionem) cum, inquam, inquilini in Ægypto annis quadringentis et triginta fuissent, cumque illos Moyses in desertum perducturus esset ; sic eos Deus per legem edocuit : *Peregrinum non affligetis : vos enim nostis animam peregrini : ipsi enim peregrini in terra Ægypti fuistis* [40].

C

10. Ἐπειδὴ οὖν προσήλυτοι ἐγενήθησαν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ὄντες τὸ γένος Ἑβραῖοι (53) ἀπὸ γῆς τῆς Χαλδαϊκῆς (κατ' ἐκεῖνο (54) καιροῦ λιμοῦ γενομένης ἀνάγκην ἔσχον μετελθεῖν εἰς Αἴγυπτον σιτίων ἐκεῖ πιπρασκομένων, ἔνθα καὶ χρόνῳ παρώκησαν· ταῦτα δὲ αὐτοῖς συνέβη κατὰ προαναφώνησιν Θεοῦ)· παροικήσαντες οὖν ἐν Αἰγύπτῳ ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ τριάκοντα, ἐν τῷ τὸν Μωϋσῆν μέλλειν ἐξάγειν αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον, ὁ Θεὸς ἐδίδαξεν αὐτοὺς διὰ τοῦ νόμου λέγων· *Προσήλυτον οὐ θλίψετε· ὑμεῖς γὰρ οἴδατε τὴν ψυχὴν τοῦ προσηλύτου· αὐτοὶ γὰρ προσήλυτοι ἦτε ἐν τῇ γῇ Αἰγύπτῳ.*

11. *De pœnitentia.* — Cum autem legem eis a Deo datam populus transgrederetur, benignus et misericors Deus nolens eos e medio tollere, ad legem, quam eis dederat, illud etiam adjecit, ut prophetas eis deinceps ex fratribus suis mitteret, qui docerent et in memoriam redigerent instituta legis, atque ad pœnitentiam eos converterent, quo amplius

D

11. Τὸν μὲν οὖν νόμον τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένον αὐτοῖς ἐν τῷ παραβῆναι τὸν λαὸν, ἀγαθὸς ὢν καὶ οἰκτίρμων ὁ Θεὸς, μὴ βουλόμενος διαφθεῖραι αὐτοὺς πρὸς τὸ δεδωκέναι (55) τὸν νόμον, ὕστερον δὲ καὶ (56) προφήτας ἐξέπεμψεν αὐτοῖς ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, πρὸς τὸ διδάσκειν καὶ ἀναμιμνήσκειν τὰ τοῦ νόμου αὐτοὺς, καὶ ἐπιστρέφειν εἰς μετάνοιαν, τοῦ μηκέτι

[38] Ibid., 12. [39] Ibid., 13, 17 et Deut. xx, 19. [40] Exod. xxiii, 9.

(50) *Κατεδούλωσεν.* Uterque ms. κατεδουλώσατε pro κατεδουλώσατο.

(51) *Ὁ Θεός.* Legendum ὧν ὁ Θεός.

(52) *Καὶ νόμον.* Oxoniensis editio κατὰ νόμον. Eodem errato laborant editiones Parisienses anni 1615 et 1636.

(53) *Ἑβραῖοι.* Sic uterque ms. et editio Hamb. Aliæ Ἑβραίων.

(54) *Κατ' ἐκεῖνο.* Lucem affert parenthesis, sed præterea legendum κατ' ἐκεῖνο γὰρ καιροῦ. Ibidem Regius codex λιμοῦ γενομένου.

(55) *Πρὸς τὸ δεδωκέναι.* Liquet legendum esse πρὸς τῷ, atque ita legitur in Hamburgensi editione, sed sine auctoritate codicis ms.

(56) *Ὕστερον δὲ καί.* Deest utraque vocula in cod. Reg., nec idcirco tamen delenda, ut in edit. Hamb. hæc vocula δέ, quam sæpe alias in ejusmodi locis adhiberi observavimus.

Digitized by Google

ἁμαρτάνειν. Εἰ δὲ ἐπιμένοιεν ἐν ταῖς φαύλαις (57) πράξεσι, προανεφώνησεν (58) ὑποχειρίους αὐτοὺς παραδοθῆναι πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς· καὶ ὅτι ταῦτα αὐτοῖς ἤδη ἀπέβη, φανερὸν μέν ἐστι. Περὶ μὲν οὖν τῆς μετανοίας Ἡσαΐας ὁ προφήτης κοινῶς μὲν πρὸς πάντας, διαῤῥήδην δὲ πρὸς τὸν λαὸν λέγει· *Ζητήσατε τὸν Κύριον, καὶ ἐν τῷ εὑρίσκειν αὐτὸν ἐπικαλέσασθε· ἡνίκα δ' ἂν ἐγγίζῃ ὑμῖν, ἀπολιπέτω ὁ ἀσεβὴς τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ ἀνὴρ ἄνομος τὰς βουλὰς αὐτοῦ, καὶ ἐπιστραφήτω ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ, καὶ ἐλεηθήσεται, ὅτι ἐπιπολὺ ἀφήσει τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν.* Καὶ ἕτερος προφήτης Ἐζεκιήλ φησιν· *Ἐὰν ἀποστραφῇ ὁ ἄνομος ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν ὧν ἐποίησε, καὶ φυλάξῃ τὰς ἐντολάς μου, καὶ ποιήσῃ τὰ δικαιώματά μου, ζῶν ζήσεται* (59), *καὶ οὐ μὴ ἀποθάνῃ, πᾶσαι αἱ ἀδικίαι αὐτοῦ ἃς ἐποίησεν οὐ μὴ μνησθῶσιν, ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ ᾗ ἐποίησε ζήσεται, ὅτι οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἀνόμου, λέγει Κύριος, ἀλλ' ἐπιστρέψαι* (60) *ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῇν αὐτόν.* Πάλιν ὁ Ἡσαΐας· *Ἐπιστράφητε οἱ τὴν βαθεῖαν βουλὴν βουλευόμενοι καὶ ἄνομον, ἵνα σωθήσεσθε.* Καὶ ἕτερος, Ἱερεμίας· *Ἐπιστράψητε ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν, ὡς ὁ τρυγῶν ἐπὶ τὸν κάρτελλον αὐτοῦ, καὶ ἐλεηθήσεσθε.* Πολλὰ μὲν οὖν, μᾶλλον δὲ ἀναρίθμητά ἐστι τὰ ἐν ταῖς ἁγίαις Γραφαῖς εἰρημένα περὶ μετανοίας, ἀεὶ τοῦ Θεοῦ βουλομένου ἐπιστρέφειν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν.

non peccarent. Sin autem in pravis actionibus permanerent, prænuntiavit fore ut captivi traderentur omnibus regnis terræ; quæ quidem jam eis evenisse in promptu est. De pœnitentia igitur Isaias propheta communiter quidem omnes, nominatim vero populum alloquitur: *Quærite Dominum, et in inveniendo eum, invocate, et postquam vobis appropinquaverit, relinquat impius vias suas, et vir iniquus cogitationes suas, et convertatur ad Dominum et misericordiam consequetur; quia multum dimittet peccata vestra* [51]. Et Ezechiel alius propheta ait: *Si iniquus averterit se ab omnibus iniquitatibus quas fecit, et custodierit præcepta mea, et fecerit justificationes meas, vivens vivet et non morietur, et iniquitates ejus quas fecit non memorabuntur, sed justitia, quam fecit, vivet, quia nolo mortem iniqui, dicit Dominus, sed ut avertat se a via sua mala et vivat* [52]. Rursus Isaias: *Convertimini qui profundum consilium initis et iniquum ut salvemini* [53]. Et alius propheta Jeremias: *Convertimini ad Dominum Deum vestrum, quemadmodum vindemians ad cartellum suum et misericordiam consequemini* [54]. **388** Multa quidem vel potius innumerabilia sunt de pœnitentia in Scripturis sanctis dicta, volente semper Deo humanum genus ab omnibus peccatis convertere.

12. Ἔτι μὴν καὶ περὶ δικαιοσύνης, ἧς ὁ νόμος εἴρηκεν, ἀκόλουθα εὑρίσκεται καὶ τὰ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν Εὐαγγελίων ἔχειν, διὰ τὸ τοὺς πάντας πνευματοφόρους ἐνὶ Πνεύματι Θεοῦ λελαληκέναι. Ὁ γοῦν Ἡσαΐας οὕτως ἔφη· *Ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ* (61), *καὶ δικαιώσατε χήραν.* Ἔτι ὁ αὐτὸς, *Διάλυε*, φησὶν, *πάντα σύνδεσμον ἀδικίας· λύε στρεπτάλλιας βιαίων συναλλαγμάτων· ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει· καὶ πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα· διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλλε, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐκ ὑπερόψῃ. Τότε ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου* (62), *καὶ τὰ ἰάματά σου ταχὺ ἀνατελεῖ· καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη σου.* Ὁμοίως καὶ Ἱερεμίας, *Στῆτε*, φησὶν, *ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἴδετε, καὶ ἐπερωτήσατε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡ ἀγαθὴ, καὶ βαδίζετε ἐν αὐτῇ* (63), *καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.*

12. *De justitia.* — Adhuc etiam et de justitia quam lex præcipit, consentaneæ inveniuntur prophetarum et Evangeliorum sententiæ, propterea quod omnes uno Dei afflati Spiritu locuti sunt. Sic igitur Isaias ait: *Auferte mala ex animabus vestris, discite facere bonum, quærite judicium, liberate oppressum, judicate pupillo, et justificate viduam* [55]. Idem: *Dissolve*, inquit, *omnem colligaturam iniquitatis; solve obligationes violentorum contractuum; dimitte fractos in remissionem, et omnem scripturam iniquam conscinde; frange esurienti panem tuum, et pauperes sine tecto induc in domum tuam, si videris nudum, operi; et domesticos seminis tui ne despexeris. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, et sanitates tuæ cito orientur, et præibit ante te justitia tua* [56]. Similiter Jeremias: *State*, inquit, *super vias et videte et interrogate qualis sit via Domini nostri bona, et ambulate in ea, et invenietis requiem animabus vestris. Judicium justum judicate, quia in his est voluntas Domini Dei vestri* [57]. Similia dicit Moyses: *Custodite judicium et appropinquate ad Dominum Deum vestrum, qui firmavit cœlum et cor-*

[51] Isa. LV. 6, 7. [52] Ezech. VIII. 21 et seqq [53] Isa. XXXI, 6 et XLV, 22. [54] Jer. VI, 9. [55] Isa. I, 6, 7. [56] Isa. LVIII, 6. 8. [57] Jer. VI, 16.

(57) *Ἐν ταῖς φαύλαις.* Præpositionem suppeditavit Regius codex. Omissa fuerat in editis ob similem syllabam verbi sequentis.

(58) *Προανεφώνησεν.* Editiones Oxon. et Paris. anni 1615 et 1636, προανεφώνησαν.

(59) *Ζήσεται.* Reg. Ζήσηται.

(60) *Ἀλλ' ἐπιστρέψαι.* Reg. ὡς ἐπιστρέψαι.

(61) *Ὀρφανῷ.* Cod. Reg. ὀρφανά.

(62) *Πρώϊμον τὸ φῶς σου.* Tigur. τὸ φῶς σου πρώϊμον.

(63) *Βαδίζετε ἐν αὐτῇ.* Uterque cod. βαδίζετε τὰ ἐν αὐτῇ.

Digitized by Google

didit terram. Et alius, qui Joel dicitur, his congruentia locutus est : *Congregate populum, sanctificate Ecclesiam, suscipite presbyteros, congregate parvulos sugentes ubera. Egrediatur sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo. Et orate ad Dominum Deum vestrum intente, ut misereatur vestri et deleat peccata vestra* [48]. Similiter alius, qui Zacharias dicitur : *Hæc dicit Dominus omnipotens : Judicium veritatis judicate : et misericordiam et miserationem facite unusquisque ad proximum suum ; et viduam et pupillum et advenam non opprimetis, et malitiam unusquisque non meminerit fratri suo in cordibus vestris, dicit Dominus omnipotens* [49].

A Κρῖμα δίκαιον κρίνετε, ὅτι ἐν τούτοις ἐστὶ τὸ θέλημα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν. Ὡσαύτως καὶ Μωϋσῆς (64) λέγει· Φυλάσσεσθε κρῖμα, καὶ ἐγγίζετε πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν, τὸν στερεώσαντα τὸν οὐρανὸν, καὶ κτίσαντα τὴν γῆν. Καὶ ἕτερος, Ἰωὴλ ἀκόλουθα τούτοις ἔφη· Συναγάγετε λαὸν, ἁγιάσατε Ἐκκλησίαν (65), εἰσδέξασθε πρεσβυτέρους, συναγάγετε νήπια θηλάζοντα μαστούς. Ἐξελθέτω νυμφίος ἐκ τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ, καὶ νύμφη ἐκ τοῦ παστοῦ αὐτῆς, καὶ εὔξασθε πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν ἐκτενῶς, ὅπως ἐλεήσῃ ὑμᾶς, καὶ ἐξαλείψει (66) τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν. Ὁμοίως καὶ ἕτερος, Ζαχαρίας· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Κρῖμα ἀληθείας κρίνετε (67), καὶ ἔλεος καὶ οἰκτιρμὸν ποιεῖτε ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ· καὶ χήραν καὶ ὀρφανὸν, καὶ προσήλυτον μὴ καταδυναστεύσητε, καὶ κακίαν ἕκαστος μὴ μνησικακείτω τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.

13. *De castitate.* — De castitate autem docet nos Scriptura sancta, non solum nihil opere peccare, sed ne cogitatione quidem ; ita ut nec mali quidquam corde concipiamus, nec oculis aspicientes alienam uxorem concupiscamus. Salomon igitur qui rex et propheta exstitit, ait : *Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ annuant justa ; rectas fac semitas pedibus tuis* [50]. Vox autem evangelica intentius de castitate præcipit his verbis : *Quisquis aspicit uxorem alienam ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo : et qui ducit*, inquit, *dimissam a viro, mœchatur, et qui dimittit uxorem, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari* [51]. Ait adhuc Salomon : *Illigabit quis ignem in veste sua, vestimenta autem sua non comburet ? aut ambulabit quis super carbones* **389** *ignis et pedes non comburet ? Sic qui proficiscitur ad mulierem, quæ sub viro est, innocens non erit* [52].

B 13. Καὶ περὶ σεμνότητος οὐ μόνον διδάσκει ἡμᾶς ὁ ἅγιος λόγος τὸ μὴ ἁμαρτάνειν ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ μέχρις ἐννοίας, τὸ μηδὲ τῇ καρδίᾳ ἐννοηθῆναι περί τινος κακοῦ, ἢ θεασάμενον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀλλοτρίαν γυναῖκα ἐπιθυμῆσαι. Σολομὼν μὲν οὖν, ὁ βασιλεὺς καὶ προφήτης γενόμενος, ἔφη· Οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν· τὰ δὲ βλέφαρά σου νευέτω δίκαια· ὀρθὰς ποίει τροχιὰς σοῖς ποσίν. Ἡ δὲ Εὐαγγέλιος φωνὴ ἐπιτατικώτερον διδάσκει περὶ ἁγνείας λέγουσα· Πᾶς ὁ ἰδὼν γυναῖκα ἀλλοτρίαν πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· καὶ ὁ γαμῶν, φησὶν, ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρὸς μοιχεύει· καὶ ὃς ἀπολύει γυναῖκα παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι. Ὅτι ὁ Σολομὼν φησιν· Ἀποδήσει τις πῦρ ἐν ἱματίῳ, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ οὐ κατακαύσει ; Ἢ περιπατήσει τις (68) ἐπ' ἀνθράκων πυρὸς, τοὺς δὲ πόδας οὐ κατακαύσει ; Οὕτως (69) ὁ εἰσπορευόμενος πρὸς γυναῖκα ὕπανδρον οὐκ ἀθωωθήσεται.

C

14. *De amore inimicorum, aliis nonnullis virtutibus.* — Atque ut non eos solum, qui nostri sunt generis benevolentia complectamur, ut quidam existimant, Isaias ait : *Dicite his qui vos oderunt et his qui exsecrantur : Fratres nostri estis, ut nomen Dei glorificetur et videatur in lætitia eorum* [53]. Evangelium autem : *Diligite*, inquit, *inimicos vestros, et precamini pro his qui lædunt vos. Nam si dilexeritis eos qui diligunt vos, qualem mercedem habetis ? Hoc et latrones et publicani faciunt* [54]. Qui autem bene faciunt, eos non gloriari docet, ne studiosi sint hominibus placendi, *Nesciat enim*, inquit, *manus tua sinistra quid faciat manus tua dextra* [55].

14. Καὶ τοῦ μὴ μόνον ἡμᾶς εὐνοεῖν τοῖς ἀλλοφύλοις (70), ὡς οἴονταί τινες, Ἡσαΐας ὁ προφήτης ἔφη· Εἴπατε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς καὶ τοῖς βδελυσσομένοις, « Ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐστε, » ἵνα τὸ ὄνομα Κυρίου δοξασθῇ, καὶ ὀφθῇ ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῶν. Τὸ δὲ Εὐαγγέλιον, Ἀγαπᾶτε, φησὶ, τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. Ἐὰν γὰρ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποῖον μισθὸν ἔχετε ; Τοῦτο καὶ οἱ λῃσταὶ, καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσι. Τοὺς δὲ ποιοῦντας τὸ ἀγαθὸν διδάσκει μὴ καυχᾶσθαι, ἵνα μὴ ἀνθρωπάρεσκοι ὦσιν. Μὴ γνώτω γὰρ, φησὶν, ἡ χεὶρ σου ἡ ἀριστερὰ, τί ποιεῖ ἡ χεὶρ σου ἡ δεξιά. Ἔτι μὴν καὶ περὶ τοῦ ὑποτάσ-

D

[48] Joel. II, 16, 17. [49] Zach. 7, 9, 10. [50] Prov. IV, 25. [51] Matth. v, 28. [52] Prov. VI, 27. [53] Isa. LXVI, 5. [54] Matth. v, 44. [55] Matth. VI, 3.

(64) *Καὶ Μωϋσῆς.* Legendum Ὡσηέ, ut Grabius et Wolfius monuerunt. Non belle Fellus in ipso textu pro Μωϋσῆς scripsit Ἡσαΐας, a quo hæc desumpta existimabat, nempe ex LVI, 1 et XLI et XLV, 18. Sed citata hic verba multo aptius, ut iidem eruditi viri observant, repetuntur ex Ose XII, 6, et XIII, 4.

(65) *Ἐκκλησίαν.* Ita uterque codex ms. et Biblia. Editi Ἐκκλησίας.

(66) *Ἐξαλείψει.* Reg. ἐξαλείψῃ.

(67) *Κρίνετε.* Reg. κρίνατε.

(68) *Περιπατήσει τις.* Deest vocula in Reg. Leg. ἔτι ὁ Σολομών.

(69) *Οὕτως.* Ita Reg. Editi οὔτω.

(70) *Ἀλλοφύλοις.* Legendum esse ὁμοφύλοις, cl. Wolfius post Grabium et Davisium admonuit.

Digitized by Google

σεσθαι ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις, καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, κελεύει ἡμᾶς (71) ὁ θεῖος λόγος, ὅπως ἥρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν (72). Καὶ διδάσκει ἀποδιδόναι πᾶσι τὰ πάντα, Τῷ τὴν τιμὴν, τὴν τιμήν· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον, μηδενὶ μηδὲν ὀφείλειν ἢ μόνον τὸ ἀγαπᾶν πάντας.

15. Σκόπει τοίνυν εἰ οἱ τὰ τοιαῦτα μανθάνοντες δύνανται ἀδιαφόρως ζῆν, καὶ συμφύρεσθαι ταῖς ἀθεμίτοις μίξεσιν, ἢ τὸ ἀθεώτατον πάντων, σαρκῶν ἀνθρωπείων ἐφάπτεσθαι· ὅπου γε καὶ τὰς θέας τῶν μονομάχων ἡμῖν ἀπείρηται ὁρᾶν, ἵνα μὴ κοινωνοὶ καὶ συνίστορες φόνων γενώμεθα. Ἀλλ' οὐδὲ τὰς λοιπὰς θεωρίας ὁρᾶν χρὴ, ἵνα μὴ μολύνωνται ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ τὰ ὦτα, γινόμενα συμμέτοχα τῶν ἐκεῖ φωνῶν (73) ἀδομένων. Εἰ γὰρ εἴποι τις περὶ ἀνθρωποβορίας, ἐκεῖ τὰ Θυέστου καὶ Τηρέως τέκνα ἐσθιόμενα· ἃ δὲ περὶ μοιχείας (74), οὐ μόνον περὶ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ περὶ θεῶν, ὧν καταγγέλλουσιν εὐφώνως μετὰ τιμῶν (75) καὶ ἄθλων, παρ' αὐτοῖς τραγῳδεῖται. Μακρὰν δὲ ἀπείη Χριστιανοῖς ἐνθυμηθῆναί τι τοιοῦτο πρᾶξαι παρ' οἷς σωφροσύνη πάρεστιν, ἐγκράτεια ἀσκεῖται, μονογαμία (76) τηρεῖται, ἁγνεία φυλάσσεται, ἀδικία ἐκπορθεῖται, ἁμαρτία ἐκριζοῦται, δικαιοσύνη μελετᾶται, νόμος πολιτεύεται, θεοσέβεια πράσσεται, Θεὸς ὁμολογεῖται, ἀλήθεια βραβεύει, χάρις συντηρεῖ, εἰρήνη περισκέπει (77)', λόγος ἅγιος ὁδηγεῖ, σοφία διδάσκει, ζωὴ βραβεύει, Θεὸς βασιλεύει. Πολλὰ μὲν οὖν ἔχοντες λέγειν περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας, καὶ τῶν δικαιωμάτων τοῦ Θεοῦ, καὶ δημιουργοῦ πάσης κτίσεως, τὰ νῦν αὐτάρκως ἡγούμεθα ἐπιμεμνῆσθαι, εἰς τὸ καὶ σὲ ἐπιστῆναι μάλιστα ἐξ ὧν ἀναγινώσκειν (78) ἕως τοῦ δεῦρο, ἵνα ὡς φιλομαθὴς ἐγενήθης, οὕτω καὶ φιλομαθὴς (79) ἔσῃ ἕως τοῦ δεῦρο.

A Illud etiam jubet Scriptura sancta, ut magistratibus et potestatibus subjiciamur ac pro iis precemur ut *tranquillam et pacatam vitam agamus* [56]. Ac omnibus omnia reddere docet: *Cui honorem, honorem; cui timorem, timorem; cui tributum, tributum, nec quidquam ulli debere, nisi ut diligamus omnes* [57].

15. *Christianorum innocentia luculenter defenditur.* — Vide igitur an possint, qui talia edocentur, indifferenter vivere, et in nefariis flagitiis volutari, aut quod omnem impietatem superat, carnes humanas attingere, cum præsertim nec gladiatorum ludos spectare nobis liceat, ne participes et conscii cædium fiamus. Neque etiam cætera spectacula obeunda sunt, ne polluantur oculi nostri et aures, B si participes eorum fiant, quæ illic decantantur. Si quis enim de carnis humanæ epulo loquitur, illic Thyestis et Terei filii vorantur; si vero de adulterio, illud apud eos non solum de hominibus, sed etiam de diis, quos canora voce decantant non sine præmio et mercede, tragice exhibetur. Procul autem absit a Christianis, ut iis quidquam hujusmodi facere in mentem veniat, apud quos adest temperantia, continentia colitur, unicum matrimonium servatur, castimonia custoditur, injustitia exterminatur, peccatum radicitus evellitur, justitia exercetur, lex observatur, cultus Dei peragitur, Deus confitendo celebratur, veritas dominatur, gratia custodit, pax communit, sanctum verbum manu ducit, sapientia docet, vita dirigit, C Deus regnat. Igitur cum permulta habeamus, quæ de institutis nostris et Dei ac conditoris universorum justificationibus dicamus, satis multa hactenus nobis videmur commemorasse, ut animum rei pernoscendæ adjicias; cum præsertim etiamnum perlegere liceat, ut quemadmodum **390** hactenus discendi studiosus fuisti, ita etiam nunc libenter discas.

[56] I Tim. II, 2. [57] Rom. XIII, 7, 8.

(71) *Κελεύει ἡμᾶς.* Ita uterque codex ms. et editio Hamburgensis. Legitur enim ἡμῖν in Tigur. et apud Ducæum. Aliæ ἡμῶν.

(72) *Διάγωμεν.* Reg. διάζωμεν.

(73) *Φωνῶν.* Cl. Wolfius legendum esse contendit φόνων, neque hanc in interpretando emendationem sequi dubitavit. Sed ei minime assentior. Hic enim generatim Theophilus vitia insectatur spectaculorum, tum exempla subjicit ejusmodi vitiorum, D nempe humanæ carnis epulum, quod cum homicidio conjunctum esse liquet, et deorum hominumque flagitia. Tota ergo turbabitur oratio, si quis homicidium eo intrudat, ubi nullum adhuc peculiare vitium notatur.

(74) *Ἃ δὲ περὶ μοιχείας.* Legendum εἰ δέ, si quis sententiam cum iis quæ præcedunt et sequuntur consentaneam quærat.

(75) *Μετὰ τιμῶν.* Sic uterque codex. Editi vitiose κατὰ τιμῶν.

(76) *Μονογαμία.* Cod. Reg. μόνον ὁ γάμος. Bodl. μόνον ὁ γαμία. Reg. codicis scripturam Cotel. ut monet cl. Wolf. citat in notis ad l. II Hermæ, p. 64. idque *non absque Græculi fraude* contigisse existimat.

(77) *Περισκέπει.* Ita Reg. et edit. Hamb. et Ducæus. Aliæ editiones περισκέπτει.

(78) *Ἀναγινώσκειν.* Oxon. et Hamb. ἀναγινώσκεις, ac sic etiam Regius codex. Sed legendum puto ἐξὸν ἀναγινώσκειν. Pluribus disserendis supersedet Theophilus, quia satis multa sibi disseruisse videbatur, ut Autolycum ad consideranda religionis Christianæ instituta incitaret, cum præsertim sacras ei litteras legere liceret. Hortatur ergo hominem ad legendum, idque satis patet ex his quæ addit, ut *eodem sis discendi studio*, nempe in sacris litteris, *quo hactenus fuisti* in profanis. At cum hac adhortatione non quadrat Scriptura ἐξ ὧν ἀναγινώσκεις ἕως τοῦ δεῦρο. Præterea satis absurde Autolycus, qui in profanis litteris operam posuerat, ex his quæ hactenus legerat, Christiana instituta pernoscere posse diceretur. Multo aptius Theophilus eum Christiana instituta considerare posse dicit, quia ei in legendo hactenus pergere licebat, sacris scilicet libris evolvendis, qui hactenus profanos evolverat.

(79) *Καὶ φιλομαθής.* Monitus Wolfius a cl. Lacrozio legendum conjicit καὶ πολυμαθής, quia respicere videtur Theophilus ad verba Isocratis ad Demonicum: Ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής. Sed hæc conjectura penitus disconvenit proposito Theophili, qui Autolycum hortatur, ut eodem sit in sacris litteris discendis studio, quod hactenus in profanas impenderat. In fine libri II legimus: Χρὴ οὖν τὸν φιλομαθῆ καὶ φιλομαθεῖν. Infra editi εἰς τὸν ἀπέραντον. Reg. ut in textu.

Digitized by Google

16. *Antiquitatem doctrinæ Christianæ probant absurdæ Græcorum opiniones.* — Volo autem tibi et ea quæ spectant tempora, Deo concedente, accuratius demonstrare, ut intelligas nec recentem nec fabulosam esse doctrinam nostram, sed antiquiorem et veriorem omnibus poetis ac scriptoribus, qui incerta scripserunt. Alii enim cum mundum ingenitum dicerent, in infinitum abierunt; alii cum genitum assererent, jam annorum myriades quindecim et tria millia supra septuaginta quinque annos effluxisse dixerunt. Atque hæc quidem litteris mandavit Apollonius Ægyptius. Plato autem, qui Græcorum sapientissimus videtur fuisse, quantas in nugas aberravit! Nam in ejus libro qui *Civitates* inscribitur, hæc totidem verbis leguntur: *Quomodo enim, si hæc ita omni tempore mansissent, ut hodie ornata sunt, novi quidquam aliquando inveniretur: cum hæc decies millies decem annorum millibus eos qui tum erant latuerint, ac mille anni aut bis mille effluxerint, ex quo partim a Dædalo, partim ab Orpheo, partim a Palamede inventa in lucem prodiere?* Quæ cum facta esse dicit, decies millies decem annorum millia a diluvio ad Dædalum numerat. Et cum multa de variis per orbem civitatibus et habitationibus et gentibus dixisset, fatetur hæc se conjectura dixisse. Ait enim: *Si quis igitur, hospes, nobis polliceatur Deus, fore ut si iterum legis ferendæ rationem considerare aggrediamur, sermonibus modo habitis*, etc., conjectura videlicet locutus est. Quod si conjectura, minus profecto vera quæ ab eo dicta sunt.

A 16. Θέλω δέ σοι καὶ τὰ τῶν χρόνων, Θεοῦ παρέχοντος, νῦν ἀκριβέστερον ἐπιδεῖξαι, ἵνα ἐπιγνῷς, ὅτι οὐ πρόσφατος οὐδὲ μυθώδης ἐστὶν ὁ καθ' ἡμᾶς λόγος, ἀλλ' ἀρχαιότερος καὶ ἀληθέστερος ἁπάντων ποιητῶν καὶ συγγραφέων, τῶν ἐπ' ἀδήλῳ συγγραψάντων. Οἱ μὲν γὰρ τὸν κόσμον ἀγένητον εἰπόντες εἰς τὸ ἄπειρον ἐχώρησαν· ἕτεροι δὲ γένητον φήσαντες, εἶπον ὡς ἤδη μυριάδας ἐτῶν πεντεκαίδεκα ἐληλυθέναι καὶ τρισχίλια ἑβδομήκοντα πέντε ἔτη. Ταῦτα μὲν οὖν Ἀπολλώνιος ὁ Αἰγύπτιος ἱστορεῖ. Πλάτων δὲ ὁ δοκῶν Ἑλλήνων σοφώτερος γεγενῆσθαι, εἰς πόσην φλυαρίαν ἐχώρησεν; Ἐν γὰρ ταῖς *Πολιτείαις* αὐτοῦ ἐπιγραφομέναις ῥητῶς κεῖται λέγοντος· « *Πῶς γὰρ ἄν* (80) *εἴγε ἔμενε τάδε οὕτω τὸν πάντα χρόνον, ὡς νῦν διακεκόσμηται, καινὸν ἀνευρίσκετό ποτε ὀτιοῦν;* B *Ὅτι μὲν γὰρ μυριάκις μυρία ἔτη ἀνελήλυθεν ἄρα τοὺς τότε, χίλια δὲ ἀφ' οὗ γέγονεν ἢ δὶς τοσαῦτα ἔτη τὰ μὲν Δαιδάλῳ καταχαρῆ γέγονεν, τὰ δὲ Ὀρφεῖ, τὰ δὲ Παλαμήδει.* » Καὶ ταῦτα εἰπὼν γεγενῆσθαι, τὰ μὲν μυριάκις μυρία ἔτη ἀπὸ κατακλυσμοῦ ἕως Δαιδάλου δηλοῖ. Καὶ πολλὰ φήσας περὶ πόλεων κατακοσμῶν (81), καὶ οἰκήσεων, καὶ ἐθνῶν, ὁμολογεῖ εἰκασμῷ ταῦτα εἰρηκέναι. Λέγει γάρ· *Εἴγουν, ὦ ξένε* (82), *τίς ἡμῖν ὑποσχῆται Θεὸς, ὡς ἂν ἐπιχειρήσωμεν τῇ τῆς νομοθεσίας σκέψει, τῶν νῦν εἰρημένων* (83), δηλονότι εἰκασμῷ ἔφη· εἰ δὲ εἰκασμῷ, οὐκ ἄρα ἀληθῆ ἐστι τὰ ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένα.

17. *Christiani a prophetis accepere antiquarum rerum cognitionem.* — Satius igitur est alumnum esse disciplinæ divinæ, quemadmodum ipse confitetur aliter non posse verum accurate disci, nisi Deus per legem doceat. Quid? nonne etiam poetæ, Homerus, Hesiodus et Orpheus, institutos se fuisse a divina providentia dixerunt? Quinetiam scriptores vatibus et prophetis æquales fuisse narrant, a quibus qui eruditi fuissent, eos accurate scripsisse. Quanto igitur magis veritas a nobis cognoscetur, qui a sanctis prophetis sancto Dei Spiritu plenis

C 17. Δεῖ οὖν μᾶλλον μαθητὴν γενέσθαι τῆς νομοθεσίας τοῦ Θεοῦ, καθὼς καὶ αὐτὸς (84) ὡμολόγηκεν ἄλλως μὴ δύνασθαι τὸ ἀκριβὲς μαθεῖν, ἐὰν μὴ ὁ Θεὸς διδάξῃ διὰ τοῦ νόμου (85). Τί δ' οὐχὶ καὶ οἱ ποιηταί, Ὅμηρος, καὶ Ἡσίοδος, καὶ Ὀρφεὺς ἔφασαν ἑαυτοὺς ἀπὸ θείας προνοίας μεμαθηκέναι; Ἔτι μὴν μάντεις καὶ πραγνώστας γεγενῆσθαι κατὰ τοὺς συγγραφεῖς, καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν μαθόντας ἀκριβῶς συγγεγραφέναι φασίν. Πόσῳ οὖν μᾶλλον ἡμεῖς τὰ ἀληθῆ εἰσόμεθα, οἱ μανθάνοντες ἀπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, τῶν χωρησάντων τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ; Διὸ σύμφωνα

(80) *Πῶς γὰρ ἄν*, etc. Totum hunc locum, qui in nostris codicibus mss. et editis corruptissimus erat, necesse fuit Platonici contextus ope restituere; quod idem in editione Hamburgensi factum fuerat. Hæc autem leguntur in tertio libro *De legibus*, nequaquam autem in libris *De republica*. In editionibus Oxon. et Hamb. pro Πολιτείαις legitur Περὶ νόμων ex conjectura.

(81) *Κατακοσμῶν*. Legendum κατὰ κόσμον.

(82) *Ὦ ξένε*. Ita Plato Reg. ὦ ξένη. Editi ὦ ξένοι. Mox apud eumdem Platonem legitur ὑπόσχοιτο et ἐπιχειρήσωμεν τὸ δεύτερον. Reg. ut text.

(83) *Τῶν νῦν εἰρημένων*. Addit Plato, Λόγων χείρους οὐδὲ ἐλάττους ἀκουσόμεθα, μακρὸν ἂν ἔλθοιμι ἐγώ. Id est, *Si quis nobis polliceatur Deus fore, ut si iterum leges ferendæ rationem considerare aggrediamur, sermonibus modo habitis non pejores audiamus, longum equidem iter suscipiam.* Ex his colligit Theophilus Platonem conjiciendo locutum esse, nec ipsi, ut prophetis Spiritus auxilio fretis, exploratum fuisse dicendi exitum. Pravam hujus loci interpunctionem sanavit cl. Wolfius.

(84) *Καθὼς καὶ αὐτός*. Reg. καθὰ καὶ αὐτός.

(85) *Διὰ τοῦ νόμου*. Locus in quo fatetur Plato neminem posse verum pernoscere, nisi a Deo doceatur, a Justino citatur *Cohort.* num. 32. Occurrit autem in *Menone* Platonis et sic habet: Εἰ δὲ νῦν ἡμεῖς ἐν παντὶ τῷ λόγῳ τούτῳ καλῶς ἐζητήσαμέν τε καὶ ἐλέγομεν, ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε φύσει, οὔτε διδακτὸν, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγενομένη ἄνευ νοῦ οἷς ἂν παραγίνηται. *Nunc autem, si in omni hoc sermone recte quæsivimus et disseruimus, virtus profecto nec natura nec doctrina, sed divina sorte hominibus evenit sine scientia, iis quibus evenit.* Non alium videtur Platonis locum Theophilus in memoria habuisse. Nec magni refert, quod virtus apud Platonem, veri cognitio est apud Theophilum. Eam enim veri cognitionem intelligit Theophilus, quæ ad salutem perducat. Dei cognitio, ut observavimus ad n. 19 Tatiani, in hanc sententiam interdum usurpatur. Sed si Platonis sensum Theophilus accurate sequitur, legendum erit non διὰ τοῦ νόμου, sed δίχα τοῦ νόμου, *sine lege*, quod respondebit his Platonis verbis ἄνευ νοῦ, *sine scientia*.

Digitized by Google

καὶ φίλα ἀλλήλοις οἱ πάντες προφῆται εἶπον, καὶ προεκήρυξαν τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι παντὶ τῷ κόσμῳ. Τοὺς γὰρ φιλομαθεῖς, μᾶλλον δὲ φιλαληθεῖς δύναται αὐτὴ ἡ ἔκβασις τῶν προαναπεφωνημένων πραγμάτων, καὶ ἤδη ἀπηρτισμένων ἐκδιδάσκειν ὄντως ἀληθῆ εἶναι τὰ δι' αὐτῶν κεκηρυγμένα περί τε χρόνων, καὶ καιρῶν τῶν πρὸ κατακλυσμοῦ, ἀφ' οὗ ἕκτισται ὁ κόσμος ἕως τοῦ δεῦρο, ὡς ἐνέστηκε (86) τὰ ἔτη, εἰς τὸ ἐπιδεῖξαι τὴν φλυαρίαν τοῦ ψεύδους τῶν συγγραφέων, ὅτι οὐκ ἀληθῆ ἐστι τὰ δι' αὐτῶν ῥηθέντα.

18. Πλάτων γὰρ, ὡς προειρήκαμεν, δηλώσας κατακλυσμὸν γεγενῆσθαι, ἔφη μὴ πάσης τῆς γῆς, ἀλλὰ τῶν πεδίων μόνον γεγενῆσθαι, καὶ τοὺς διαφυγόντας ἐπὶ τοῖς ὑψηλοτάτοις ὄρεσιν αὐτοὺς διασεσῶσθαι. Ἕτεροι δὲ λέγουσι γεγονέναι Δευκαλίωνα καὶ Πύρραν, καὶ τούτους ἐν λάρνακι διασεσῶσθαι· καὶ τὸν Δευκαλίωνα, μετὰ τὸ ἐλθεῖν ἐκ τῆς λάρνακος, λίθους εἰς τὰ ὀπίσω πεπομφέναι (87), καὶ ἀνθρώπους ἐκ τῶν λίθων γεγενῆσθαι· ὅθεν φασὶ λαοὺς προσαγορεύεσθαι τὸ πλῆθος ἀνθρώπων. Ἄλλοι δ' αὖ Κλύμενον εἶπον ἐν δευτέρῳ κατακλυσμῷ γεγονέναι. Ὅτι μὲν οὖν ἄθλιοι, καὶ πάνυ δυσσεβεῖς, καὶ ἀνόητοι εὑρίσκονται οἱ τὰ τοιαῦτα συγγράψαντες, καὶ φιλοσοφήσαντες ματαίως, ἐκ τῶν προειρημένων δῆλόν ἐστιν. Ὁ δὲ ἡμέτερος προφήτης καὶ θεράπων τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆς, περὶ τῆς γενέσεως τοῦ κόσμου ἐξιστορῶν, διηγήσατο τίνι τρόπῳ γεγένηται ὁ κατακλυσμὸς ἐπὶ τῆς γῆς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ κατακλυσμοῦ ᾧ τρόπῳ γέγονεν· οὐ Πύρραν, οὐδὲ Δευκαλίωνα ἢ Κλύμενον μυθεύων, οὐδὲ μὴν τὰ πεδία μόνον κατακεκλύσθαι, καὶ τοὺς διαφυγόντας ἐπὶ τοῖς ὄρεσι μόνους διασεσῶσθαι.

19. Ἀλλ' οὐδὲ δεύτερον κατακλυσμὸν γεγονέναι δηλοῖ. Ἀλλὰ μὲν οὖν ἔφη μηκέτι τῷ κόσμῳ κατακλυσμὸν ὕδατος ἔσεσθαι, οἷος (88) οὔτε γέγονεν, οὔτε μὴν ἔσται. Ὀκτὼ δέ φησι τὰς πάσας ψυχὰς ἀνθρώπων ἐν τῇ κιβωτῷ διασεσῶσθαι, ἐν τῇ κατασκευασθείσῃ προστάγματι Θεοῦ, οὐχ ὑπὸ τοῦ Δευκαλίωνος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Νῶε Ἑβραϊστὶ, ὃς διερμηνεύεται τῇ Ἑλλάδι γλώσσῃ *ἀνάπαυσις*· καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ (89) λόγῳ ἐδηλώσαμεν, ὡς Νῶε, καταγγέλλων τοῖς τότε ἀνθρώποις μέλλειν κατακλυσμὸν ἔσεσθαι, προεφήτευσεν αὐτοῖς, λέγων· *Δεῦτε, καλεῖ ὑμᾶς ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν*. Διὸ οἰκείως Δευκαλίων ἐκλήθη. Τούτῳ δὲ τῷ Νῶε υἱοὶ τρεῖς ἦσαν, καθὼς καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τόμῳ ἐδηλώσαμεν, ὧν τὰ ὀνόματά ἐστι Σὴμ, καὶ Χὰμ, καὶ Ἰαφέθ· οἷς καὶ γυναῖκες τρεῖς ἦσαν τὸ καθ' ἕνα αὐτῶν (90), καὶ αὐτὸς (91) καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ. Τοῦτον τὸν ἄνδρα ἔνιοι Εὐνοῦχον προσηγορεύκασιν. Ὀκτὼ οὖν αἱ πᾶσαι ψυχαὶ ἀνθρώπων διεσώθησαν, οἱ ἐν τῇ κιβωτῷ εὑρεθέντες. Τὸν δὲ κατακλυσμὸν ἐσήμανεν ὁ Μωϋσῆς ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ νύκτας τεσσαράκοντα γεγενῆσθαι,

A didicimus? Hinc consona omnes prophetæ et amica inter se dixerunt, ac futuros totius mundi eventus prænuntiarunt. Ipse enim prædictarum rerum et jam perfectarum eventus, potest discendi vel potius **391** veri cupidos edocere, vera esse quæ ab illis de temporibus et annis ante diluvium elapsis prædicata sunt, quomodo scilicet se habeat ab origine mundi ad nostram ætatem annorum series; ita ut facile pateat inepte mentitos esse scriptores, nec vera esse quæ ab his dicta sunt.

18. *Græcorum errores in diluvio enarrando.* — Plato enim, ut diximus, cum diluvium contigisse demonstrasset, non totius orbis terrarum, sed tantum camporum fuisse dixit, et qui in altissimos montes fugissent, eos incolumes evasisse. Alii Deu- B calionem et Pyrrham tunc exstitisse dicunt, eosque in arca servatos fuisse; Deucalionem autem ex arca egressum, lapides post tergum jactasse, atque ex his homines natos esse. Hinc hominum multitudinem λαούς, sive populos, appellatam dicunt. Alii Clymenum in secundo diluvio exstitisse dicunt. Miseros igitur ac impios et stultos reperiri, qui talia scripsere et philosophati sunt inutili opera, ex his quæ diximus satis perspicuum est. Noster autem propheta et famulus Dei Moyses originem mundi exponens, narravit quomodo diluvium in terra factum sit, imo etiam quæ cum diluvio fuere conjuncta quomodo evenerint; non Pyrrham aut Deucalionem aut Clymenum fingens, aut campos solum inundatos fuisse, et qui in montes fugissent, C solos evasisse incolumes.

28. *Præcipua chronologiæ capita summatim exposita.* — A mundo autem condito sic universum tempus summatim deducitur. A mundo condito ad B diluvium, anni fluxerunt 2242. A diluvio usque ad susceptum a proavo nostro Abrahamo filium, anni 1036. Ab Isaac filio Abrahæ usque ad populi in deserto cum Moyse commorationem, anni 660. A morte Moysis et Josue filii Nave principatu, usque ad obitum Davidis patriarchæ, anni 498. A morte **399** Davidis et regno Salomonis, ad populi transmigrationem in terram Babylonis anni 518, menses 6, dies 10. A Cyri regno ad mortem imperatoris Aurelii Veri anni 744. A condito mundo universum tempus collectum annos exhibet 5698, et qui excurrunt menses ac dies.

28. Ἀπὸ δὲ καταβολῆς κόσμου ὁ πᾶς χρόνος κεφαλαιωδῶς οὕτω κατάγεται. Ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως κατακλυσμοῦ ἐγένοντο ἔτη ,βσμϐ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τεκνογονίας Ἀβραὰμ τοῦ προπάτορος ἡμῶν ἔτη ,αλς'. Ἀπὸ δὲ Ἰσαὰκ τοῦ παιδὸς Ἀβραὰμ ἕως οὗ ὁ λαὸς σὺν Μωϋσῇ ἐν τῇ ἐρήμῳ διέτριβεν, ἔτη χξ'. Ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως τελευτῆς, ἀρχῆς δὲ Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ, μέχρι τελευτῆς Δαβὶδ τοῦ πατριάρχου, ἔτη υιϐ'. Ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς Δαβὶδ, βασιλείας (57) δὲ Σολομῶνος, μέχρι τῆς παροικίας τοῦ λαοῦ ἐν γῇ Βαβυλῶνος, ἔτη φιη', μῆνες ς', ἡμέραι ι'. Ἀπὸ δὲ τῆς Κύρου ἀρχῆς μέχρι αὐτοκράτορος Αὐρηλίου Οὐήρου τελευτῆς ἔτη ψμδ'. Ὁμοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου συνάγονται τὰ πάντα ἔτη ,εχιϐ', καὶ οἱ ἐπιτρέχοντες μῆνες καὶ ἡμέραι.

29. *Quam inique novitas objecta Christianis.* — Collectis igitur temporibus, iisque omnibus quæ diximus, videre est antiquitatem propheticorum librorum et divinitatem doctrinæ nostræ. Nec sane recens hæc doctrina, nec instituta nostra, ut quidam existimant, fabulosa et mendacia, sed longe antiquissima et certissima. Nam et Beli Assyriorum regis, et Croni Titanis Thallus meminit, Belum referens cum Titanibus adversus Jovem et deos, qui ab ejus partibus stetisse dicuntur, bellum gessisse. Quo in loco aiunt Gygum superatum fugisse Tartessum: qui quidem in ea regione regnavit quæ nunc Attica, tum vero Acte dicebatur. Cæteras autem regiones et urbes, a quibus suas appellationes habuerint, necessarium non arbitror recensere, præsertim apud te qui in historiis versatus es. Liquet igitur Moysen antiquiorem esse omnibus scriptoribus (nec vero ipsum solum, sed etiam plerosque post eum prophetas), et Crono et Belo et bello Trojano. Nam secundum Thalli historiam Belus antiquior invenitur bello Trojano annis 322. Moysen autem annis nongentis vel etiam mille ante bellum Trojanum exstitisse supra demonstravimus. Cum autem Cronus et Belus æquales fuerint, plerique quis sit Cronus, aut quis Belus ignorant. Ac Cronum quidem nonnulli colunt, et eumdem Bel aut

29. Τῶν οὖν χρόνων καὶ τῶν εἰρημένων ἁπάντων συνηθροισμένων (58), ὁρᾷν ἔστι τὴν ἀρχαιότητα τῶν προφητικῶν γραμμάτων, καὶ τὴν θειότητα τοῦ παρ' ἡμῖν λόγου, ὅτι οὐ πρόσφατος ὁ λόγος, οὔτε μὴν τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς οἵονταί τινες, μυθώδη καὶ ψευδῆ ἐστιν, ἀλλὰ μὲν οὖν ἀρχαιότερα καὶ ἀληθέστερα. Καὶ γὰρ Βήλου τοῦ Ἀσσυρίων βασιλεύσαντος, καὶ Κρόνου τοῦ Τιτᾶνος Θάλλος μέμνηται, φάσκων τὸν Βῆλον πεπολεμηκέναι σὺν τοῖς Τιτᾶσι πρὸς τὸν Δία, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ θεοὺς λεγομένους, ἔνθα φησὶν, καὶ ὁ Γύγος ἡττηθεὶς (59) ἔφυγεν εἰς Ταρτησσὸν, τότε μὲν τῆς χώρας ἐκείνης Ἀκτῆς κληθείσης, νῦν δὲ Ἀττικῆς προσαγορευομένης, ἧς ὁ Γύγος τότε ἦρξε. Καὶ τὰς λοιπὰς δὲ χώρας καὶ πόλεις, ἀφ' ὧν τὰς προσωνυμίας ἔσχον, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγούμεθα καταλέγειν, μάλιστα πρὸς σὲ τὸν ἐπιστάμενον τὰς ἱστορίας. Ὅτι μὲν οὖν ἀρχαιότερος ὁ Μωϋσῆς δείκνυται ἁπάντων συγγραφέων (οὐκ αὐτὸς δὲ μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ πλείους μετ' αὐτὸν προφῆται γενόμενοι), καὶ Κρόνου, καὶ Βήλου, καὶ τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου, δῆλόν ἐστι (60). Κατὰ γὰρ τὴν Θάλλου (61) ἱστορίαν ὁ Βῆλος προγενέστερος εὑρίσκεται τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου ἔτεσι τκϐ'. Ὅτι δὲ πρός που ἔτεσι ϡ' ἢ καὶ χιλίοις (62) προάγει ὁ Μωϋσῆς τῆς τοῦ Ἰλιακοῦ ἁλώσεως, ἐν τοῖς ἐπάνω δεδηλώκαμεν. Τοῦ δὲ Κρόνου καὶ τοῦ Βήλου συναχμασάντων ὁμόσε, οἱ πλείους οὐκ ἐπίστανται τίς

(56) *Ἔτη σλζ'.* Reg. ἔτη τκς'.
(57) *Βασιλείας.* Ita Reg. Editi βασιλέως.
(58) *Συνηθροισμένων.* Ita Regius codex. Fellus συνηραμένων. Editi συνηρασμένων.
(59) *Ἡττηθείς.* Sic Regius cod. Editi ἐπτηθείς.
(60) *Δῆλόν ἐστι.* Hæc suppeditavit idem codex.

(61) *Θάλλου.* Citat hunc Theophili locum Lactantius sub finem lib. I.
(62) *Ϡ' ἢ καὶ χιλίοις.* Hujus loci vulnus sanavit codex Regius. Habebant editi η' καὶ λ'. Codex Bodl. καὶ λ'. Supra dixit Moysen nongentis aut mille annis seniorem esse bello Trojano.

Digitized by Google

ἐστιν ὁ Κρόνος, ἢ τίς ὁ Βῆλος. Ἔνιοι μὲν σέβονται A τὸν Κρόνον, καὶ τοῦτον αὐτὸν ὀνομάζουσι Βήλ, καὶ Βάλ, μάλιστα οἱ οἰκοῦντες τὰ ἀνατολικὰ κλίματα, μὴ γινώσκοντες μήτε τίς ἐστιν ὁ Κρόνος, μήτε τίς ἐστιν ὁ Βῆλος. Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις Σατοῦρνος ὀνομάζεται· οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ γινώσκουσιν τίς ἐστιν αὐτῶν πρότερον, ὁ Κρόνος ἢ ὁ Βήλ. Ὅση μὲν οὖν ἀρχὴ τῶν Ὀλυμπιάδων, ἀπὸ Ἰφίτου (63) φασὶν ἐσχηκέναι τὴν θρησκείαν, κατὰ δέ τινας ἀπὸ Λίνου ὃς καὶ Ἴλιος ἐπεκλήθη. Ὁ μὲν οὖν ἀριθμὸς τῶν ἐτῶν, καὶ Ὀλυμπιάδων ὡς ἔχει τὴν τάξιν ἐν τοῖς ἐπάνω δεδηλώκαμεν. Τῆς μὲν οὖν ἀθεότητος τῶν παρ' ὑμῶν (64) πραγμάτων, καὶ τῶν χρόνων, τὸν πάντα ἀριθμὸν, κατὰ τὸ δυνατὸν, οἶμαι τὰ νῦν ἀκριβῶς εἰρῆσθαι. Εἰ γὰρ καὶ ἔλαθεν (65) ἡμῶν χρόνος, εἰ τύχοι εἰπεῖν, ἔτη ν', ἢ ρ', ἢ καὶ σ' (66), οὐ μέν τοι μυριάδες, ἢ B χιλιάδες ἐτῶν, καθὼς προειρήκασι Πλάτων καὶ Ἀπολλώνιος καὶ οἱ λοιποὶ, ψευδῶς ἀναγράψαντες. Ὅπερ ἡμεῖς τὸ ἀκριβὲς ἴσως ἀγνοοῦμεν ἁπάντων τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν, διὰ τὸ μὴ ἀναγεγράφθαι ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις τοὺς ἐπιτρέχοντας μῆνας καὶ ἡμέρας. Ὅτι δὲ (67) περὶ ὧν φαμεν χρόνων συνᾴδει καὶ Βήρωσος, ὁ παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφήσας, κἀὶ μηνύσας Ἕλλησι τὰ Χαλδαϊκὰ γράμματα, ὃς ἀκολούθως τινὰ εἴρηκε τῷ Μωϋσεῖ, περί τε κατακλυσμοῦ καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐξιστορῶν· ἔτι μὴν καὶ τοῖς προφήταις, Ἱερεμίᾳ καὶ Δανιὴλ σύμφωνα ἐκ μέρους εἴρηκε. Τῶν γὰρ συμβάντων (68) τοῖς Ἰουδαίοις ὑπὸ τοῦ βασιλέως Βαβυλωνίων, ὃν αὐτὸς ὀνομάζει Ἀβοδάσσαρον, κέκληται δὲ παρὰ Ἑβραίοις Ναβουχοδόνοσορ, μέμνη- C ται· ἔτι δὲ (69) καὶ περὶ τοῦ ναοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, ὡς ἠρημῶσθαι ὑπὸ τοῦ Χαλδαίων βασιλέως· καὶ ὅτι Κύρου τὸ δεύτερον ἔτος βασιλεύσαντος τοῦ ναοῦ τῶν θεμελίων τεθέντων, Δαρείου πάλιν βασιλεύσαντος τὸ δεύτερον ἔτος, ὁ ναὸς ἐπετελέσθη.

Bal appellant, ii præsertim qui regiones orientales incolunt, nec tamen sciunt quis sit Cronus aut Belus. Apud Romanos Saturnus vocatur; nam nec ipsi uter sit antiquior, Cronus aut Belus, sciunt. Quod autem spectat ad olympiades, quodcunque eis initium assignetur, ab Iphito cultum et solemnitatem habuere, aut, ut alii volunt, a Lino qui et Ilius cognominatus est. Numerus annorum et olympiadum quem ordinem habeat, supra demonstravimus. Rerum ergo nostrarum antiquitatis et annorum numerum omnem arbitror, quam fieri potuit, accuratissime comprehensum. Atque ut nos latuerit tempus, verbi gratia, annorum 50 aut 100, aut etiam 200, non tamen annorum millia aut decem millia, ut Platoni et Apollonio et cæteris mendacibus scriptoribus placuit. Ac nos quidem fortasse omnium annorum numerum accurate non scimus, quia in sacris litteris descripti non fuere superfluentes menses et dies. Quod autem spectat ad ea, quæ dicimus, tempora, consentit et Berosus, qui apud Chaldæos philosophatus est, et Græcis cognoscendas tradidit litteras Chaldaicas. Is Moysi consentanee nonnulla **400** dixit de diluvio et pluribus aliis historiis, atque etiam cum prophetis Jeremia et Daniele ex parte consentit. Nam eorum quæ Judæis evenerunt sub rege Babyloniorum, quem ipse Abobassarum, Hebræi Nabuchodònosor appellant, mentionem fecit; adhuc etiam et templi Hierosolymitani, quomodo a rege Chaldæorum solo æquatum sit, atque ut fundamentis templi anno secundo regis Cyri jactis, rursus anno secundo Darii regis templum absolutum fuerit.

30. Τῶν δὲ τῆς ἀληθείας ἱστοριῶν Ἕλληνες οὐ μέμνηνται· πρῶτον μὲν διὰ τὸ νεωστὶ αὐτοὺς τῶν γραμμάτων τῆς ἐμπειρίας μετόχους γεγενῆσθαι· καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι, φάσκοντες τὰ γράμματα εὑρῆσθαι, οἱ μὲν παρὰ Χαλδαίων, οἱ δὲ παρ' Αἰγυπτίων, ἄλλοι δ' αὖ ἀπὸ Φοινίκων (70)· δεύτερον, ὅτι ἔπταιον, καὶ πταίουσι, περὶ Θεοῦ μὴ ποιούμενοι τὴν μνείαν, ἀλλὰ περὶ ματαίων καὶ ἀνωφελῶν πραγμάτων. Οὕτω μὲν γὰρ καὶ Ὁμήρου, καὶ Ἡσιόδου, καὶ τῶν λοιπῶν ποιητῶν φιλικῶς μέμνηνται· τῆς δὲ τοῦ ἀφθάρτου καὶ μόνου Θεοῦ δόξης οὐ μόνον ἐπελάθοντο, ἀλλὰ καὶ κατε- D λάλησαν· ἔτι μὴν καὶ τοὺς σεβομένους αὐτὸν ἐδίωξαν, καὶ τὸ καθ' ἡμέραν διώκουσιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι τὸν Θεὸν, ἄθλα καὶ τιμὰς τιθέασι· τοὺς δὲ σπεύδοντας πρὸς ἀρετὴν καὶ ἀσκοῦντας βίον ὅσιον, οὓς μὲν ἐλιθοβόλησαν, οὓς δὲ ἐθανάτωσαν· καὶ ἕως τοῦ δεῦρο ὠμοῖς αἰκισμοῖς περιβάλλουσι. Διὸ οἱ τοιοῦτοι ἀναγκαίως ἀπώλεσαν τὴν σοφίαν τοῦ

30. *Duplex causa cur nostros scriptores non commemorent Græci.* — Historiarum ad veritatem pertinentium Græci non meminere; primum quidem quia recentes ipsi litterarum cognitionis participes facti sunt; quod quidem ipsi confitentur, dum litteras dicunt inventas, alii quidem a Chaldæis, alii vero ab Ægyptiis, rursus alii a Phœnicibus; deinde vero quia aberraverunt et aberrant, dum Dei mentionem non faciunt, sed inanium et inutilium rerum. Sic enim Homerum et Hesiodum et reliquos poetas libenter commemorant; at incorrupti et unici Dei gloriam non modo oblivioni tradiderunt, sed etiam maledictis impugnarunt; adhuc etiam et Dei cultores persecuti sunt et quotidie persequuntur; quinetiam iis qui canora voce convitiantur Deo, præmia et honores posuerunt; qui autem properant ad virtutem et sanctam vitam exercent, horum alios lapidibus obruerunt, alios interfecerunt, ac eos

(63) *Ἰφίτου*. Ita emendavit Fellus. Editi Εἰφίτου. Cod. Reg. Ὑφίτου. Mox editi ἔσχηκε. Cod. Reg. ut in textu.

(64) *Παρ' ὑμῶν*. Reg. ὑμῖν. Sed legendum ἀρχαιότητος τῶν παρ' ἡμῖν.

(65) *Ἡμῶν*. Malim ἡμᾶς.

(66) *Ἢ καὶ σ'*. Illud ἢ suppeditavit codex Regius. Mox idem καθὰ προειρήκασι. Mox videtur legendum εἰς τὸ ἀκριβές. Præpositio facile omitti potuit ob similem sonum syllabæ præcedentis.

(67) *Ὅτι δέ*. Legendum videtur ἔτι δέ.

(68) *Τῶν συμβάντων*. Ita Reg. Editi τὰ συμβάντα.

(69) *Ἔτι δέ*. Hæc suppeditavit Regius codex.

(70) *Ἀπὸ Φοινίκων*. Legendum videtur ὑπὸ Φοινίκων.

Digitized by Google

hactenus crudelibus cruciatibus subjiciunt. Quare tales homines necessario amiserunt sapientiam Dei, nec verum invenerunt. Si vis igitur, hæc diligenter evolve, ut habeas symbolum et pignus veritatis.

A Θεοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν οὐχ εὗρον. Εἰ οὖν βούλει, ἀκριβῶς ἔντυχε τούτοις, ὅπως σχῇς σύμβολον (71), καὶ ἀῤῥαβῶνα τῆς ἀληθείας.

(71) *Σύμβολον*. Hæc de baptismo intelligit Fellus; sed compendium et pignus veritatis consignatum his libris malim intelligere.

ΕΡΜΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΔΙΑΣΥΡΜΟΣ

ΤΩΝ ΕΞΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ

—

HERMIÆ PHILOSOPHI

GENTILIUM PHILOSOPHORUM IRRISIO

Ex interpretatione Raphaelis Seileri, pluribus locis emendata.

—

ADMONITIO

—

401 *Quisnam fuerit Hermias ille philosophus, qui tot salibus philosophos defricuit, aut quo vixerit tempore, silent antiqui omnes, nec insunt ipsius libello dijudicandi notæ, sed tantum conjiciendi. Recentiorem Justino martyre ac Tatiano pronuntiare possumus. Premit enim vestigia Justini, ejusque verbis et sententiis utitur pro suis. Videtur etiam Tatiani sales imitatus esse, et scribendi materiam ex hoc Tatiani loco* (n. 25) *sumpsisse : « Platonis decreta sequeris; ecce tibi Epicureus sophista palam et aperte adversatur. Rursus Aristotelem vis sectari; tibique Democriti sectator aliquis conviciatur. » Totus Hermiæ libellus nihil aliud videtur esse, quam elegans et peracuta hujus Tatiani sententiæ amplificatio.*

Antiquitatem hujus scriptoris probare possunt cum adhibita refellendorum philosophorum ratio, quorum dissensiones et cujusque sectæ de aliis detrahendi studia non videtur tam nativis coloribus picturus fuisse, nisi adhuc ejusmodi sectæ et gentilium superstitiones viquissent; tum etiam philosophi titulus Hermiæ in omnibus excusis et manuscriptis codicibus attributus, ex quo non absurde conjicias eum, ut Justinum, Tatianum et alios ejusmodi, ex philosopho gentili factum esse Christianum, ac philosophi insignia retinuisse. Redolet etiam antiquitatem, quod gentilium sapientiam angelis acceptam refert, quos antiquissimi quique scriptores e cœlo in terram delapsos et stupra mulieribus intulisse, et varias artes ac scientias hominibus tradidisse opinati sunt. Utrum autem sæculo secundo floruerit, ut visum est Caveo, affirmare non ausim; nec video cur isto potius quam tertio sæculo vixisse dicatur.

At rejicienda prorsus et refellenda Lambecii et Tentzelii opinio, quorum alter Biblioth. Vindobon. lib. VII, *alter* Exercit. select. V, p. 228, *auctorem hujus libri Hermiam Sozomenum esse, ecclesiasticæ Historiæ scriptorem existimant. Sed, ut observat Caveus, huic opinioni reclamat stylus in Hermia nostro candidus et pellucidus, et gratiis ac leporibus scatens, in historico simplex et incultus. Reclamat etiam philosophi titulus, qui Sozomeno nusquam tribuitur, nec cum scholastici sive advocati arte, quam is sequebatur, valde congruit. Nititur Tentzelius nonnullis Sozomeni adversus philosophos locis; sed hanc rationem Caveus ita infirmam esse contendit ut, si illa valeat, multo potiori jure hic libellus Socrati attribuendus sit, qui multo uberius quam Sozomenus in philosophos invectus est.*

Philosophiam ab angelis malis traditam probat ex absurdis et inter se pugnantibus philosophorum sententiis. Nec de animæ natura (n. 1) *nec de ejus immortalitate* (n. 2) *et post hanc vitam statu consentiunt; sed alii in alias absurdissimas opiniones abierunt. De principiis cum Anaxagora Parmenides et cum Parmenide Anaximenes pugnat* (n. 3). *Si quis Empedoclem sequatur, ab eo abducet Protagoras et a Protagora Thales, et a Thalete Anaximander* (n. 4). *Magna Archelai fama* (n. 5), *sed nec ei Plato assentitur, nec Platoni Aristoteles. Pherecydis doctrinam nugas esse clamat Leucippus* (n. 6). *Democrito ridenti refragatur plorans Heraclitus. Epicurum ridet Cleanthes capite e puteo elato* (n. 7). *Carneades et Clitomachus nihil comprehendi posse contendunt. Pythagoras ex numeris elementa componit* (n. 8). *Quod si in meliendo, secundum Pythagoræ placita* (n. 9), *universo mundo tempus triveris, Epicurus petet ut alios mundos ac innumeros dimetiaris. Ex his concludit* (n. 10) *Hermias philosophiam nulla evidenti ratione niti.*

Digitized by Google

ΕΡΜΙΟΥ (1) ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΔΙΑΣΥΡΜΟΣ ΤΩΝ ΕΞΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.

1. Παῦλος ὁ μακάριος ἀπόστολος, τοῖς τὴν Ἑλλάδα τὴν Λακωνικὴν παροικοῦσι Κορινθίοις γράφων, Ὦ ἀγαπητοί, ἀπεφήνατο λέγων, *ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ*, οὐκ ἀσκόπως εἰπών. Δοκεῖ γάρ μοι τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι ἀπὸ τῆς τῶν ἀγγέλων ἀποστασίας (2)· δι' ἣν αἰτίαν οὐδὲ σύμφωνα οὐδὲ ὁμόλογα οἱ φιλόσοφοι πρὸς ἀλλήλους λέγοντες, ἐκτίθενται τὰ δόγματα. Οἱ μὲν γάρ φασιν αὐτῶν ψυχὴν εἶναι τὸ πῦρ, οἷον Δημόκριτος, τὸν ἀέρα, οἱ Στωϊκοί· οἱ δὲ τὸν νοῦν· οἱ δὲ τὴν κίνησιν, Ἡράκλειτος (3)· οἱ δὲ τὴν ἀναθυμίασιν· οἱ δὲ δύναμιν ἀπὸ τῶν ἄστρων ῥέουσαν· οἱ δὲ ἀριθμὸν κινητικόν, Πυθαγόρας· οἱ δὲ ὕδωρ γονοποιὸν (4), Ἵππων· οἱ δὲ στοιχεῖον ἀπὸ στοιχείων· οἱ δὲ ἁρμονίαν, Δείναρχος· οἱ δὲ τὸ αἷμα, Κριτίας· οἱ δὲ τὸ πνεῦμα· οἱ δὲ τὴν μονάδα, Πυθαγόρας, καὶ οἱ παλαιοὶ τὰ ἐναντία. Πόσοι λόγοι περὶ τούτων; Ἐπιχειρήσεις πόσαι; Πόσαι δὲ καὶ (5) σοφιστῶν ἐριζόντων μᾶλλον ἢ τἀληθὲς εὑρισκόντων;

2. Ἀλλὰ γὰρ ἔστω· στασιάζουσι μὲν περὶ τῆς ψυχῆς, τὰ δὲ λοιπὰ περὶ αὐτῆς ὁμονοοῦντες ἀπεφήναντο. Καὶ ἄλλοι τὴν ἡδονήν, αὐτῆς (6) ὁ μέν τις ἀγαθὸν καλεῖ, ὁ δέ τις κακόν, ὁ δ' αὖ μέσον (7) ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ. Τὴν δὲ φύσιν αὐτῆς οἱ μὲν ἀθάνατόν φασιν, οἱ δὲ θνητήν, οἱ δὲ πρὸς ὀλίγον ἐπιδιαμένουσαν, οἱ δὲ ἀποθηριοῦσιν αὐτήν, οἱ δὲ εἰς ἀτόμους διαλύουσιν, οἱ δὲ τρὶς ἐνσωματοῦσιν, οἱ δὲ τρισχιλίων (8) ἐτῶν περιόδους αὐτῇ (9) ὁρίζουσιν. Καὶ γὰρ εἰ μηδὲ ἑκα-

402 HERMIÆ PHILOSOPHI GENTILIUM PHILOSOPHORUM IRRISIO.

1. *Variæ de animæ essentia sententiæ.* — Beatus apostolus Paulus Corinthiis, qui juxta Laconicam Græciam habitant, scribens : Dilecti, sic pronuntiat, *sapientia mundi hujus apud Deum stultitia est*[1]; haud præter rei veritatem locutus. Videtur enim mihi ab angelorum defectione principium accepisse; quam ob causam nec verbis nec sententiis consentanea inter se philosophi dixerunt, dum dogmata exponunt. Nam eorum alii dicunt, animum ignem esse, ut Democritus; alii aerem, ut Stoici; alii mentem, alii motionem, ut Heraclitus; alii exhalationem, alii vim a sideribus promanantem; alii numerum movendi vi præditum, ut Pythagoras; alii aquam genitalem, ut Hippon; alii elementum ab elementis, alii harmoniam, ut Dinarchus; alii sanguinem, ut Critias; alii spiritum, alii unitatem, ut Pythagoras; et prisci diversa. Quot de his sententiæ? Quot philosophorum et sophistarum contendentium magis, quam veritatem invenientium, argumentationes?

2. *Philosophorum dissidia de animæ summo bono, immortalitate et metempsychosi.* — Verum esto, de anima inter se dissentiant; at de cæteris concordes pronuntiaverunt. Atqui alius voluptatem ejus bonum, alius malum, alius rursum medium inter bonum et malum appellat. Ejus porro naturam alii immortalem, alii mortalem esse aiunt, alii ad parvum aliquod tempus permanere; alii eam in bestiarum conditiones devolvunt, alii in corpora individua dissol-

[1] I Cor. III, 19.

(1) *Ἑρμίου.* Codex Ottobonianus Ἑρμείου. Sic etiam alius codex e Bibliotheca Cæsarea citatus in edit. Oxon. Codex Vaticanus Ἑρμείου τοῦ φιλοσόφου.

(2) *Τῶν ἀγγέλων ἀποστασίας.* Non solus ita sensit Hermias. Præter eos qui malas et perniciosas artes a diabolo inventas dicunt, non defuere qui ipsam philosophiam eidem ascriberent. Hos refellit pluribus locis Clemens Alexandrinus, præsertim *Strom.* I, p. 310, et *Strom.* VI, p. 647, ubi demonstrat, etiamsi philosophiam angelorum aliquis furto sublatam hominibus tradiderit, id non insciente Deo, sed potius furtum ad hominum utilitatem convertente factum esse.

(3) *Ἡράκλειτος.* Non multa opus est animi contentione, ut Heraclíti et sequentium philosophorum nomina in contextum ex margine venisse perspiciamus. In codd. Angl. Vat. et Ottobon. legitur οἷον τὸν ἀέρα, nec in cod. Angl. habetur οἱ Στωϊκοί. Ex quo eruditus Oxoniensis editor conjicit scriptum fuisse, ut apud Justinum *Cohort.* n. 7, οἱ δὲ τὸν ἀέρα. Non omittenda ejusdem eruditi viri alia observatio, nempe Heraclíti nomen non suo loco positum fuisse a librariis, sed poni debuisse post ἀναθυμίασιν. Animam enim, Heraclíti judicio, exhalationem esse probat ex Plutarch. *De placit. philosoph.* I. IV, c. 3.

(4) *Γονοποιόν.* Codex ms. Angl. γονοποιοῦν.

(5) *Πόσαι δὲ καί.* Deest aliquod nomen. Legitur in codice Vat. ἐπιχειρήσεις πόσαι δὲ σοφιστῶν. Tota res enitesceret si scriptum fuisset, πόσοι δὲ καὶ σοφιστῶν ἐπιχειρήσεις. Paulo ante Thomas Gale, cujus observationes non paucæ sunt in edit. Oxon. legendum putat, καὶ ἄλλοι αὖ ἐναντία. Legere mallem, καὶ οἱ πάλιν τὰ ἐναντία.

(6) *Τὴν ἡδονὴν, αὐτῆς.* Thom. Gale legendum putat δύναμιν αὐτῆς vel ἰδέαν αὐτῆς. *Quis enim*, inquit, *statuerit malum esse voluptatem animæ.* Sed virum eruditum decepit vitiosa interpunctio, quam apposita post ἡδονήν virgula sustulimus. Scilicet Hermias non dicit bonum vel malum esse, ex nonnullorum philosophorum sententia, voluptatem animæ, sed voluptatem ab aliis, ut Epicureis, dici bonum animæ, ab aliis vero medium quiddam inter bonum et malum.

(7) *Μέσον.* Cod. Vat. habet μέσην.

(8) *Οἱ δὲ τρὶς ἐνσωματοῦσιν, οἱ δὲ τρισχιλίων.* Posterior editio Paris. habet τρίτου σωματοῦσι. At aliæ editiones, cod. Vat. et Angl. τρὶς ἐνσωματοῦσαν. Unde non immerito factum in edit. Oxon. τρὶς ἐνσωματοῦσι. Hæc autem in Platonem dicta sunt, qui in Phædro, p. 248, postquam vulgares animas statuit non eo redire, unde primum profectæ sunt, nisi elapsis decem annorum millibus, sic de philosophorum animabus loquitur : Αὗται δὲ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιέτει, ἐὰν ἕλωνται τρὶς ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον, οὕτω πτερωθεῖσαι, τρισχιλιοστῷ ἔτει ἀπέρχονται. *Hæ autem tertio mille annorum circuitu elapso, si tribus hanc vitam vicibus elegerint, sic recuperatis alis abeunt.*

(9) *Αὐτῇ.* Cod. Vat. αὐτῆς.

Digitized by Google

vunt, alii ter ad corpora transire, alii ter mille annorum circuitum ei præfiniunt. Et qui ne centum quidem annos vivunt, de tribus futuris annorum millibus pollicentur. Hæc igitur quid aliud nominanda sunt quam, ut mihi sane videtur, portentum, aut dementia, aut insania, aut dissidium, aut hæc simul omnia? Quod si verum aliquid invenerunt, aut eadem **403** proferant, aut alius alii assentiatur; tunc et ego libens eis obtemperabo. Sed si animum divellunt atque trahunt, alius in aliam naturam, alius in aliam essentiam, ac materiam ex materia mutant, fateor me crebram rerum conversionem moleste ferre. Nunc immortalis sum, et gaudeo; nunc contra mortalis fio, et ploro; mox in individua corpora solvor; aqua fio, fio aer, fio ignis; paulo post nec aer, nec ignis; feram me facit, piscem me facit. Itaque vicissim fratres habeo delphinos; cum vero me intueor, corpus pertimesco, et nescio quo nomine id vocem, hominemne, an canem, an lupum, an taurum, an avem, an serpentem, an draconem, an chimæram. In cunctas enim bestias ab illis sapientiæ studiosis commutor, terrestres, aquatiles, volucres, multiformes, agrestes, cicures, mutas, vocales, brutas, ratione munitas. Nato, volo, sublimis in aere feror, serpo curro, sedeo. Offert autem sese Empedocles, et arbustum me facit.

A τὸν ἔτη ζῶντες περὶ τρισχιλίων ἐτῶν μελλόντων ἐπαγγέλλονται (10). Ταῦτα οὖν τί χρὴ καλεῖν; ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, τερατείαν, ἢ ἄνοιαν, ἢ μανίαν, ἢ στάσιν, ἢ ὁμοῦ πάντα. Εἰ μέν τι ἀληθὲς εὑρήκασιν (11), ὁμονοησάτωσαν, ἢ συγκατατιθέσθωσαν (12)· κἀγὼ τότε ἄσμενος αὐτοῖς πεισθήσομαι. Εἰ δὲ ἀντισπῶσι τὴν ψυχὴν, καὶ ἀνθέλκουσιν ἄλλως (13) εἰς ἄλλην φύσιν, ἕτερος δὲ εἰς ἑτέραν οὐσίαν, ὕλην δὲ ἐξ ὕλης μεταβάλλουσιν (14)· ὁμολογῶ γὰρ ἄχθεσθαι τῇ παλιῤῥοίᾳ (15) τῶν πραγμάτων. Νῦν μὲν ἀθάνατός εἰμι, καὶ γέγηθα· νῦν δ' αὖ θνητὸς γίνομαι, καὶ δακρύω· ἄρτι δὲ εἰς ἀτόμους διαλύομαι· ὕδωρ γίνομαι, καὶ ἀὴρ γίνομαι, πῦρ γίνομαι· εἶτα μετ' ὀλίγον οὔτε ἀὴρ οὔτε πῦρ· θηρίον με ποιεῖ, ἰχθύν με ποιεῖ (16). Πάλιν (17) οὖν ἀδελφοὺς ἔχω δελφῖνας· ὅταν δὲ ἐμαυτὸν ἴδω, B φοβοῦμαι τὸ σῶμα, καὶ οὐκ οἶδα ὅπως αὐτὸ καλέσω, ἄνθρωπον, ἢ κύνα, ἢ λύκον, ἢ ταῦρον, ἢ ὄρνιν, ἢ ὄφιν, ἢ δράκοντα, ἢ χίμαιραν. Εἰς πάντα γὰρ τὰ θηρία ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων μεταβάλλομαι, χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνά, πολύμορφα, ἄγρια, τιθασσά, ἄφωνα, εὔφωνα, ἄλογα, λογικά (18)· νήχομαι, ἵπταμαι, πέτομαι, ἕρπω, θέω, καθίζω. Ἔστι δὲ ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ θάμνον με ποιεῖ.

3. *Philosophorum de principiis dissensiones.* — Cum igitur hominis animum philosophi concordes deprehendere non possint, multo minus, de diis, aut mundo, verum pronuntiare poterunt. Etenim ea fortitudine præditi sunt, ne stuporem potius dicam; nam qui suum animum invenire nequeunt, ipsorum deorum naturam quærunt; et qui suum corpus ignorant, supervacaneum in mundi natura indaganda laborem sumunt. In naturæ certe principiis alii aliis summopere adversantur. Ubi Anaxagoras me exceperit, hæc docebit: Mens omnium est initium, eaque causa et domina omnium est, et ordinem confusis præbet, et motionem immobilibus, et discrimen commistis, et ornatum inornatis. Hæc cum dicit Anaxagoras, amicus mihi est, et ipsius sententiæ me subjicio. At obsistunt illi Melissus et

3. Ὅπου τοίνυν τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν ὁμογνωμόνως εὑρεῖν οὐχ οἷόν τε τοῖς φιλοσοφοῦσι, σχολῇ γ' ἂν περὶ τῶν θεῶν ἢ περὶ κόσμου δύναιντο τἀληθὲς ἀποφήνασθαι. Καὶ γὰρ ταύτην ἀνδρείαν ἔχουσιν, ἵνα μὴ C τὴν ἐμπληξίαν εἴπω· εἰ γὰρ (19) τὴν ἰδίαν ψυχὴν εὑρεῖν οὐ δυνάμενοι, οὐ ζητοῦσι τὴν φύσιν (20) τῶν θεῶν αὐτῶν· καὶ οἱ τὸ ἴδιον σῶμα οὐκ εἰδότες τὴν τοῦ κόσμου φύσιν περιεργάζονται· πάνυ γοῦν περὶ τὰς ἀρχὰς τῆς φύσεως ἀνθίστανται ἀλλήλοις. Ὅταν μὲν Ἀναξαγόρας παραλάβῃ με, ταῦτα παιδεύει· Ἀρχὴ πάντων ὁ νοῦς, καὶ οὗτος αἴτιος καὶ κύριος τῶν ὅλων, καὶ παρέχει τάξιν τοῖς ἀτάκτοις, καὶ κίνησιν τοῖς ἀκινήτοις, καὶ διάκρισιν τοῖς μεμιγμένοις, καὶ κόσμον τοῖς ἀκόσμοις. Ταῦτα λέγων Ἀναξαγόρας ἐστί μοι φίλος, καὶ τῷ δόγματι πείθομαι. Ἀλλ' ἀνθίστανται τούτου Μέλισσος καὶ Παρμενίδης. Ὅ γε

(10) *Ἐπαγγέλλονται.* Sic emendavimus ex cod. Vat. [et Wolf. textu]. Editi habent ἀπαγγέλλονται. Videtur legendum οἱ μήδε.

(11) *Εὑρήκασι.* Sic Fronto Ducæus, edit. Oxon. et cod. Vat. et Voss.; alii εὑρήκασαν aut εὑρήκαμεν.

(12) *Συγκατατιθέσθωσαν.* Ita codex Vatic. cum Voss. Editi omnes præter Oxon. συγκατιθέσθωσαν. Mox Angl. ἀσμένως.

(13) *Ἄλλως.* Ducæus ἄλλος, atque ita legendum monet editor Oxon.

(14) *Μεταβάλλουσιν.* Ita edit. Oxon., codd. Vat., Angl. habent μεταλαμβάνουσιν. Aliæ editiones μεταβάλλουσαν. Legendum etiam monet eruditus editor Oxon. εἰ δὲ ἀντισπῶσι, atque ita videtur legisse interpres. Sed postulat sententiæ series, ut ex duabus periodis una fiat, et voculam post ὁμολογῶ aut redundare dicamus, aut legamus ὁμολογῶ γε. Hæc enim est Hermiæ sententia: Si quid veri invenerunt, libenter eis obtemperabo. Sed si animum divellunt ac trahunt alius in aliam naturam... fateor me crebram rerum conversionem moleste ferre. Frustra Thomas Gale legendum putat ἄλλην δὲ ἐξ D ὕλης, pro ὕλην δὲ ἐξ ὕλης.

(15) *Παλιῤῥοίᾳ.* Sic cod. Ottobon. et Voss. et Fronto Duc. et editio Oxoniensis; cod. Vat. habet πολυῤῥοίᾳ. Editiones aliæ παλερροίᾳ.

(16) *Ἰχθύν με ποιεῖ.* Hæc non solum dicta videntur in Empedoclem, qui, ut testatur Tertullianus in libro *De anima* cap. 32, dicebat: *Thamnus* et *piscis fui*; sed in ipsum etiam Platonem, qui sub finem *Timæi* hominum genus maxime ineptum et stolidum in pisces mutatum iri fabulatur.

(17) *Πάλιν.* Ita Vatic. et Ottobon. et Voss. Editi πάλαι.

(18) *Λογικά. Θηρία* vocari solent omnes belluæ. At Hermias omne animalis genus sic vocat.

(19) *Εἰ γάρ.* Legendum οἱ γάρ admonuit eruditus edit. Oxon. Codex Vaticanus ὁμογνωμόνως εὑρεῖν.

(20) *Φύσιν.* Hanc vocem addidi ex codd. Angl. et Vat. desumptam; negatio ante ζητοῦσι omnino tollenda, ut observavit eruditus editor Oxon., nisi interrogationis nota ponatur.

Digitized by Google

μὴν Παρμενίδης καὶ ποιητικοῖς (21) ἔπεσιν ἀνακηρύσσει τὴν οὐσίαν ἓν εἶναι, καὶ ἀΐδιον, καὶ ἄπειρον, καὶ ἀκίνητον, καὶ παντὶ (22) ὅμοιον. Πάλιν οὖν εἰς τοῦτο τὸ δόγμα οὐκ οἶδ' ὅπως μεταβάλλομαι· ὁ Παρμενίδης (23) τὸν Ἀναξαγόραν τῆς ἐμῆς (24) ἐξήλασεν. Ἐπειδὰν δὲ ἡγήσωμαι δόγμα ἔχειν ἀκίνητον, Ἀναξιμένης ὑπολαβὼν ἀντικέκραγεν· Ἀλλὰ ἐγώ σοί φημι, τὸ πᾶν ἐστιν ἀήρ, καὶ οὗτος πυκνούμενος καὶ συνιστάμενος ὕδωρ καὶ ἀὴρ (25) γίνεται, ἀραιούμενος δὲ καὶ διαχεόμενος, αἰθὴρ καὶ πῦρ. Εἰς δὲ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἐπανιὼν, ἀὴρ ἀραιός. Εἰ δὲ καὶ πυκνωθῇ, φησὶν (26), ἐξαλλάσσεται. Καὶ πάλιν αὐτῷ τοῦτο (27) μεθαρμόζομαι, καὶ τὸν Ἀναξιμένην φιλῶ.

4. Ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἀντικρυς ἔστηκεν ἐμβριμώμενος, καὶ ἀπὸ τῆς Αἴτνης μέγα βοῶν· Ἀρχαὶ τῶν πάντων ἔχθρα καὶ φιλία, ἡ μὲν συνάγουσα, ἡ δὲ διακρίνουσα· καὶ τὸ νεῖκος αὐτῶν ποιεῖ τὰ πάντα. Ὁρίζομαι δὲ αὐτὰ καὶ ὅμοια, καὶ ἀνόμοια, καὶ ἄπειρα, καὶ πέρας ἔχοντα, καὶ ἀΐδια, καὶ γινόμενα. Εὖγε, ὦ Ἐμπεδόκλεις, ἕπομαί σοι καὶ μέχρι τῶν κρατήρων τοῦ πυρός. Ἀλλ' ἐπὶ θάτερα (28) Πρωταγόρας ἑστηκὼς ἀνθέλκει με, φάσκων· Ὅρος καὶ κρίσις τῶν πραγμάτων ὁ ἄνθρωπος· καὶ τὰ μὲν ὑποπίπτοντα ταῖς αἰσθήσεσίν ἐστι πράγματα, τὰ δὲ μὴ ὑποπίπτοντα οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς εἴδεσι τῆς οὐσίας. Τούτῳ τῷ λόγῳ κολακευόμενος ὑπὸ Πρωταγόρου, τέρπομαι, ὅτι τὸ πᾶν ἢ τὸ πλεῖστον τῷ ἀνθρώπῳ μένει. Ἀλλαχόθεν δέ μοι Θαλῆς τὴν ἀλήθειαν νεύει (29), ὁριζόμενος· ὕδωρ τοῦ παντὸς ἀρχὴν, καὶ ἐκ τοῦ ὑγροῦ τὰ πάντα συνίσταται, καὶ εἰς ὑγρὸν ἀναλύεται, καὶ ἡ γῆ ἐπὶ ὕδατος ὀχεῖται. Διὰ τί τοίνυν μὴ πεισθῶ Θαλῆ τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν Ἰώνων; Ἀλλ' ὁ πολίτης αὐτὸς (30) Ἀναξίμανδρος τοῦ ὑγροῦ πρεσβυτέραν ἀρχὴν εἶναι λέγει τὴν ἀΐδιον κίνησιν, καὶ ταύτῃ τὰ μὲν γεννᾶσθαι, τὰ δὲ φθείρεσθαι. Καὶ δὴ τοίνυν πιστὸς Ἀναξίμανδρος ἔστω.

5. Καὶ μὴν οὐκ εὐδοκιμεῖ Ἀρχέλαος, ἀποφαινόμενος τῶν ὅλων ἀρχὰς θερμὸν καὶ ψυχρόν; Ἀλλὰ καὶ τούτου (31) πάλιν ὁ μεγαλόφωνος Πλάτων οὐχ ὁμολογεῖ, λέγων ἀρχὰς εἶναι Θεὸν καὶ ὕλην καὶ παράδειγμα. Νῦν μὲν καὶ δὴ πέπεισμαι. Πῶς γὰρ οὐ μέλλω πιστεύειν φιλοσόφῳ τῷ τοῦ Διὸς ἅρμα πεποιηκότι; Κατόπιν δὲ αὐτοῦ μαθητὴς Ἀριστοτέλης ἕστηκε, ζηλοτυπῶν τὸν διδάσκαλον τῆς ἁρματοποιίας. Οὗτος ἀρχὰς ἄλλας ὁρίζεται, τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν. Καὶ τὸ μὲν ποιοῦν ἀπαθὲς εἶναι, τὸν αἰθέρα. Τὸ δὲ πάσχον ἔχον ποιότητας τέσσαρας, ξηρότητα, ὑγρότητα, θερμότητα, ψυχρότητα· τῇ γὰρ τούτων εἰς ἄλληλα μεταβολῇ πάντα γίνεται καὶ φθείρεται. Κεκμήκαμεν ἤδη μεταμελόμενοι (32), ἄνω καὶ κάτω

A Parmenides; quorum hic poeticis etiam versibus prædicat, hoc quod sit, unum et æternum, et infinitum, et immobile, et omnino simile esse. Rursus igitur, nescio quo pacto, in hanc opinionem concedo, et Parmenides Anaxagoram animo meo expellit. Postquam autem me firmam habere sententiam existimo, Anaximenes vices excipiens, contrarium vociferatur : Imo dico tibi, universum quod est, id aer est, qui densatus et concretus, aqua fit; sin rarescat et diffundatur, æther et ignis, in suam vero naturam reversus, aer liquidus; sin densetur, inquit, mutatur. Rursus in hanc quoque sententiam transeo, et jam Anaximenem diligo.

4. Empedoclis et plurium aliorum discrepantes sententiæ. — **404** Sed Empedocles contrarius obstat,
B minas jactans, et ab Ætna magnum clamitans : Principia omnium sunt inimicitia et amicitia; quarum hæc congregat, illa dissipat, et earum contentio cuncta facit. Definio autem ea, et similia esse, et dissimilia; et infinita, et extremum habentia; et æterna, et facta. Euge, Empedocles, te sequor, etiam usque ad crateres ignis. Ab altera autem parte stans Protagoras me distrahit, dicens : Terminus et judicium rerum, homo est, et quæ in sensus cadunt, res sunt; quæ vero in eos non cadunt, ne in naturæ quidem formis exsistunt; hoc vero sermone a Protagora delinitus, delector, quod aut omnia, aut certe plurima, homini relinquantur. Aliunde autem Thales veritatem mihi suggerit, statuens : Terra universorum est primordium, et ex humido cuncta
C constant, et in humidum resolvuntur, et terra in aqua fertur. Cur igitur Thaleti non crediderim, Ionum antiquissimo? Verum civis ejus Anaximander æternam illam motionem humido vetustiorem esse dicit, eaque alia oriri, alia interire. Itaque fides Anaximandro adhiberi debet.

5. Cum Archelao pugnat Plato et cum Platone Aristoteles. — Nonne vero celebratur Archelaus? qui universitatis principium esse calidum et frigidum statuit. Sed huic magniloquus Plato non assentitur, qui rerum exordia, Deum, et materiam et exemplar esse dixit. Jam vero persuasum mihi est. Quidni vero? cum philosopho qui Jovis currum etiam fecerit, crediturus sim? A tergo autem stat ejus disci-
D pulus Aristoteles, qui magistrum ob currus fabricationem illam æmulatur. Ille alia principia describit, facere nimirum et pati. Ac id quidem quod faciat, nulla re affici, videlicet ætherem; id vero quod patiatur, quatuor habere qualitates : ariditatem, humiditatem, caliditatem, frigiditatem; hoaliis codd. φῆ. M. cum Wolf. φυσιν.

(21) *Ποιητικοῖς.* Expungendum putat eruditus Oxon. editor. Minus recte, ut M. (Menzel) dicit.

(22) *Παντὶ.* Vel legendum πάντῃ, ut idem monet, vel fortasse πᾶν τι : illud verum est.

(23) *Παρμενίδης.* Legitur in codice Vaticano ὁ Παρμενίδης καὶ τόν. At legendum καὶ ὁ Παρμενίδης.

(24) *Τῆς ἐμῆς.* Recte M. ex cap. 15 supplet γνώμης : Gale διανοίας, Dommerich ψυχῆς.

(25) *Καὶ ἀήρ.* Legendum καὶ γῆ monet eruditus Worthius post Wolf. Hæc verba omisit interpres, ut plane repugnantia.

(26) *Φησὶν.* Ita Vat. et Scileri margo. Editi cum

(27) *Αὐτῷ τοῦτο.* Supple κατά· τούτῳ Gale; π. αὖ τούτῳ M.

(28) *Ἐπὶ θάτερα.* Vat. ἐπὶ θατέρῳ.

(29) *Νεύει.* Mallet μηνύει Thom., Gale. Ante pro μένει recte M. cum Voss. νέμει.

(30) *Αὐτός.* Legend. αὐτοῦ. Worth. Ita et Voss., Wolf., M.

(31) *Τούτου.* Idem legendum monet τούτῳ.

(32) *Μεταμελόμενοι.* Melius multo μεταβαλόμενοι, ut observat Gale, M. ex Voss. μεταμελλόμενοι dedit μεταβαλλόμενοι.

Digitized by Google

rum enim mutua inter se mutatione omnia et oriri et interire. Defatigatus jam sum, sursum ac deorsum opinionibus jactatus. Verum Aristotelis sententiæ stabo, neque ulla amplius sententia tumultum mihi concitabit.

A τοῖς δόγμασι, πλὴν ἔτι γε (33) τῆς Ἀριστοτέλους γνώμης στήσομαι, καὶ μηκέτι μοι μηδὲ εἷς λόγος ὀχλείτω.

6. *Pherecydis et Leucippi, Democriti et Heracliti pugnæ.* — Sed quid agam? nam senes his vetustiores, animi mei nervos incidunt : Pherecydes, qui principia esse dixit, Jovem, Tellurem et Saturnum; Jovem ætherem, Tellurem terram, Saturnum tempus. Ac ætherem quidem producere, terram autem ferre; tempus vero esse, in quo fiant omnia. At inter senes illos etiam est æmulatio. Etenim hæc omnia Leucippus nugas esse existimans, primordia esse dicit, infinita et immobilia et minima : et subtilia quidem sursum elata, ignem et aerem fieri; B crassa autem infra subsistentia, aquam ac terram. Quousque tandem talia edoceor, veri tamen nihil addisco? Nisi Democritus ab hoc errore me liberet, demonstrans, initia esse id quod sit, et id quod non sit; ac id quod sit, esse plenum; quod vero non sit, esse vacuum; plenum autem in vacuo omnia vel conversione, **405** vel figura efficere. Fortassis autem bono Democrito assentirer, et una cum eo ridere vellem, nisi a sententia me deduceret Heraclitus simul et plorans, et dicens : Universorum exordium est ignis; duæ autem ipsius affectiones, raritas et densitas, quarum altera facit, altera patitur; altera coagmentat, altera separat. Abunde jam satur sum, atque etiam tot principiis C inebriatus. Sed et illinc Epicurus me adhortatur, ut nequaquam pulchram suam de atomis et de vacuo opinionem contumelia afficiam; nam horum multiplici et multiformi complexione cuncta et oriri et interire.

6. Ἀλλὰ τί δὴ τὰ (34) πάθοιμ' ἄν; νευροκοποῦσι γάρ μου τὴν ψυχὴν ἀρχαιότεροι τούτων γέροντες· Φερεκύδης μὲν ἀρχὰς εἶναι λέγων Ζῆνα, καὶ Χθονίην. καὶ Κρόνον· Ζῆνα μὲν τὸν αἰθέρα, Χθονίην δὲ τὴν γῆν, Κρόνον δὲ τὸν χρόνον. Ὁ μὲν αἰθὴρ τὸ ποιοῦν, ἡ δὲ γῆ τὸ πάσχον, ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὰ γινόμενα. Ζηλότυποι (35) τοίνυν τῶν γερόντων πρὸς ἀλλήλους. Ταῦτα γάρ τοι πάντα ὁ Λεύκιππος λῆρον ἡγούμενος, ἀρχὰς εἶναί φησι τὰ ἄπειρα, καὶ ἀκίνητα (36), καὶ ἐλάχιστα· καὶ τὰ μὲν λεπτομερῆ, ἄνω χωρήσαντα, πῦρ καὶ ἀέρα γενέσθαι· τὰ δὲ παχυμερῆ, κάτω ὑποστάντα, ὕδωρ καὶ γῆν. Μέχρι ποῦ τὰ τοσαῦτα διδάσκομαι, μηδὲν ἀληθὲς μανθάνων; Πλὴν εἰ μήτι γε Δημόκριτος ἀπαλλάξει με τῆς πλάνης, ἀποφαινόμενος ἀρχὰς τὸ ὂν, καὶ τὸ μὴ ὄν· καὶ τὸ μὲν ὂν πλῆρες, τὸ δὲ μὴ ὂν κενόν· τὸ δὲ πλῆρες ἐν τῷ κενῷ τροπῇ, ἢ ῥυθμῷ ποιεῖ τὰ πάντα· ἴσως ἂν πεισθείην τῷ καλῷ Δημοκρίτῳ, καὶ βουλοίμην ἂν σὺν αὐτῷ γελᾷν, εἰ μὴ μεταπείθοι μὲν[a] Ἡράκλειτος, κλαίων ὁμοῦ καὶ λέγων· Ἀρχὴ τῶν ὅλων τὸ πῦρ· δύο δὲ αὐτοῦ πάθη, ἀραιότης καὶ πυκνότης, ἡ μὲν ποιοῦσα, ἡ δὲ πάσχουσα· ἡ μὲν συγκρίνουσα, ἡ δὲ διακρίνουσα. Ἱκανῶς ἔχει μοι, κἂν ἤδη μεθύω ταῖς τοσαύταις ἀρχαῖς. Ἀλλά με παρακαλεῖ κἀκεῖθεν Ἐπίκουρος, μηδαμῶς ὑβρίσαι τὸ καλὸν αὐτοῦ δόγμα, τῶν ἀτόμων καὶ τοῦ κενοῦ· τῇ γὰρ τούτων συμπλοκῇ πολυτρόπῳ καὶ πολυσχηματίστῳ τὰ πάντα γίνεται καὶ φθείρεται.

7. *De Cleanthe et de iis qui verum negant comprehendi.* — Non contradico tibi, Epicure, vir optime; sed Cleanthes, capite e puteo elato, sententiam tuam deridet. Itaque et ipse vera principia haurio, Deum nimirum et materiam : ac statuo, terram in aquam migrare, aquam in aerem; efferri aerem, ignem ad terræ proxima accedere; animum autem per totum mundum penetrare, cujus partem aliquam nos adeptos animari. Cum autem horum tantus sit numerus, alia mihi multitudo ex Libya affluit, D Carneades et Clitomachus, eorumque sectatores, qui omnium aliorum placita conculcant, ipsi vero plane pronuntiant, universa incomprehensa esse, et veritati semper falsam quamdam imaginationem esse proximam. Quid igitur agam post tanti temporis ærumnas? quo pacto tot opiniones ex animo meo effundam? Si enim nihil comprehendi potest, ve-

7. Οὐκ ἀντιλέγω σοι, βέλτιστε ἀνδρῶν Ἐπίκουρε· ἀλλ' ὁ Κλεάνθης, ἀπὸ τοῦ φρέατος ἐπάρας τὴν κεφαλὴν, καταγελᾷ σου τοῦ δόγματος, καὶ αὐτὸς ἀνειμῶ (37) τὰς ἀληθεῖς ἀρχὰς, Θεὸν καὶ ὕλην· καὶ τὴν μὲν γῆν μεταβαλεῖν εἰς ὕδωρ, τὸ δὲ ὕδωρ εἰς ἀέρα, τὸν δὲ ἀέρα φέρεσθαι, τὸ δὲ πῦρ εἰς τὰ περίγεια χωρεῖν, τὴν δὲ ψυχὴν δι' ὅλου τοῦ κόσμου διήκειν, ἧς μέρος μετέχοντας ἡμᾶς ἐμψυχοῦσθαι. Τούτων τοίνυν (38) τοσούτων ὄντων, ἄλλο μοι πλῆθος ἀπὸ Λιβύης ἐπιῤῥεῖ, Καρνεάδης καὶ Κλιτόμαχος (39), καὶ ὅσοι τούτων ὁμίληται, πάντα τὰ τῶν ἄλλων δόγματα καταπατοῦντες, αὐτοὶ δὲ ἀποφαινόμενοι διαῤῥήδην ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πάντα, καὶ ἀεὶ τῇ ἀληθείᾳ φαντασίαν ἀεὶ[a] παρακεῖσθαι ψευδῆ. Τί τοίνυν πάθω τοσούτῳ χρόνῳ ταλαιπωρήσας; πῶς δέ μου τῆς γνώμης ἐκχέω τὰ τοσαῦτα δόγματα; Εἰ γὰρ μηδὲν εἴη καταληπτὸν, ἀλήθεια μὲν ἐξ ἀνθρώπων οἴχεται, ἡ δὲ

[a] Leg. *μεταπείθοι με.* [a] Del. *ἀεί.* « Cave facias. Emendes, sodes, καὶ δὴ τῇ — ἀεί. » Nolte.

(33) *Ἔτι γε.* Legendum ἐπί γε idem observat.
(34) *Τί δὴ τά.* Leg. δῆτα.
(35) *Ζηλότυποι.* Vat. et Angl. ζηλοτυπεῖ. Mallet Thom. Gale ζηλοτυπία.
(36) *Ἀκίνητα.* Idem ἀεικίνητα, quod multo aptius.
(37) *Ἀνειμῶ.* Angl. ἀνιμῶν. Legendum ἀνιμῶ. Iidem vocem ἀρχάς suppeditant editio Basil. et duo codices mss. Legitur etiam in Oxon.
(38) *Τοίνυν.* Hanc etiam vocem habent iidem codices cum Voss. Deerat in editis.
(39) *Κλιτόμαχος.* Legendum Κλειτόμαχος admonuit Thom. Gale.

Digitized by Google

ὑμνουμένη φιλοσοφία σκιομαχεῖ μᾶλλον ἢ τὴν τῶν ὄντων ἐπιστήμην ἔχει.

ritas facessit ab hominibus, et celebrata philosophia umbras potius consectatur, quam rerum scientiam comprehensam habet.

8. Ἄλλοι τοίνυν ἀπὸ τῆς παλαιᾶς φυλῆς, Πυθαγόρας καὶ οἱ τούτου συμφυλέται, σεμνοὶ καὶ σιωπηλοί, παραδιδόασιν ἄλλα μοι δόγματα, ὥσπερ μυστήρια, καὶ τοῦτο δὴ τὸ μέγα καὶ ἀπόῤῥητον τὸ ΑΥΤΟΣ ΕΦΗ· Ἀρχὴ τῶν πάντων ἡ μονάς· ἐκ δὲ τῶν σχημάτων αὐτῆς καὶ ἐκ τῶν ἀριθμῶν τὰ στοιχεῖα γίνεται. Καὶ τούτων ἑκάστου τὸν ἀριθμὸν, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ μέτρον οὕτω πως ἀποφαίνεται· Τὸ μὲν πῦρ ὑπὸ τεσσάρων καὶ εἴκοσι τριγώνων ὀρθογωνίων συμπληροῦται, τέσσαρσιν ἰσοπλεύροις περιεχόμενον. Ἕκαστον ἰσόπλευρον σύγκειται ἐκ τριγώνων ἓξ· ὅθεν δὴ καὶ πυραμίδι προσεικάζουσιν αὐτό. Ὁ δὲ ἀὴρ ὑπὸ τεσσαράκοντα ὀκτὼ τριγώνων συμπληροῦται περιεχόμενον ἰσοπλεύροις ὀκτώ· εἰκάζεται δὲ ὀκταέδρῳ, ὃ περιέχεται ὑπὸ ὀκτὼ τριγώνων ἰσοπλεύρων, ὧν ἕκαστον εἰς ἓξ ὀρθογώνια διαιρεῖται, ὥστε γίνεσθαι τεσσαράκοντα ὀκτὼ τὰ πάντα. Τὸ δὲ ὕδωρ (40), ὑπὸ ἑκατὸν εἴκοσι περιεχόμενον· εἰκάζεται δὲ εἰκοσαέδρῳ, ὃ δὴ συνέστηκεν ἐξ ἴσων καὶ ἰσοπλεύρων τριγώνων εἴκοσι· ς' δὲ κρη'.... Ὁ δὲ αἰθὴρ συμπληροῦται δώδεκα πενταγωνίοις ἰσοπλεύροις, καὶ ὁμοιός ἐστι δωδεκαέδρῳ. Ἡ γῆ συμπληροῦται ἐκ τριγώνων μὲν η' καὶ μ', περιέχεται δὲ καὶ τετραγώνοις ἰσοπλεύροις ἓξ· ἔστι δὲ ὁμοία κύβῳ. Ὁ γὰρ κύβος ὑπὸ ς' τετραγώνων περιέχεται, ὧν ἕκαστον εἰς δ' τρίγωνα· ὥστε γίνεται τὰ πάντα κδ'.

8. *Pythagoras omnia ex numeris componit.* — Jam vero alii ex antiqua tribu, Pythagoras et tribules ejus, graves et taciturni, alias mihi opiniones, quasi quædam mysteria tradunt, atque etiam illud magnum et arcanum, IPSE DIXIT : Omnium initium est unitas, e cujus figuris et numeris elementa fiunt. Atque eorum cujuslibet numerum, formam et mensuram ita demonstrat : Ignem quatuor et viginti triangulis rectangulis perfici, et quatuor æquis lateribus contineri. Unumquodque autem æquilaterum sex triangulis rectangulis constare; unde etiam eum pyramidi assimilant. Aerem autem octo et quadraginta rectis triangulis impleri, et æqualibus lateribus octo contineri. Æquiparari autem figuræ octonorum sessuum, quæ octo triangulis æqualium laterum contineatur, quorum singula in sex rectos angulos dividantur. Itaque anguli omnes fiunt octo et quadraginta. Aquam autem centum et viginti contineri, et comparari figuræ viginti sessuum, quæ ex æqualibus constat, et triangulis æquorum laterum sexies viginti . . . . . .

. . Ætherem vero perfici duodecim quinquangulis æqualium laterum, **406** et similem esse figuræ duodecim sessuum. Terram compleri triangulis octo et quadraginta; contineri autem sex triangulis æqualium laterum, et cubo similem esse. Cubum enim sex quadrangulis contineri, quorum singuli quatuor triangulos habeant; ut summatim omnia fiant quatuor et viginti.

9. Τὸν μὲν δὴ (41) κόσμον ὁ Πυθαγόρας μετρεῖ. Ἐγὼ δὲ, πάλιν ἔνθεος γενόμενος, τῆς μὲν οἰκίας καὶ πατρίδος, καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν παιδίων καταφρονῶ, καὶ τούτων οὐκέτι μοι μέλει· εἰς δὲ τὸν αἰθέρα αὐτὸν αὐτὸς ἀνέρχομαι, καὶ τὸν πῆχυν παρὰ Πυθαγόρου λαβὼν, μετρεῖν ἄρχομαι τὸ πῦρ. Οὐ γὰρ ἀπόχρη μετρῶν ὁ Ζεύς· ἀλλ' εἰ μὴ καὶ τὸ μέγα ζῶον, τὸ μέγα σῶμα, ἡ μεγάλη ψυχὴ, αὐτὸς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλθοιμι, καὶ μετρήσαιμι τὸν αἰθέρα, οἴχεται ἡ τοῦ Διὸς ἀρχή. Ἐπειδὰν δὲ (42) μετρήσω, καὶ ὁ Ζεὺς παρ' ἐμοῦ μάθῃ, πόσας γωνίας ἔχει τὸ πῦρ· πάλιν ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνω, καὶ φαγὼν ἐλαίας καὶ σῦκα καὶ λάχανα, τὴν ταχίστην ἐπὶ τὸ ὕδωρ στέλλομαι, καὶ κατὰ πῆχυν καὶ δάκτυλον καὶ ἡμιδάκτυλον μετρῶ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν, καὶ τὸ βάθος αὐτῆς ἀναμετρῶ, ἵνα καὶ τὸν Ποσειδῶνα (43) διδάξω πόσης ἄρχει θαλάσσης.

9. *Absurda cupiditas mundi metiendi.* — Mundum igitur Pythagoras ita metitur. Ego vero rursum numine afflatus, domum, patriam, uxorem, liberos contemno, neque amplius curo; verum in ipsum ætherem ascendo, et cubito a Pythagora sumpto, ignem metiri incipio. Nec enim satis est metiri Jovem; sed nisi etiam ego magnum illud animal, magnum corpus, magnus animus, ipse in cœlum venero, et dimetiar ætherem, interibit Jovis imperium. Ubi mensus fuero, et Jupiter ex me cognoverit, quot angulos habeat ignis, rursus ex cœlo descendo; et olivas comedens, ficus ac olera, quamprimum ad aquam me confero, et per ulnam et digitum et semidigitum, humidam naturam metior et profunditatem ejus supputo, ut Neptunum quoque doceam quantum sit mare, cui imperat. Nam

(40) *Τὸ δὲ ὕδωρ.* Mire mendosa hic omnia in hunc aut similem modum restituantur : Τὸ δὲ ὕδωρ συμπληροῦται ὑπὸ ἑκατὸν εἴκοσι τριγώνων, περιεχόμενον ἴσοις καὶ ἰσοπλεύροις εἴκοσιν· εἰκάζεται δὲ εἰκοσαέδρῳ· ὃ δὴ συνέστηκεν ἐξ ἴσων καὶ ὀρθογωνίων τριγώνων ρκ'. Ὁ δὲ αἰθὴρ ὑπὸ ἑκατὸν εἴκοσι τριγώνων ὀρθογωνίων συμπληροῦται, περιεχόμενον δώδεκα πενταγωνίοις ἰσοπλεύροις, καὶ ὁμοιός ἐστι δωδεκαέδρῳ, ὃ δὲ συνέστηκεν ἐκ τῶν τριγώνων ἑκατὸν καὶ εἴκοσιν. Ἡ γῆ συμπληροῦται ἐκ τριγώνων μὲν η' καὶ μ'· περιέχεται δὲ καὶ τετραγωνίοις ἰσοπλεύροις ἓξ· ἔστι δὲ ὁμοία κύβῳ. Ὁ γὰρ κύβος ὑπὸ ς' τετραγώνων περιέχεται, ὧν ἕκαστον εἰς η' τρίγωνα· ὥστε γίνεται τὰ πάντα η' καὶ μ'. *Aquam autem centum et viginti triangulis impleri, contineri autem æqualibus et æqui lateris viginti, et comparari icosaedro, quod constat ex æqualibus et æquilateris triangulis centum et viginti. Ætherem vero perfici centum et viginti triangulis rectangulis; et contineri duodecim pentagonis æquilateris, ac similem esse dodecaedro, quod constat ex triangulis centum et viginti. Terram constare ex triangulis rectangulis octo et quadraginta, contineri vero quadrangulis æquilateris sex, et assimilari cubo. Cubus enim sex quadrangulis comprehenditur quorum unumquodque dividitur in octo triangula, ut sint omnia simul quadraginta et octo.* WORTH.

(41) *Τὸν μὲν δή.* Angl. τὸν μὲν οὖν.

(42) *Ἐπειδὰν δέ.* Angl. et Vat. ἐπειδὰν δὲ πάλιν

(43) *Τὸν Ποσειδῶνα.* Aruculus ex Vat. et Ottob et Voss. desumptus. Mox καὶ τὴν μ. γ. cum Wolf. M

Digitized by Google

terram quidem universam una die obeo, et numerum ejus colligo, et mensurani, et figuras. Persuasum enim habeo, me ne dodrantem quidem totius mundi prætermissurum, cum talis et tantus sim. Præterea etiam stellarum numerum et piscium et bestiarum novi, et mundo in bilancem imposito, facile pondus ejus possum cognoscere. Hactenus quidem animus meus, his rebus intentus, totius universitatis imperium affectat.

10. *Epicuri mundorum quam absurda peragratio.* — Prospiciens autem Epicurus, mihi ait: Tu quidem, amice, unum duntaxat mundum dimensus es, cum sint multi mundi et infiniti. Itaque denuo dicere cogor multos cœlos, alios ætheres, eosque multos. Age vero non amplius morans comparato paucorum dierum commeatu, Epicuri mundos peragrato. Terminos igitur Tethyn et Oceanum facile transvolo. In novum autem mundum, et quasi in aliam civitatem ingressus, cuncta paucis diebus metior. Illinc iterum transcendo in tertium mundum; postea in quartum, et quintum, et decimum, et centesimum, et millesimum, et quo tandem usque? Omnia enim jam ignorantiæ tenebræ sunt, et nigra fraus et infinitus error, et imperfecta cogitatio, et incomprehensa inscitia; nisi ipsas etiam atomos numerare velim, e quibus tot mundi orti sunt, ut nihil inexcussum prætermittam, præsertim res tam necessarias et utiles, unde et domus et civitatis felicitas pendet. Hæc itaque enarravi, ut contrarietatem, quæ in eorum est opinionibus, patefacerem, et inquisitionem rerum quam suscipiunt, in infinitum vagari, et nullo termino contineri, eorumque finem esse inexplicabilem atque inutilem; quippe qui nulla re evidenti, et oratione perspicua confirmetur.

A Τὴν μὲν γῆν ἅπασαν ἡμέρᾳ μιᾷ (44) παρέρχομαι, συλλέγων αὐτῆς τὸν ἀριθμὸν καὶ τὸ μέτρον, καὶ τὰ σχήματα. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι τοῦ κόσμου πάντα (45) οὐδὲ σπιθαμὴν παρήσω, τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος ὤν. Οἶδα δὲ ἐγὼ καὶ τῶν ἀστέρων τὸν ἀριθμὸν, καὶ τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν θηρίων, καὶ ζυγῷ τὸν κόσμον ἱστὰς, εὐκόλως τὸν σταθμὸν αὐτοῦ δύναμαι μαθεῖν. Ἀμφὶ μὲν δὴ ταῦτα μέχρι νῦν ἐσπούδακεν ἡ ψυχή μου, τῶν ὅλων ἄρχειν.

10. Προσκύψας δέ μοί φησιν Ἐπίκουρος· Σὺ μὲν δὴ (46) κόσμον ἕνα μεμέτρηκας, ὦ φιλότης (47)· εἰσὶ δὲ κόσμοι πολλοὶ καὶ ἄπειροι. Πάλιν οὖν ἀναγκάζομαι εἰπεῖν οὐρανοὺς πολλοὺς, αἰθέρας ἄλλους, καὶ τούτους πολλούς. Ἄγε δὴ μηκέτι μέλλων, ἐπισιτιασάμενος (48) ὀλίγων ἡμερῶν, εἰς τοὺς Ἐπικουρείους B κόσμους ἀποδήμησον. Τὰ μὲν οὖν πέρατα Τηθὺν καὶ Ὠκεανὸν εὐκόλως ὑπερίπταμαι. Εἰσελθὼν δὲ εἰς κόσμον καινὸν, καὶ ὥσπερ εἰς ἄλλην πόλιν, μέτρῳ τὰ πάντα ὀλίγαις ἡμέραις. Κἀκεῖθεν ὑπερβαίνω πάλιν εἰς κόσμον (49)· εἶτα εἰς τέταρτον, καὶ πέμπτον, καὶ δέκατον, καὶ ἑκατοστὸν, καὶ χιλιοστὸν (50), καὶ μέχρι ποῦ; Ἤδη γάρ μοι σκότος ἀγνοίας ἅπαντα, καὶ ἀπάτη μέλαινα, καὶ ἄπειρος πλάνη, καὶ ἀτελὴς φαντασία, καὶ ἀκατάληπτος ἄγνοια· πλὴν εἰ μέλλων (51) κατὰ τὰς ἀτόμους αὐτὰς ἀριθμεῖν, ἐξ ὧν οἱ τοσοῦτοι κόσμοι γεγόνασιν, ἵνα μηδὲν ἀνεξέταστον παραλείπω· μάλιστα τῶν οὕτω (52) ἀναγκαίων καὶ ὠφελίμων ἐξ ὧν οἶκος καὶ πόλις εὐδαιμονεῖ (53). Ταῦτα μὲν τοίνυν διεξῆλθον, βουλόμενος δεῖξαι τὴν ἐν τοῖς δόγμασιν οὖσαν αὐτῶν ἐναντιότητα, καὶ ὡς εἰς ἄπειρον αὐτοῖς C καὶ ἀόριστον πρόεισιν ἡ ζήτησις τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ τέλος αὐτῶν ἀτέκμαρτον, καὶ ἄχρηστον, ἔργῳ μηδενὶ προδήλῳ καὶ λόγῳ σαφεῖ βεβαιούμενον.

(44) *Μιᾷ.* Deerat in editionibus Parisiensibus.
(45) *Πάντα.* Melius fortasse παντός.
(46) *Σὺ μὲν δή.* Vat. σὺ δέ μοι.
(47) *Ὦ φιλότης.* Sic emendatum ope codicis Vaticani. Ducæus ὦ φιλότα. Aliæ editiones ὦ φιλότη.
(48) *Ἐπισιτιασάμενος.* Codex Anglicanus ἐπισιτισάμενος. Cf. Dorville ad Charis. pag. 121.
(49) *Εἰς κόσμον.* Supplet τρίτον interpres: εἰς γ' κοσ. Voss., Wolf., Seiler.
(50) *Καὶ χιλιοστόν.* Hæc decrant in editionibus Parisiensibus.
(51) *Μέλλων.* Codex Angl. et Voss. μέλλω. Legendum esse καὶ τὰς ἀτόμους admonuit eruditus Worth.
(52) *Οὕτω.* Duo nostri codices mss. οὕτως. Ita et Voss.
(53) Ita em. Wolf. pro vulgato εὐδαιμονᾷ· antea καί ante ὠφελ. abest ab edit. Wittenberg.

Digitized by Google

APPENDIX

COMPLECTENS

Spuria Justini opera, Acta martyrii ejusdem, atque etiam ex Justini, Tatiani ac Theophili operibus deperditis fragmenta.

—

PARS PRIMA

S. JUSTINI OPERA SPURIA

ADMONITIO IN EPISTOLAM AD ZENAM ET SERENUM

—

407 *Epistolam ad Zenam et Serenum Scultetus inter opera Justini minime dubia numerat. Grabius* (*Spicileg. t. III, p.* 166) « *quæ adversus hanc epistolam moventur dubia, leviora esse fatetur ac prolixe discussa a Tentzelio. Quibus, inquit, vix habeo quod opponam vel addam.* » *Halloixius* (*Vit. Justini, p.* 284) *et Tillemontius* (*tom. II, p.* 699) *hoc opus S. martyri prorsus abjudicant, ac Justino cuidam, qui sub Heraclio monasterium S. Anastasii prope Hierosolymam rexit, attribui posse conjiciunt. Utrum abbas ille hanc epistolam vere scripserit, an alius nobis quærendus sit illius parens, tota res in conjecturis posita. At illud certis exstat argumentis, nec Justini martyris esse hoc monumentum, et ad homines in monasterio degentes scriptum esse.*

Scriptores antiqui, qui S. martyris opera enumeraverunt, de epistola ad Zenam et Serenum omnino tacent. Notior eis non fuit epistola ad Papam et alia ad eos qui præsunt, quas auctor epistolæ ad Zenam et Serenum scripsisse se testatur. Itaque omnes tribuendæ essent Justino martyri, si vel una tribueretur.

Si interiores dijudicandi notas quærimus, nihil habet epistola ad Zenam et Serenum, quod cum Justini stylo, nihil quod cum illis temporibus quadret. Monastica instituta prorsus redolent quæ de cura puerorum gerenda, quos nemo nescit in monasteriis educari solitos fuisse, præcipue vero quæ de fovendis ægrotantibus et de labore manuum leguntur n. 19. « *Cura puerorum gerenda, inquit auctor epistolæ, quia talium est regnum cœlorum. Ægrotantes non negligendi, nec dicendum : Ministrare non didici.* » *Quis non agnoscat antiquum monasteriorum morem, cum sibi invicem fratres ea in morbis officia exhiberent, quæ a famulis exhiberi solent ? De labore manuum :* « *Vitiosus pudor est vereri, ne quis forte, quia manibus nostris laboramus, miseros nos et auxilio destitutos existimet.* » *Vitiosum cœnobitam notat, n.* 14, *ubi sic loquitur :* « *Qui talis non est, extra regulam ipsi præscriptam currit, et quia ordinem non servavit, præmio caret. Atque etiamsi admodum laboriose auxilium a generosis athletis acceperit, et cibi et potus ac vestis particeps fuerit, nihilo magis coronabitur.* »

Observat Tillemontius unum ex præstantissimis viris, qui sæculo decimo septimo floruerunt, « *deprehendisse reliquias quasdam Semipelagianismi* » *in hac ad Zenam et Serenum epistola. Mirum id mihi videtur, qui quo attentius epistolam lego, eo minus vestigia erroris animadverto. Non illic quidem exstant magnifica, ut apud Justinum et in epistola ad Diognetum, de Christi gratia testimonia; at profecto nihil reperias, ex quo auctor epistolæ, itidem ut Semipelagiani, sensisse videatur initium fidei non esse gratuitum Dei donum. Beatitudinem æternam divinæ liberalitatis munus esse declarat hæc epistolæ clausula :* « *Dominus autem gloriæ det vobis omnibus, honoris et requiei cum omnibus electis esse participes. Hujus etiam gratiæ sit cum omnibus vobis.* » *Paulo ante dixerat :* « *Precandum quotidie ut sermone divites simus et opere potentes.* » *Initio hortatur Zenam et Serenum,* « *ut amici veritatis sint et perfectionem virtutis cœlestis excipientes, quod consentaneum est voluntati Patris sæculorum,* **408** *id agant.* » *Et n.* 4 : « *Caro enim prorsus sumus, nec boni quidquam in nobis habitat. Advocandus ergo ad curandum medicus.* » *Plura non videntur requirenda ut suspicio, quæ sua sponte argumentis caret, ab hoc scriptore propulsetur.*

Commemoratis duabus epistolis jam antea scriptis, quarum prima erat ad Papam, altera ad eos qui præsunt ; quid sibi in hac tertia propositum sit, breviter edisserit (*n.* 1). *Hortatur* (*n.* 2) *ad fugam iracundiæ, pacis studium et lenitatem in objurgando. Tranquillitas maxime servatur tolerandis aliorum vitiis et prompto ad reconciliationem animo* (*n.* 3). *Magnæ in loquendo adhibendæ cautiones* (*n.* 4). *Moderatio in omni victu cultuque servanda, nec quidquam valde humile exquirendum, nec rursus magnificentia expetenda* (*n.* 5). *Vituperantur* (*n.* 6) *qui de se semper detrahi putant ac discordias excitant. Decorum in omnibus tenendum* (*n.* 7). *Caute cum mulieribus colloquendum* (*n.* 8). *Nemo lædendus ; monita libenter suscipienda ; jactantia fugienda* (*n.* 9). *Aperta arrogantia et ficta lenitas et alia ejusmodi vitia quibusnam indiciis cognoscuntur a peritis* (*n.* 10). *Deambulationes et colloquia non eo spectare debent* (*n.* 11), *ut consilia aliis perniciosa ineantur ; dissimulanda interdum aliorum peccata, quæ qui iracundius reprehendunt, sæpe semetipsos condemnant.*

Ebrietas fugienda et ingluvies (*n.* 12, 13). *Divitiis præferenda paupertas* (*n.* 14). *Quam caute cum mulieribus agendum sit, ex earum artificiis demonstratur* (*n.* 15). *Quænam proximi uxor intelligenda* (*n.* 16). *Infantium et infirmorum cura, labor manuum, paratus ad omnem eventum animus ac soli virtuti intentus commendantur* (*n.* 17, 18, 19).

Digitized by Google

EPISTOLA AD ZENAM ET SERENUM.

Justinus Zenæ et Sereno fratribus salutem.

1. *Epistolæ auctor duas alias a se scriptas commemorat.*—De institutione, qua nonnulli præter rationem præoccupati sunt, ac de inutili disciplina, quam secundum hominum traditionem acceperunt qui similia Pharisæis sentiunt et faciunt, quam accuratissime in epistola ad Papam edisserui. Ne autem videar totus esse in objurgando, atque ut salutares ansas præbeam his, qui præclare se habere volunt, etsi id in epistola ad eos qui præsunt admodum, ut equidem existimo, diligenter exsecutus sum, non tamen gravatus sum ad vos etiam scribere, ut cognoscatis puerile nonnullorum vivendi genus. Nam eorum qui consentanee rationi non vivunt, agendi rationem cognoscere, pro disciplina est his, qui dant operam, ut in eadem vitia non labantur. Ac vos quidem laudandi estis, quod prompto et præparato animo virtutem colatis. Sed quia hujus mundi vicissitudinibus, dum ad eum trahimur, mens nostra turbatur, quam ob causam Salvator, cum et se et nos de mundo non esse dicit, ab illius commercio deterret; auctor vobis sum ut amici veritatis sitis, ac perfectionem virtutis cœlestis excipientes, quidquid consentaneum est voluntati Patris sæculorum, illud faciatis, et a contentione et æmulatione mundana longe fugiatis.

409 2. *De iracundiæ fuga, pacis studio et lenitate in objurgando.* — Sibi enim ipse adversatur quisquis irascitur, ac animi contentionis vitium in seipsum verti solet. Nonnullos profecto novimus, qui quam ob causam irascantur proximis, a quibus molestiæ illis aliquid accidit, omnino nesciant, seque ipsos peredant et crucient. Qui ergo nobis adversari instituit, in hunc nihil aspere dicendum, sed sedata mente et imperturbato animo hoc tantum : Nunquam ita viribus valebis, ut me animi proposito dejicias. Debemus etiam pacis cum adversariis esse studiosi, nec iracundiæ pertinacia abrepti dicere, nunc quidem : Tali sum indole, nec

A Ἰουστῖνος (1) Ζήνᾳ καὶ Σερήνῳ τοῖς ἀδελφοῖς, χαίρειν.

1. Περὶ μὲν τῆς κατὰ πρόλημμά (2) τινων ἀλογίστου παιδείας, μαθήσεώς τε ἀνωφελοῦς, κατὰ παράδοσιν ἀνθρώπων κληρονομηθείσης ὑπὸ τῶν τὰ ὅμοια τοῖς Φαρισαίοις νοούντων τε καὶ πραττόντων, ἐν τῇ πρὸς Πάπαν (3) ἐπιστολῇ μετὰ πάσης ἀκριβείας ἐξεθέμην. Ἵνα δὲ μὴ πάνυ μεμπτικὸς εἶναι δόξαιμι, παρέχοιμι δὲ καὶ λαβὰς (4) σωτηρίους τοῖς βουλομένοις εὖ πράττειν, ἐν τῇ γραφείσῃ πρὸς ἄρχοντάς μοι, λίαν ἐπιμελῶς, ὡς ἐγὼ νομίζω, συντάξας· οὐκ ὤκνησα καὶ ὑμῖν ἐπιστεῖλαι, χάριν τοῦ γινώσκειν ὑμᾶς τὰς παιδαριώδεις τινῶν πολιτείας. Τὸ γὰρ εἰδέναι τῶν μὴ κατὰ λόγον πολιτευομένων τὰς ἀναστροφὰς, σωφρονίζει τοὺς μὴ ἐμπίπτειν εἰς τὰ ὅμοια σπεύδοντας. Ὑμᾶς B μὲν οὖν καλῶς ἔχει, τὰ ἐκ παρασκευῆς ἀνδραγαθεῖν. Ἀλλ' ἐπεὶ (5) τοῦ νῦν αἰῶνος ταῖς περιφοραῖς (6) τὰ τῆς γνώμης ἡμῶν συνταράττεται κατασπωμένων εἰς τὸν κόσμον· ὅθεν ὁ Σωτὴρ οὐκ εἶναι λέγων ἑαυτὸν καὶ ἡμᾶς τούτου (7), τῆς πρὸς τοῦτον κοινωνίας ἀπέστρεψε, συμβουλεύων ἡμῖν φίλους τῆς ἀληθείας γίνεσθαι, καὶ τὸ ἀποτέλεσμα τῆς ἐν οὐρανοῖς δυνάμεως καταδεχομένους, πᾶν τὸ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς τῶν αἰώνων ἀπαρτίζειν, μάχης τε καὶ ζηλοτυπίας κοσμικῆς μακρὰν ἱστασθαι.

2. Διαφέρεται γὰρ ἑαυτῷ πᾶς ὁ ὀργιζόμενος, καὶ τὸ τῆς θυμομαχίας εἶδος εἰς ἑαυτὸν καταντᾷν εἴωθεν. Ἤδη γοῦν τινας ἴσμεν ἐφ' οἷς ἂν κινηθῶσι τῶν πλη- C σίον (8), δι' οὓς τὰ τῆς λύπης αὐτοῖς ἀποβέβηκε, μηδὲν εἰδότας, ἑαυτοὺς δὲ ἐσθίοντας καὶ ὀδυνῶντας. Ῥητέον οὖν πρὸς τὸν ἐναντιοῦσθαι πειρώμενον χαλεπὸν μηδὲν, καθεσταμένῃ δὲ τῇ γνώμῃ, καὶ ἀταράχῳ τῇ διαθέσει, τοσοῦτον· Οὐχ οὕτως ἔσται σου τὸ τῆς ἰσχύος δυνατὸν, ἵνα μου κινήσῃς τὴν προαίρεσιν. Προνοητέον δὲ καὶ τῆς πρὸς τοὺς διαφερομένους εἰρήνης, καὶ μὴ τῷ δόγματι τῆς ὀργῆς συναποφερομένους λέγειν, ποτὲ μέν· Φύσεώς εἰμι τοιαύτης, καὶ οὐ δύναμαι μὴ ὀργίζεσθαι· ποτὲ δὲ, καὶ τῆς

(1) *Ἰουστῖνος*. Sic habetur hic titulus in Regio primo. Editi τοῦ αὐτοῦ Ἰουστίνου.

(2) *Πρόλημμα*. Clarom. 2 *πρόβλημα*.

(3) *Πάπαν*. Episcopum hac voce designari existimat Langus, cui parum aberat quin Sylburgius refragaretur propter omissionem articuli; sed fatetur sæpe articulum in ejusmodi locis omitti. Nihil vetat cur proprium hominis nomen esse ducamus. Sic apud Basilium ep. 120 et 121, Papa nomen est viri opibus et auctoritate præditi. Auctor hujus epistolæ duas alias a se antea scriptas commemorat. In prima, quæ erat ad papam, carpebat pravas consuetudines; in altera ad eos qui præsunt, non totus erat in carpendo et objurgando, sed simul salutares ansas præbebat his qui recte vivere volunt. Idem ei propositum in hac tertia epistola; nimirum ita insectari nonnullorum vitia, ut simul eos, qui recte vivere volunt, salutaribus præceptis juvet.

(4) *Καὶ λαβάς*. Deerat conjunctio in Regio 2. Sed alia manu supra lineam apposita fuit.

(5) *Ἐπεί*. Wolfius a Sylburgio citatus legendum D existimabat ἔτι, sed totum hunc locum sanare conatus sum legendo infra, συμβουλεύω ὑμῖν.

(6) *Περιφοραῖς*. Reg. 1, *παραφοραῖς*.

(7) *Καὶ ἡμᾶς τούτου*. Ita duo Regii codices et uterque Clarom. Editi τούτου καὶ ἡμᾶς. Respicit ad hæc Christi verba : *De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo*, Joan. XVII, 16.

(8) *Ἐφ' οἷς ἂν κινηθῶσι τῶν πλησίον*. Vel legendum κατὰ τῶν πλησίον, vel subintelligendum ἁμαρτήμασι. *Nonnullos novimus, qui ob quæ proximi delicta irascantur, omnino nesciant.*

Digitized by Google

κοινωνίας κατὰ τὴν εὐχὴν ἀποχωρεῖν. Τὸ μὲν γὰρ ἔτι κατὰ φύσιν βιοῦν οὐδέπω πεπιστευκότος ἐστί· τὸ δὲ ζηλοτυπεῖν διὰ φθόνον μακρὰν τῆς ἀληθείας ἱσταμένου. Παιδευτέον οὖν πάντα ὀντινοῦν ἀμνησικάκως, μὴ κατεπιτηδεύοντας (9) τὴν νουθεσίαν. Ἤδη δέ τινας ἴσμεν, κατὰ τὸ σαρκικὸν (10) ἐν προκοπῇ γινομένους, ἔλκοντας πρὸς τὴν ἑαυτῶν ὀργὴν τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ βουλομένους ἐφαρμόζειν τῷ δόγματι τῆς καταφορᾶς αὐτῶν τὰ λόγια τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· οἷς εἰ ἀποβεβήκει τὸ δύνασθαι ἐν γεέννῃ παραδιδόναι τινὰς, καὶ ὁ κόσμος ἂν ὅλος ὑπ' αὐτῶν κατηνάλωτο· πλὴν, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, καὶ κατακρίνουσι, καὶ τοῦ πυρὸς τὰς καμίνους ἀνοίγουσι. Διὰ τοῦτο μὴ ὦμεν ἡμεῖς τοιοῦτοι. Καὶ ἔτι γνώμην ὑμῖν δίδωμι, βλέπειν ἃ προσήκει θεωρεῖν, καὶ παιδεύειν τὸν πλησίον, ὡς δέον ἐστὶν αὐτόν τινα πρῶτον μελετήσαντα πολλάκις τὸ ὑπονοούμενον, μή τι ἄρα ψευδοδοξεῖ (11)· καὶ εἰ δόξειεν εὖ φρονεῖν, νουθετεῖν τότε μέχρις ἂν ἢ πεισθῇ ταῖς συμβουλίαις, ἢ αὐτὸς αὐτὸν κατάφωρον ποιήσῃ.

3. Παρέχεσθαι δ' ἡμῖν ἀταραξίαν πολλὴν δύναται, τὸ μὴ κατεπιτηδεύειν πρωτείων ἀπολαύειν, μηδ', εἰ βούλοιντό τινες εἶναι τοιοῦτοι, λυπεῖσθαι· παραχωρεῖν δὲ τοῖς ἐγκρίνουσιν ἑαυτοὺς ἐφ' ἅπερ ὁ Σωτὴρ τοὺς πιστεύοντας οὐ προσκέκληκε. Πρὸς δὲ τὸν κεκραγότα σωπητέον, καὶ τὸν οἰόμενον περιγεγονέναι τινὸς καταγελαστέον, μὴ ὑπὸ κενοδοξίας ματαίας ἀγόμενον διὰ τοὺς παρόντας καὶ ἀκούοντας, ταῖς τῶν λόγων ἀνθυποφοραῖς ἐπίσης καὶ αὐτὸν (12) τὴν ἐπανάστασιν κρατύνειν. Λογιζέσθω μὲν γὰρ ὁ καλῶς ἀποφαινόμενος (13) ὅτι καὶ ἠδίκησε (14), καὶ ἀντειπεῖν οὐκ ἠθέλησα, ἢ οὐκ ἐτόλμησα. Παρείη δέ μοι διὰ τὴν ἀγαθὴν συνείδησιν εὐφρασία καὶ ἀνάπαυσις. Ὁ τε ἀδικῶν (15) μὴ ὑπερηφανευέσθω (16) πείθειν τὸν ἀδελφόν· καὶ ὁ νουθετούμενος μὴ ὀργιζέσθω, παρακαλείτω δὲ αὐτὸς τὸν οἰκεῖον. Συναντᾷν γὰρ ἑαυτοῖς προσήκει τοὺς δύο, πρὸς τὴν εἰρήνην κατάγεσθαι σπεύδοντας· ὅτι καὶ ὁ πατὴρ τῷ μετανοήσαντι συναντήσας υἱῷ φαίνεται, καὶ οὐ περιμείνας, ἀνθυπενεγκὼν δὲ ἑαυτὸν πρὸς τὴν ἐκείνου μετάνοιαν. Χρηστότης γὰρ ἡ κατὰ πίστιν ἑκατέροις ἐργάζεται τὴν εἰρήνην· καὶ ὁ μὲν ἀδικήσας πείθει διὰ τὴν ἁμαρτίαν τὸν φίλον, ὁ δὲ ἀδικηθεὶς μετανοήσει καὶ αὐτὸς, ὅτι πρὸς τὸν οἰκεῖον ὠργίσθη. Πάσης οὖν ἐπιθυμίας καὶ ὀρέξεως σαρκικῆς ἐκτὸς εἶναι δεῖ τὸν πιστόν· λῃστεύει γὰρ ὁ μὴ τοιοῦτος, καὶ τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ἱεροσυλεῖ, καὶ, ἵνα τολμηρότερον εἴπωμεν, ἐκβάλλει τὸν Θεὸν αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ· καὶ διὰ τὴν συνείδησιν ἀπηλγηκώς ἐστι, καὶ πρὸς τοὺς νουθετοῦντας ἀλλο-

A possum non irasci; nunc autem et a precum communione discedere. Nam secundum naturam adhuc vivere, hominis est nondum credentis; æmulari autem ob invidiam, longe a veritate aberrantis. Unusquisque ergo pacifice submonendus, ita tamen ut de industria non fiat admonitio. Jam vero nonnullos novimus, qui secundum carnem profecerunt, et ad suam ipsorum iracundiam Evangelium trahunt, ac violentiæ suæ proposito aptare volunt oracula Salvatoris nostri; quibus si ea potestas obtigisset ut aliquos gehennæ traderent, totus profecto mundus ab eis consumptus fuisset; sed tamen, quantum in ipsis est, et condemnant et ignis caminos aperiunt. Quare tales nos minime simus. Ac vobis etiam auctor sum, ut ea intueamini quæ con- B sideranda sunt, ac proximum ita moneatis, ut decet, sæpe præmeditata ea re, quæ in suspicionem venit, nempe an non falsa aliqua opinione ducaris; ac si videaris recte sentire, tunc erudiendus est, donec consiliis morem gerat, aut semetipsum manifestum faciat.

3. *Tranquillitas animi servatur in tolerandis aliorum vitiis, et libenti reconciliatione.* — Illud autem plurimam nobis tranquillitatem afferre potest, si primas non ambiamus, nec, si qui ambiant, angamur; sed iis cedamus, qui semetipsos ad ea obtrudunt, ad quæ Salvator credentes non vocavit. Cum clamante conticescendum, et eum, qui se alterius victorem existimat, ridere debemus, nec vana gloria propter eos, qui adsunt et audiunt, C ducti, verborum responsionibus contentionem pari studio firmare. Sic enim ratiocinetur qui præclare respondit: Injuriam fecit, sed contradicere nolui aut non ausus sum; adsit mihi ob bonam conscientiam lætitia et requies. Qui autem injuriam fecit, non ob superbiam dedignetur placare fratrem; et qui admonet non irascatur, sed ipse amicum precetur. Utrumque enim sibi invicem par est occurrere ad pacem festinando; siquidem et pater pœnitentiam agenti occurrisse filio reperitur, neque illum expectasse, sed semetipsum ad illius pœnitentiam obtulisse. Utrique enim probitas fidei consentanea conciliat pacem; et qui injuriam fecit, amicum placat ob peccatum; et qui injuriam accepit, D ipse etiam aget pœnitentiam quod amico iratus fuerit. Debet igitur fidelis extra omnem **410** cupiditatem et appetitum carnalem esse; latrocinatur enim qui talis non est et templum Dei deprædatur, atque, ut audacius dicam, Deum ejicit a semetipso, et conscientia ejus obduruit et percalluit, ac animo

(9) *Μὴ κατεπιτηδεύοντας.* Reg. 2 et 3, et Clarom. 1 μὴ κατεπιπαιδεύοντας.

(10) *Κατὰ τὸ σαρκικόν.* Videtur ille secundum carnem profectus de fama, dignitatibus, eloquentia et eruditione intelligi debere. Langus ita reddidit: *Qui carnali profectu ita promoverint, ut ad iracundiam suam*, etc.

(11) *Ψευδοδοξεῖ.* Clarom. 2 et Reg. 2, ψευδοδοξῇ.

(12) *Καὶ αὐτόν.* Hæc scriptura, quam duo antiquiores Regii et Clarom. 2 suppeditant, multo aptior visa, quam vulgata καὶ αὐτῶν.

(13) *Καλῶς ἀποφαινόμενος.* Ita Clarom. uterque et Regius 2 prima manu. Editi κακῶς.

(14) *Ἠδίκησε.* Hæc scriptura, quæ exstat in Claromontano codice 2, et alia manu in Reg. 2, ita ad sententiæ seriem necessaria est, ut in contextum visa sit recipienda. Clarom. 1, ἠδικῆσαι quod manifeste positum pro ἠδίκησε. Editi ἠδίκησα.

(15) *Ἀδικῶν.* Ita Reg. 1 et 2. Editi ἀδικεῖν δοκῶν.

(16) *Ὑπερηφανευέσθω.* Tres Regii codices ὑπερηφανείτω.

Digitized by Google

est a monitoribus alieno; Adamum præ se fert, et Evæ actionem sibi laudi ducit, cum oporteret mori cum Christo.

4. *Quomodo loquendum.* — Oportet autem ut multa nobiscum ipsi considerantes, nullum in colloquiis reprehensioni locum demus, nec nugandi gratia loquamur, sed silentes maxima ex parte, moderate iis respondeamus, quos valde opus est responso non defraudare. Fugiendæ suspiciones pravæ et quod ipsi suspicamur examinandum; tranquillo esse oportet animo, patientiam exhibentes ac minime irascentes. Sed nec invidendum ulli benevolentiæ aucupi; nec officiosa sedulitas fingenda, nec veluti anticipato serviendum, amarum, ut aiunt, ingratiis ebibendo. Quidquid fidei consentaneum est, recta regula peragendum. Quisquis enim non talis est, is veluti funiculis ambulans, tantum non protinus concidet, quamvis admirandus esse videatur hominibus ob propriam inertiam ore hianti alienam jactantiam spectantibus. Sciendum igitur, quid sit id quod gloriæ causa fingitur, et quale illud quod vere ex animo sit. Ac propterea sua cuique gubernanda navis, ita ut nec gubernandi artem falso vituperet, nec tempestates formidet; sed quidquid adversi accidet, ad id imparatus non sit. Caro enim prorsus sumus, nec boni quidquam in nobis habitat. Advocandus ergo ad curandum medicus; qui enim ita affectus erit animo, sanabitur et morbum effugiet. Danda opera ut nec rudes et imperiti simus in loquendo, nec ore effracto abutamur. Alterum enim inertis ac minime ad fidem sibi conciliandam idonei, alterum venatoris eorum, quæ præclara mundo videntur, indicium est.

5. *Moderatio in omni victu et cultu servanda.* — Cibis utendum, non ad voluptatem, sed quod vivere ad aliquam utilitatem velimus. Quod si nos aliquando etiam egestas comprehendat, æquo animo in paupertate simus; ac si brevissime audire vultis quid sit animus mœroris expers, æqui et contenti in omnibus estote; nec divites facti ob superbiam cadetis, nec in indigentia viventes mœror dejiciet, vestra mente eumdem semper vultum, ut ratio virtuti consentanea postulat, servante. Præterea mundus omnis alienus a nobis existimandus, nec quidquam nobis proprium, præter fidem, ducendum. Neque igitur quidquam admodum humile exquirendum, nec rursus magnificentia, quam insipientes beatam prædicant, in urbis magnitudine, et rerum

τρίως διάκειται· καὶ τὸν Ἀδὰμ προβάλλεται, καὶ τῇ πράξει τῆς Εὔας σεμνύνεται, δέον συναποθνήσκειν τῷ Χριστῷ.

4. Προσήκει δὲ ἡμᾶς, πολλὰ σκεπτομένους πρὸς ἑαυτοὺς, ἀκατηγορήτους ποιεῖσθαι τὰς ὁμιλίας, μηδὲ λαλεῖν (17) διὰ τὸ βούλεσθαι φλυαρεῖν· σιωπῶντας δὲ τὸ πλεῖστον, μεμετρημένως ἀποκρίνεσθαι πρὸς οὓς καὶ ἡ χρεία κατεπείγει. Φευκτέον δὲ καὶ ὑπονοίας πονηρὰς, καὶ τὴν ὑπόληψιν τὴν ἑαυτῶν δοκιμαστέον· καὶ ἡσυχαστέον μακροθυμοῦντα καὶ μὴ ὀργιζόμενον. Ἀλλ' οὐδὲ φθονητέον φιλοστοργουμένῳ τινί· τήν τε ὑπηρεσίαν οὐκ ἐπιτηδευτέον, οὐδ' ὥσπερ κατὰ πρόλημμα δουλευτέον, τὸ πικρὸν, ὥς φασιν, ἀκουσίως καταπίνοντα. Πρακτέον δὲ πᾶν τὸ κατὰ πίστιν (18) ὀρθῷ κανόνι. Πᾶς γὰρ ὁ μὴ τοιοῦτος καὶ ἐπὶ τῶν σχοινίων ὥσπερ βαδίζων, ὅσον οὐδέπω καταπεσεῖται, κἂν θαυμαστὸς πάνυ εἶναι δόξῃ τοῖς διὰ τὴν ἰδίαν ἀπραξίαν κεχηνόσι πρὸς τὴν ἑτέρων μεγαλαυχίαν. Ἱστέον οὖν τί μὲν τὸ ἐπιτηδευόμενον δόξης ἕνεκα, ποταπὸν δὲ τὸ κατὰ ἀλήθειαν πραττόμενον. Καὶ διὰ τοῦτο οἰακιστέον τὴν ἑαυτοῦ νῆα, μὴ καταψευδόμενον τῆς κυβερνητικῆς (19) μηδὲ δεδιότα (20) τοὺς χειμῶνας, καὶ πᾶν τὸ ἐξ ἐναντίας ἀποβησόμενον προσδοκῶντας (21). Σάρκες γὰρ ἀκμὴν ἐσμεν, καὶ οὐδὲν ἡμῖν ἀγαθὸν ἐνοικεῖ. Παρακλητέον οὖν τὸν ἰατρὸν πρὸς τὴν θεραπείαν· ὁ γὰρ οὕτω διακείμενος ἰαθήσεται καὶ τὴν νόσον φεύξεται. Σπουδαστέον δὲ μήτε ἰδιώτην περὶ τὸν λόγον φαίνεσθαι, μήτε ἀνερρίφθαι τῷ στόματι καταχρῆσθαι. Τὸ μὲν γὰρ ὀκνηρὸν ἢ ἄπιστον· τὸ δὲ θηρατικὸν τοῦ κατὰ τὸν κόσμον σπουδαίου δείκνυσι.

5. Τροφαῖς δὲ χρηστέον, οὐ διὰ τὴν ἀπόλαυσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ βούλεσθαι ζῆν ἐπί τι χρήσιμον. Ἐὰν δέ ποτε καὶ (22) ὑπὸ ἐνδείας καταληφθῶμεν, πρὸς τὴν πενίαν εὐαρεστῶμεν· καὶ εἰ θέλετε ἀκοῦσαι τῆς ἀλυπίας κατὰ συντομίαν τὸ εἶδος, ἐν πᾶσιν εὐάρεστοι γίνεσθε (23)· καὶ οὔτε πλουτήσαντες διὰ τὴν μεγαλαυχίαν καταπεσεῖσθε, οὔτε ἐν ἐνδείᾳ διάγοντες ὑπὸ τῆς λύπης πτερνισθήσεσθε, τῆς ἐννοίας ὑμῶν (24) ἀεὶ κατὰ τὸν ἐνάρετον λόγον μονοπροσώπου φαινομένης. Ἔτι δὲ ὑποληπτέον πάντα τὸν κόσμον ἀλλότριον, καὶ μὴ ἴδιον, πλέον πίστεως. Οὔτε οὖν φιλίαν (25) ἐπίγειον ζητητέον, οὔτε αὖ πολυτέλειαν ὑπὸ ἀνοήτων μακαριζομένην ἐν μεγέθει πόλεως, ἢ δαψιλείᾳ τῶν ἐπιτηδείων· ὧν οὐδ' ἐπιθυμητέον. Οὐ γάρ ἐσμεν ἐκ τούτου τοῦ αἰῶνος, χωρὶς εἰ μὴ συγ-

(17) *Μηδὲ λαλεῖν.* Reg. 2, μὴ λαλεῖν δέ. Duo alii ut in textu. Editi μηδὲν λαλεῖν.

(18) *Πᾶν τὸ κατὰ πίστιν.* Legendum videtur τὸ πᾶν κατὰ πίστιν, *Omnia consentanee fidei facienda.* Potest tamen vulgata scriptura ad eumdem sensum revocari, nimirum ut quidquid agimus, id sua sponte fidei consentaneum sit et recte a nobis agatur. Similia habemus n. 1: Πᾶν τὸ κατὰ θέλημα τοῦ Πατρὸς τῶν αἰώνων ἀπαρτίζειν.

(19) Temeritatem et nimiam timiditatem resecat, prudentiam et justam fiduciam præscribit.

(20) *Μηδὲ δεδιότα.* Tres Regii μηδὲ δεδιττόμενον. Clarom. 1, μηδὲ δεδιώς, alter utramque habet lectionem.

(21) *Προσδοκῶντας.* Ita tres Regii et Clarom. 2. Editi προσδοκῶντα.

(22) *Ἐὰν δέ ποτε καὶ.* Clarom. 2, ἐὰν δὲ καί.

(23) *Ἐν πᾶσιν εὐάρεστοι γίνεσθε.* Legitur εὐάρεστον γίνεται in tribus Regiis.

(24) *Τῆς ἐννοίας ὑμῶν.* Reg. 1 et 3, τῆς ἐννοίας ἡμῶν.

(25) *Οὔτε οὖν φιλίαν. Neque igitur quærenda est amicitia terrena.* Hæc profecto non quadrant cum sequentibus verbis. Sed si una immutata littera legamus, οὔτε οὖν τι λίαν ἐπίγειον ζητητέον, nihil defuturum puto ad commodam sententiam, ut quisque ex Latina interpretatione animadvertere potest.

Digitized by Google

γενεῖς εἶναι τούτου τοῦ κόσμου βουλόμεθα. Συνελόντι δ' εἰπεῖν, ὁ θέλων εὖ διάγειν μήτε ὁράτω πολλά, μήτε ἀκούειν ἐπιτηδευέτω· μήτ' ἂν ἀκούῃ ἢ θεωρῇ, βλέπειν ἢ ἀκούειν νομιζέτω. Τὸ γὰρ τῆς ἀταραξίας εἶδος ἐντεῦθεν λαμβάνει τὴν ἀρχήν. Ὁ δὲ πολλὰ πραγματευόμενος ἑαυτὸν ἀδικεῖ, καὶ τὸν πλησίον ἔτι καὶ ἀκουσίως ἁμαρτάνειν διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλονεικίαν ποιεῖ. Πολλάκις οὖν διασκεπτέον τὸ ὑποπεπτωκὸς πρᾶγμα, καὶ τότε μόλις χωριστέον ἀπ' αὐτοῦ τὸν μήτε (26) καυστῆρσι, μήτε σμιλίοις τὴν νόσον φυγεῖν δεδυνημένον. Ὁμιλητέον δὲ κοσμικὸν οὐδέν, ἀλλὰ τὸ καταρτίζον ἡμᾶς πρὸς τὴν ἀρετήν. Τοῦτο γὰρ ἦν μὴ γίνηται, πολλὴν ἡμῖν τὴν εὐτραπελίαν ἐργάζεται· καὶ ὁ φιλόνεικος ἐντεῦθεν λαμβάνει τὴν ἀφορμήν.

6. Ἤδη γοῦν τινας ἴσμεν δόγματι τῆς ἑαυτῶν προαιρέσεως, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, τὴν ἡμέραν νύκτα ποιοῦντας, καὶ διὰ τὴν ἐσκιρωμένην (27) φαντασίαν ἀλλόκοτον ἀπιστοῦντας τοῖς ἐνίων κατορθώμασιν, ἀχθομένους δὲ ἐπὶ τούτοις, καὶ ἅμα τῷ πονηρόν τι ἀκοῦσαι, τῷ καταψευδομένῳ μᾶλλον πιστεύοντας. Τί γάρ μοι λέγειν περὶ τῶν διὰ τὸ δυσσυνείδητον τὰς ἀπὸ τῶν πλησίον ὁμιλίας εἰς ἑαυτοὺς ἑλκόντων, καὶ ἵνα ἄλλο τις φθέγξηται περὶ οὐτινοσοῦν, οἰομένων πρὸς αὐτοὺς τείνειν τὸ λεγόμενον, ἀναπλάττειν τε κατὰ τὸ εἰκὸς ἐκ τούτων δρᾶμα καὶ σκηνήν; Οἷς ἀπόχρη τὸ καθ' ὑπόνοιαν λέγειν καὶ γράφειν. Γελάσαιμι δ' ἂν καὶ τοὺς ἐν παραβύστῳ μετά τινος τῶν πλησίον συντάττοντας λόγων κεφάλαια, καὶ ὁμιλίας πρὸς μηδὲν εὔθετον ἀνηκούσας, μάχας δὲ διὰ τῶν ψιθυρισμῶν καὶ πολέμους ἐξαρτιζούσας, ἄνω τε καὶ κάτω σκηνοβατοῦντας. Καθάπερ ὁ λίαν (28) μεγαλοφώνως τὸν Ὀρέστην ὑποκρινόμενος, φοβερὸς εἶναι καὶ μέγας παρὰ τοῖς ἀνοήτοις διὰ τῶν ξυλίνων ποδῶν, καὶ κοιλίας ἐπιπλάστου, καὶ στολῆς ἀλλοκότου, καὶ προσώπου τερατώδους ὑπείληπται· τρόπῳ τῷ αὐτῷ καὶ οἱ ζῆλον ἔχειν ἐπαγγελλόμενοι (29), καὶ τὸ παῤῥησιαστικὸν ἐπιτηδεύοντες, διὰ τὸ βούλεσθαι νικᾶν, πᾶν εἶδος ἐλευθερίας προσποιήτου περιτιθέασιν ἑαυτοῖς, οἱ φιλόνεικοι τὸν ζηλωτὴν καταπεπωκότες· ὥσπερ αἱ Βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσιν.

7. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο φυλακτέον, τὸ μή ποτε μὲν φαιδρῷ τῷ προσώπῳ προΐέναι, ποτὲ δὲ σκυθρωπῷ· καὶ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, παραιτητέον πᾶν τὸ δωδεκαμερὲς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαγγελλόμενον δρᾶμα. Τὸ γοῦν ἐμοὶ δοκοῦν εἴποιμ' ἄν, ὅτι πᾶς ὁ τὴν γνώμην κοσμικὸς καὶ τοῦ ὀρθοῦ κανόνος ἔξω γινόμενος αὐτοκατάκριτός ἐστιν, εἰδὼς ὃ πράττει (30) κατ' ἐπιτήδευσιν, καὶ γινώσκων μὲν τὸν ἐν αὐτῷ πόλεμον, τὴν δὲ εἰρήνην ἐν τοῖς σπλάγχνοις μὴ ἐπισπώμενος. Φίλους δὲ τιμητέον πάντας· τό τε ἐλεγκτικὸν οὐ πρακτέον μόνον, ἀλλ' ἔτι καὶ ἀκουστέον. Οἴνῳ δὲ

ad cultum pertinentium copia; quæ ne expeti quidem debent. Non enim sumus ex hoc sæculo, nisi forte affines hujus mundi esse velimus. Uno verbo **411** qui vult beate vivere, nec multa videat, nec audire studio sibi habeat; nec si audiat aut videat, audire aut videre sibi videatur. Inde enim animi tranquillitas initium capit. Qui autem multa molitur, is et seipsum lædit, et in causa est cur proximus, studio contendendi cum ipso, etiam invitus peccet. Sæpe igitur considerandum id de quo agitur; tumque vix a nobis separandus is, cujus morbus nec cauteriis nec scalpellis fugari potuit. Nihil mundanum in colloquiis tractandum, sed id quod nos ad virtutem perficit. Nisi enim id fiat, plurimam nobis scurrilitatem parit, et qui contentionis studiosus est, inde occasionem capit.

6. *Contra eos qui mala libenter credunt, et de se semper detrahi putant, et qui per susurros bella excitant.* — Nonnullos novimus, qui firmo sententiæ suæ proposito, quantum in ipsis est, diem in noctem vertunt, atque ob absurda animi commenta, in quibus obduruerunt, increduli sunt in aliorum præclare factis, atque etiam ex his anguntur, ac statim atque aliquod mali audierunt, mentienti potius credunt. Quid enim de iis dicam, qui, ob malam conscientiam, collocutiones proximi ad seipsos trahunt, et ubi aliud quidpiam aliquis de quacunque re dixerit, id in se dictum existimant, atque ex his fabulam et scenam conjiciendo effingunt; quibus quidem satis est suspicio ad dicendum ac scribendum. Rideo etiam eos, qui in arcano cum proximorum aliquo sermones summatim conferunt, et colloquia habent nullam ad rem utilem pertinentia, sed pugnas per susurros, et bellum excitantia, ac sursum deorsum scenam perambulant. Quemadmodum is qui magna admodum voce Orestem agit, terribilis et magnus apud insipientes ob pedes ligneos, ventrem factitium, stolam absurdam, et personam portentosam, existimatur: sic qui studium præ se ferunt, et libertatem dicendi profitentur, hi, dum vincere volunt, omni libertatis fictæ specie semetipsos circumdant, litigatores æmulatorem vorantes, veluti Bacchæ sub pacifica specie hastas in thyrsis circumferentes.

7. *De constantia et decoro servando.* — Illud etiam cavendum, ne nunc sereno vultu prodeamus, nunc moroso; et si verum dicere oportet, rejicienda omnino illa duodecim actuum fabula, singulis diebus nuntiata. Dicam igitur id quod sentio: quisquis mente mundanus est et a recta regula aberrat, is a seipso condemnatus est, quia novit id quod de industria facit, nec internum animi bellum ignorat, sed pacem visceribus minime concipit. Honor habendus omnibus amicis et objurgatio non solum adhibenda, sed etiam audienda. Vino utendum,

(26) Ἀπ' αὐτοῦ τὸν μήτε. Clarom. 1, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ μήτε.
(27) Ἐσκιρωμένην. Clarom. 2 ἐσκιῤῥωμένην. Mox Reg. 2 ἀχθομένους ἐπὶ τούτοις.
(28) Ὁ λίαν. Reg. 2 et 3. Clarom. 1 ὁμιλίαν.
(29) Ἔχειν ἐπαγγελλόμενοι. Reg. 2 et Clar. 2, ἔχοντες ἐπαγγελλόμενοι.
(30) Ὃ πράττει. Reg. 2 et 3 ἃ πράττει.

Digitized by Google

cum lectioni non jam operam dabimus. Nam qui ejusmodi est, et vini potor est, et mente abreptus et perpetuo calefit. Loquente proximo nec ridendum, nec prohibendum, sed venia danda, quoad silentio pudorem incutiente desinat. Id suadendum est, quod per unius personam omnibus communiter prosit. Increpandus is qui peccat, non tamen publice, nisi id ei ob superbiam opus sit.

A χρηστέον, ἐπειδὰν μηκέτι τοῖς ἀναγνώσμασι σχολάζωμεν. Ὁ μὲν γὰρ τοιοῦτος, οἰνόφλυξ τέ ἐστι καὶ τῇ γνώμῃ (31) παράφορος, καὶ θερμαίνεται συνεχῶς. Λαλοῦντος δὲ τοῦ πλησίον οὔτε χλευαστέον, οὔτε κωλυτέον, ἐατέον δὲ μέχρις ἂν διὰ τὴν σιωπὴν αἰδεσθεὶς παύσηται. Συμβουλευτέον δὲ τὸ συμφέρον δι' ἑνὸς κοινῇ πᾶσι. Νουθετητέον δὲ τὸν ἁμαρτάνοντα, μὴ κατὰ κοινὸν, ἐκτὸς εἰ μὴ χρῄζοι (32) διὰ τὸ ὑπεροπτικόν.

9. *Caute colloquendum cum mulieribus : colloquia ex Scripturis repetenda, sed non sine cautione.* — Cum mulieribus caute et considerate **412** tractandum propter illarum fastum. Quandiu enim mulier spectandam se præbet, ac mulierem se esse gloriatur et otium sectatur, femina est et ob talem animum fidelis non est. Nec igitur eas insectemur B neque etiam adulemur; quod autem charitatis quidem est, illud sine periculo faciamus. Multiplices sunt enim malitiæ molitiones. Propterea vigilare debemus, oraculis Salvatoris operam dantes, nihil mali de quoquam dicentes aut audientes. Scabiem enim contrahit animus ac plurimo impletur vitioso humore ex aliis collocutionibus. Quare ea tantum audienda quæ utilia sunt et ex præscripto Evangelii agendum. Illa autem fugienda, quæ mentem quodammodo supplantant. Quæstiones de oraculis divinis instituendæ; quod quidem præclarum fuerit, si intelligenter fiat; sin minus, saltem ut imperito convenit. *Nam insipienti interroganti sapientiam, sapientia imputabitur* [1]. Ei autem qui sibi inani opinione sapiens videtur, plurima infligetur igno- C minia. Dicitur autem a Spiritu insipiens, qui per imperitiam sensu abripitur, ita ut insipiens sit id quod imperitum est, quemadmodum et id quod simplex. Scribit autem et Paulus : *Quis cognovit sensum Domini, qui instruat eum* [2]? Et rursus : *Nos autem sensum Christi habemus* [3]. Nam qui inconsiderate dicit aut facit ea quæ non decent, is cum sibi sapere videatur, fatuus reputabitur.

8. Καὶ γυναιξὶν ὁμιλητέον ἐπιστρεφέστερον διὰ τὸ ἐκτετυφωμένον αὐτῶν. Μέχρι γάρ τις περίβλεπτον ἑαυτὴν ποιεῖ, καὶ τὸ εἶναι γυνὴ προβάλλεται, καὶ τὸ ἄπρακτον ἐπιτετήδευκε, θήλειά ἐστι, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην γνώμην οὐκ ἔστι πιστή. Μήτε οὖν αὐτὰς διώκωμεν, ἀλλὰ μήτε θωπεύωμεν· τὸ δ' ὅπερ ἀγαπῶμεν, τὸ μὴ (33) κεκινδυνευμένως, πράτωμεν. Πολυμερεῖς γὰρ αἱ τῆς κακίας πραγματεῖαι. Διὰ τοῦτο γρηγορητέον, τοῖς λογίοις τοῦ Σωτῆρος σχολάζοντας, μηδὲν περὶ μηδενὸς φαῦλον λέγοντας ἢ ἀκούοντας. Ψωριᾷ γὰρ ἡ γνώμη, καὶ πολλῆς ἐμπέπλησται κακοχυμίας ἀπὸ τῶν ἄλλων ὁμιλιῶν. Διὰ τοῦτο ἀκουστέον μόνον τὰ ὠφέλιμα, καὶ ποιητέον κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον. Τὰ δ' ὥσπερ ὑποσκελίζοντα τὴν γνώμην παραιτητέον. Ζητητέον δὲ περὶ τῶν λογίων· καλὸν, εἰ συνετῶς· εἰ δ' οὔ, κἂν ὥσπερ ἰδιώτῃ. *Ἀνοήτῳ γὰρ ἐπερωτήσαντι σοφίαν, σοφία λογισθήσεται.* Τῷ δὲ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φαντασίαν δόξαντι φρονίμῳ εἶναι πολὺ τὸ τῆς ἀτιμίας προσγραφήσεται. Λέγεται δὲ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἀνόητος ὁ κατ' ἰδιωτισμὸν παρενεχθεὶς τὴν αἴσθησιν, ἵν' ᾖ τὸ ἀνόητον ἰδιωτικὸν, ὥσπερ καὶ τὸ ἀφελές. Γράφει δὲ καὶ Παῦλος· *Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν;* Καὶ πάλιν· *Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν.* Ὁ γὰρ διὰ τὴν ἀλογιστίαν τὰ μὴ δέοντα λέγων ἢ πράττων, οὗτος, δόξας εἶναι φρόνιμος, μωρὸς λογισθήσεται.

8. *Nemo lædendus : audienda monita : jactantia fugienda.* — Humiliare nosmetipsos debemus, non verbo solum, sed etiam factis, ne plani et palpones simus, sed mansueti ac minime adulatores. Oportet etiam, ut qui recte vitam instituit, quietus sit ac tranquillus, non irascens nec rixæ causa conticescens, sed considerans quidquid opus est, an D recte efferri possit, ac tum demum vix loquens. Hymni et psalmi et cantica et laudes dicendæ : at non probandus, qui, veluti adversarii condemnandi causa, nonnulla subobscure attingit, ac proximum per psalmodiam vellicat, ut ne succensere quidem

9. Ταπεινωτέον δ' αὐτοὺς οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλ' ἔτι καὶ τοῖς ἔργοις, ὅπως μὴ ὦμεν γόητες καὶ θῶπες, πραεῖς δὲ, καὶ μὴ κόλακες. Καὶ ἔτι προστέον τὸν ὀρθῶς πολιτευόμενον ἡσυχάζειν τε καὶ ἀπραγμονεῖν, μὴ ὀργιζόμενον, μηδὲ νείκους ἕνεκα σιωπῶντα, σκεπτόμενον δὲ πᾶν τὸ ἐγχρῆζον (34), εἰ καλῶς δύναται λέγεσθαι, καὶ τότε μόλις φθεγγόμενον. Ὕμνους τε καὶ ψαλμοὺς καὶ ᾠδὰς καὶ αἶνον ῥητέον· μὴ ὥσπερ τὸν διαμαχόμενον αὐτῷ κατακρίνοντα παρακολουθεῖν ἐνίοις αἰνιγματωδῶς, διὰ ψαλμῳδίας τὸν πλησίον λυπεῖν, ἵνα μήτε δοκῇ διαφέρεσθαι, καὶ πῶς γινώσκειν (35) ὥσπερ διὰ τέχνης νομίζων ἐκεῖνον, ἀκατη-

[1] Prov. xvii, 28. [2] I Cor. ii, 17. [3] Ibid.

(31) *Τῇ γνώμῃ.* Reg. 1 et 3 τὴν γνώμην.

(32) *Χρῄζοι.* Ita tres Regii. Editi χρῄζει.

(33) *Τὸ δ' ὅπερ ἀγαπῶμεν, τὸ μή.* Nihil profuerunt nostri codices mss. ad hujus loci vulnus sanandum. Sensum me assecutum esse spero in interpretatione. Videtur ergo legendum : Τὸ δ' ὅπερ ἀγάπης μὲν ἔστι, μὴ κεκινδυνευμένως πράττωμεν.

(34) *Τὸ ἐγχρῆζον.* Ita duo Regii codices antiquissimi et Clarom. 2. Sic ad marginem in Reg. 3 et Clar. 2. Editi τὸ ἐν χρείᾳ.

(35) *Καὶ πῶς γινώσκειν.* Si quis sensus ex his verbis erui potest, eum eruditis divinandum relinquo. Fateor me nihil extundere potuisse. Non magis intelligo Latinas interpretationes. Vertit Langus : *Tanquam arte quadam quodammodo illum*

Digitized by Google

γόρητον ποιεῖται τὴν φιλονεικίαν. Ἀκουστέον δὲ καὶ τοῦ συμβουλεύοντος, οὐ μόνον διδακτέον. Πειστέον δὲ κατὰ τὸ ὅμοιον, τῷ βούλεσθαι συγκαταινόν τε αὐτῷ (36) τὸν πλησίον γίνεσθαι. Φρονίμους δ' ὑπολη πτέον εἶναι ἄλλους, καὶ τὸ συνετὸν οὐκ ἀπονεμητέον ἑαυτῷ μόνον. Δόγματι δὲ τῆς περὶ αὐτῶν οἰήσεως οὐ κινδυνευτέον· ἀλλ' οὔτε καταφρονητέον τοῦ παιδεύοντος, ἀλλ' ἢ ὅτι μὴ ὀρθῶς φρονεῖ (37), τὰ περὶ αὐτοῦ διδακτέον· ἢ κἂν ἀληθεύῃ, πειστέον τε αὐτῷ καὶ ἀκολουθητέον. Φιλόνεικος γὰρ ἀνὴρ διπλασιάζει τὸ ἀδίκημα· καὶ δέον μεταθέσθαι, νικᾷν, ὡς φησιν ὁ μῦθος, τὴν Καδμείαν νίκην ἐσπούδακεν. Τὸ δ' αἴτιον, ἵνα τε κενοδοξῇ, καθάπερ οὐδ' ἁμαρτάνων, καὶ τῷ δόγματι τῆς κινδυνώδους αὐτοῦ διαθέσεως ἐπαναπαύηται. Γελοῖοι γὰρ οἱ κεκραγότες ὀσημέραι διὰ τὸ πιστεύειν ἐπικρατεῖν τινος πράγματος· οὕστινας (38) ἡ ἔρις ἐμβαλοῦσα τὸ μῆλον, ἐπειδὰν εἰρηνεύειν νομίζωσι, ταράττει, περὶ τῶν ἐν κόσμῳ διαφέρειν νομιζομένων λαλεῖν πραγματευομένων (39). Μιμώδεις δὲ καὶ ἄθλιοί τινες οἱ μηδενὸς ἀπείρως ἔχειν λέγοντες· ἀλλὰ τοῦτο μὲν τεκτονικήν, τοῦτο δὲ σκυτοτομικήν, καὶ πᾶν τὸ ὑποβαλλόμενον αὐτοῖς ἐπιτήδευμα κατὰ καιρὸν εἰδέναι φάσκοντες, καὶ πρὸς τὸν ἐπέχοντα τὸν λῆρον αὐτῶν διεχθρεύοντες. Κενόδοξοι δὲ καὶ οἱ διὰ τὸν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον, τῶν πλησίον τὰς ἐπιμελείας ποιούμενοι.

A videatur, et dum illum quodammodo arte configere sibi videtur, sine reprehensione succenseat. Audiendus etiam qui consilium dat, nec tantummodo docendum. Qui proximum sibi assentiri cupit, is pariter se ad assentiendum facilem præbere debet. Alios prudentes esse existimandum, nec nobismetipsis solis attribuenda prudentia. Cavendum ne opinionis, quam de nobismetipsis habemus, pertinacia periclitemur. Neque etiam monitor contemnendus, sed vel docendus de rebus nostris, si minus recte sentiat; vel, si verum loquatur, parendum ei et obsequendum. Rixæ enim cupidus duplicat peccatum; et cum sententiam mutare oporteret, Cadmeam, ut ait fabula, victoriam referre studet; id autem facit, ut inani gloria, quasi nihil B deliquerit, **413** perfruatur, et in periculosæ suæ sententiæ proposito acquiescat. Ridiculi qui quotidie clamitant, qui se alicujus rei compotes esse confidunt. Quos quidem, tum cum in pace esse sibi videntur, discordia malum injiciens perturbat, nimirum veluti machina quadam efficiens, ut de iis, qui in hoc mundo excellere existimantur, sermo incidat. Mimici etiam illi sunt et miseri qui se nullius rei inexpertos esse dicunt, ac tum fabrilem artem, tum coriariam, et quodcunque objectum eis fuerit variis temporibus institutum, illud se scire aiunt, et cum eo qui illorum nugas reprimit inimicitias gerunt. Vanæ etiam gloriæ aucupes et qui ob humanas laudes proximi curam suscipiunt.

10. Μέγας τε ὁ κίνδυνος παρὰ τοῖς τὴν ἡμέραν Κυρίου ἐπικαλουμένοις. Ἢ πιστεύειν γὰρ δέον, ὅπως C φύγῃ τὴν κρίσιν, ἢ καὶ τῷ πλησίον ἀφιέναι, χάριν τοῦ καὶ αὐτῷ παρὰ Θεοῦ γίνεσθαι τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν· οἱ δὲ τῇ παραφορᾷ τῆς ὀργῆς δεσμεύουσι καθ' ἑαυτῶν συναλλάγματα. Φυλακτέον δὲ ἔτι καὶ τὴν τινων ἀλαζονείαν, οἳ, δέον ἐπανορθοῦν ἑαυτοὺς, πειθόμενοι τοῖς συμβουλεύουσι, πάνυ βλακικῶς, Οὐδ' ἀπολογοῦμαί σοι, φασίν· ἔχε ταύτην ἣν ἔχεις ὑπόνοιαν περὶ ἐμοῦ. Τί γάρ μοι λέγειν περὶ τῶν ἑαυτοῖς ἀρεσκόντων, ἐπειδάν τις αὐτοὺς βούληται νουθετεῖν; οἳ πάνυ κοσμικῶς, Οὔτε σύ με, φασὶ, σώζεις (40), ἀλλ' οὐδὲ κατακρίνειν ἰσχύεις. Γινώσκω δὲ ἐγὼ πολλοὺς διὰ τὸ δυσσυνείδητον καὶ τὸ μὴ καθαρὸν τῆς γνώμης, τοῖς τῶν πλησίον ἁμαρτήμασιν ἐπιχαίροντας. Καταγνωστέον καὶ τῶν ψευδομένων ὅτι μὴ χαλεπαίνουσι· καὶ τῶν πρᾴως μὲν ὁμιλεῖν D ἐπιτηδευόντων, ὑπὸ δὲ τοῦ χρώματος καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τοῦ λεληθότος κινήματος ἤτοι κεφαλῆς, ἢ ὀφρύων, ἢ χειρῶν πατάγου διαβαλλομένων. Ἀδύνατον γὰρ μὴ ἑαυτοῦ κατήγορόν τινα γενέσθαι. Πᾶς δὲ πιστὸς, ἐπειδὰν διαπαίζεσθαι νομίζηται ὑπό τινος,

10. *Adversus eos qui aut aperte iracundi sunt aut arrogantes; aut ficte lenes et mansueti. Hæc et alia ejusmodi vitia quibusdam indiciis se produnt.* — Magnum etiam periculum iis qui diem Domini appellant. Nam cum aut credere deberent, ut condemnationem effugiant, aut proximo quoque dimittere, ut et ipsis a Deo concedatur peccatorum remissio: ipsi iracundiæ violentia colligant contra semetipsos contractus. Fugienda etiam nonnullorum arrogantia, qui cum semetipsos parendo iis, qui consilium dant, emendare deberent, omnino stolide, Tibi me, inquiunt, ne purgabo quidem; habeas opinionem quam de me habes. Quid enim de iis dicam, qui sibimetipsis placentes, si quis eos admonere velit, mundo prorsus convenienter, Nec me, inquiunt, servas, sed nec potes condemnare? Novi ego non paucos, qui ob malam conscientiam et mentem non puram peccatis proximi lætantur. Condemnandi et qui se non succensere mentiuntur, et qui leniter quidem colloqui student, sed colore et oculis et latente capitis aut superciliorum motu, aut manuum strepitu produntur.

quæ canantur, nosse arbitretur. Perionius: *Et quodammodo intelligere ex arte illum æstimans.* Sed si pro γιγνώσκειν legamus τιτρώσκειν, nihil supererit difficultatis, nisi quod legendum ποιῇ vel ποιῆται, et καὶ διὰ ψαλμῳδίας.

(36) *Συγκαταινόν τε αὐτῷ.* Etsi non incommode legitur in editis συγκατατινοῦντα αὐτῷ, quia tamen duo Regii antiquissimi et Clarom. 2 habent συγκάταινόν τε, integrum non est hanc autoritatem non præferre conjecturis eorum, qui editionibus præfuerunt. Legendum videtur βουλομένῳ pro βούλεσθαι.

(37) *Φρονεῖ.* Duo antiquissimi Regii φρονεῖν. Mox Clar. 2, τὰ περὶ αὐτόν.

(38) *Οὕστινας.* Editi εἰς οὕστινας, sed præpositio deest in tribus Regiis.

(39) *Πραγματευομένων.* Aut legendum πραγματευομένη, ut in Latina interpretatione expressi, aut prorsus me latet hujus loci sententia.

(40) *Σώζεις.* Ita tres Regii codices. Editi σώζειν

Digitized by Google

Fieri enim non potest, ut quis se ipse non prodat. Quisquis autem fidelis est, is cum se ab aliquo ludi senserit, accommodate ad hominis ita erga se affecti prudentiam, illius malitiam, perspiciendo pravum illius effectum, vicissim ludit. Ut breviter dicam, quisquis semetipsum judicat, extra omne delictum est. Clamitantium autem nullus prudentia præditus est. Qui nunc pallet, nunc rubore suffunditur, et corporis situ impar et varius est, is, veluti chamæleones, in æstu et solitudine oberrat. Cognoscendæ etiam nonnullorum animi affectiones ex legendi ratione. Statim enim ac legit aliquis, quo sit affectus modo manifestum fit his, qui judicandi peritia valent. Animarum dotes etiam ex vita cognoscuntur. Nam ex vivendi instituto perspicitur eorum, quæ non apparent, natura. Rejiciendus etiam et ille litigator, qui se arte quadam, minime contradicendo, superandum tradit : cui quidem satius est, quominus periculum, vincere conando, subeat, ea, quæ ad rectam rationem pertinent, negligere.

11. *Nefas aliis nocere. Dissimulanda interdum peccata. Nec irascendum, nec reprehendendi alii, si ipse non careas reprehensione.*—Colloquia ejusmodi habenda, quæ sibi nullius mali conscia sint. Adhibeantur **414** etiam propter corpusculum deambulationes, non ad negotiationem aliquam violentos contractus adversus proximum struendo. Non absurdum fuerit nos urbanitate et jocis eorum morositatem abstergere, qui ultra modum sapiunt. Nam in loca quædam, quæ in hunc usum secreta sunt, ut naturæ necessitati detur opera, mos est nonnullis simulate secedere, et susceptam adversus aliquos cogitationem in latrinis absolvere. Quemadmodum comicus pater intemperantem filium a se ferri dicit, et quamvis unguentum olfaciat, olfacere se negat, hac olfactus hebetudine peccatum illius abolere tentans : ita et ego auctor sum prudentioribus, ut iis, qui majorem in modum obduruere, nec ea quæ isti agunt scire, nec quæ dicunt intelligere videantur. Qui autem sibi videtur esse sapiens, reluctatur adversus monitiones et rixatur cum eo, qui consilium dedit, ejusque fit adversarius, ac secum ipse meditatur id quod humanæ naturæ et incredulo animo arridet. Propterea præbeamus nos inculpabiles, non id solum agentes quod nobis videtur, sed etiam quod pluribus, ut ipsi salventur. Irasci autem præ-

A κατὰ τὴν τοῦ οὕτως πρὸς αὐτὸν διακειμένου σύνεσιν, ἀντιδουκολεῖ τὴν ἐκείνου κακίαν, ἐν τῷ γινώσκειν αὐτοῦ τῆς ἀγνωμοσύνης τὴν διάθεσιν. Συνελόντι δ' εἰπεῖν, πᾶς ὁ κρίνων ἑαυτὸν ἔξω παντὸς ἔσται πλημμελήματος. Τῶν δὲ κεκραγότων οὐδεὶς σώφρων ἐστίν. Ὁ δὲ νῦν μὲν ὠχρὸς, εἶτα ἐρυθρὸς, τῷ συγκρίματι τοῦ σώματος ποικιλλόμενος, οὗτος ὥσπερ χαμαιλέοντες (41) ἐν τῷ καύσωνι καὶ τῇ ἐρημίᾳ περινοστεῖ. Κατανοητέον δὲ ἔτι καὶ τὰς ἐνίων διαθέσεις ἐπὶ τῆς τῶν ἀναγνωσμάτων ἐπιτηδεύσεως. Ἅμα γάρ τις ἀναγινώσκει, καὶ ὁ τρόπος αὐτοῦ τῆς φρονήσεως δῆλος γίνεται παρὰ τοῖς ἐῤῥωμένως κριτικοῖς. Ποιότητες δὲ ψυχῶν καὶ ἀπὸ τοῦ βίου δείκνυνται. Διὰ γὰρ τοῦ περὶ τὴν ἀναστροφὴν ἐπιτηδεύματος γινώσκονται καὶ τῶν μὴ φαινομένων αἱ ὑποστάσεις. Παραιτητέον δὲ
B καὶ τὸν ἐριστικὸν διὰ τέχνης αὐτὸν ἀποτιθέμενον (42), ἐν τῷ μὴ ἀντιφιλονεικεῖν, νικᾶσθαι, ᾧ ἄμεινον, ὑπὲρ τοῦ μὴ κινδυνεύειν νικᾷν σπουδάζοντα, τὸ μὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἐπιτηδεύειν.

11. Ὁμιλίας δὲ ποιεῖσθαι χρὴ τὰς (43) εὐσυνειδήτους. Καὶ οἱ περίπατοι διὰ τὸ σωμάτιον γινέσθωσαν, μὴ διά τινα πραγματείαν, συναλλάγματα βίαια κατὰ τοῦ πλησίον συγκαττύοντας. Οὐκ ἄτοπον δὲ χαριεντιζομένους ἡμᾶς τὸ δύστροπον ἀπαλεῖψαι τῶν ὑπὲρ λίαν συνετῶν. Διὰ γὰρ τὸ κατὰ φύσιν ἀναγκαῖον χάριν τοῦ τὰ τούτων (44) ἀποτρίψασθαι ἐπὶ τόπων τινῶν ἀφωρισμένων ἔθος ἐστὶν (45) ἐνίοις προσποιητῶς ὑποχωρεῖν, καὶ τὸ τέλος τῆς κατά τινων σκέψεως ἐν τοῖς
C ἀφεδρῶσι συντάττειν. Ὥσπερ δὲ ὁ κωμικὸς πατὴρ ἀσωτευόμενον τὸν υἱὸν βαστάζειν φησί· κἂν ὀσφρανθῇ τοῦ μύρου, μὴ ὀσφραίνεσθαι λέγει, δυσωδίᾳ (46) περιγράφειν αὐτοῦ τὸ ἁμάρτημα πειρώμενος· οὕτως κἀγὼ συμβουλεύω τοῖς ἄγαν ἐσκληραγωγημένοις τοὺς φρονιμωτέρους ἐμφαίνειν, ὅτι μήτε ἃ πράττουσιν ἐπίστανται, μήτε ἃ λέγουσι γινώσκουσιν. Ὁ δὲ παρ' ἑαυτῷ φρόνιμος εἶναι νομίζων, ἀντικρούει πρὸς τὰς νουθεσίας, καὶ ἀντιδοξεῖ (47), καὶ τοῦ συμβουλεύοντος ἀντίδικος γίνεται, καὶ μελετᾷ καθ' ἑαυτὸν τὸ ἀνθρώπινον καὶ ἄπιστον. Διὰ τοῦτο παρέχωμεν ἑαυτοὺς ἀλήπτους, μὴ τὸ δοκοῦν ἑαυτοῖς μόνον πράττοντες, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν. Ὀργιστέον δὲ, καλὸν μὲν, εἰ μηδέποτε· μανίας γάρ ἐστι τὸ τοιοῦτον εἶδος· εἰ δέ ποτε καὶ κατεπείγει, συγχρηστέον (48) τῇ
D ὀργῇ πρὸς τὴν τοῦ πλησίον θεραπείαν. Ὁ γὰρ παρὰ λόγον αὐτὴν πραγματευόμενος μισεῖ πρῶτον μὲν ἑαυ-

(41) *Χαμαιλέοντες*. Sic etiam tres iidem codices. Editi χαμαιλέων. Mox Reg. 3 et Clarom. 2, et Robertus Stephanus ad calcem ὑπονοστεῖ.

(42) *Ἀποτιθέμενον*. Leg. ὑποτιθέμενον.

(43) *Χρὴ τάς*. Reg. 2 et 3, χρηστάς. Sic etiam Clarom. 2, prima manu.

(44) *Χάριν τοῦ τὰ τούτων*. Ita duo antiquissimi codices. Reg. 3 χάριν τούτων. Editi τούτου χάριν ἀποτρίψασθαι. Libenter χάριν τοῦ.

(45) *Ἔθος ἐστίν*. Editi ἐφ' οὓς ἔθος ἐστίν. Melius tres Regii et Clarom. 2, quos secutus sum.

(46) *Δυσωδίᾳ*. Recte observavit Sylburgius hac voce olfactus hebetudinem significari, non ingratum odorem, ut reddiderat Langus. Uterque observat Micionem apud Terentium in *Adelphis* esse comicum illum patrem, de quo hic agitur. At Terentii comœdias non puto huic Græco scriptori cognitas fuisse. Præterea apud Terentium Micio non dicit se unguenta filii non olfacere, sed tantum : *Olet unguenta, de meo.*

(47) *Ἀντιδοξεῖ*. Reg. 2 et 3 ἀντιδοξεῖ τοῦ συμβουλεύοντος καὶ ἀντίδικος.

(48) *Συγχρηστέον*. Editi συγχωρητέον, *concedendum iræ*. Sed præferenda visa est scriptura Reg. 2 et 3, et Clarom. 2. Illud κατεπείγει non de ira, sed de necessitate urgente accipiendum esse monuit Sylburgius (contra Langum).

Digitized by Google

τὸν, ἔπειτα δὲ καὶ τὸν πλησίον· ἑαυτὸν μὲν ταράττων, ἐκεῖνον δὲ ὀδυνῶν. Γέγραπται γὰρ, ὅτι *Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος εἰκῇ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει.* Τὸ δὲ τοῦ κινήματος αὐτός τις καθ' ἑαυτὸν γινόμενος καταμαθεῖν δυνατός. Ἤδη δέ τινας ἴσμεν διὰ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον νουθεσίας ἑαυτοὺς κατακρίνοντας. Ὁ γάρ τις παιδεύει τὸν ἕτερον, τοῦτ' αὐτὸς ποιείτω πρότερον· μήπως λάθῃ διὰ τοῦ πλησίον καθ' ἑαυτοῦ ποιούμενος τὴν ἀπόφασιν. Ῥητέον οὖν τῷ εὐγνώμονι πρὸς ἑαυτὸν, ἐπειδάν τινων ἁμαρτήμασι τὸν ἑαυτοῦ χρήσῃ νοῦν· Μή τι ἄρα κἀγὼ τοιοῦτος; A clarum fuerit si nunquam contingat, insaniæ enim est hæc species; sed si quando necessitas urgeat, utendum ira ad proximi curationem. Nam qui illam præter rationem adhibet, odit primum quidem semetipsum, deinde et proximum; seipsum quidem perturbans, illum autem dolore afficiens. Scriptum est enim: *Quicunque irascitur sine causa fratri suo, reus erit judicio* [a]. Quod autem spectat ad commotionem, id quisque, si secum ipse consideret, perspicere potest. Noanullos scimus, qui monitis proximo dandis semetipsos condemnent. Quod enim quis alium docet, id ipse prius faciat, ne forte imprudens sententiam in semetipsum per proximum ferat. Debet ergo vir cordatus, ubi animum ad aliorum peccata animadverterit, secum ipse dicere: An non forte et ipse talis sum?

12. Θ δὲ οἶνος μήτε ὁσημέραι ἐπὶ τὸ μεθύειν πινέσθω, μήτε ὡς ὕδωρ ἐπιζητείσθω. Ἑκάτερα μὲν γὰρ Θεοῦ ποιήματά ἐστιν, ἀλλὰ τὸ μὲν ὕδωρ ἀναγκαῖον, ὁ δὲ οἶνος βοηθείας χάριν τοῦ σώματος γέγονεν. Ὁ δὲ πρῶτον μὲν τὴν γλῶτταν δεσμευόμενος, πῦρ δὲ ὥσπερ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν λάμπων, τρέμων δὲ καὶ τὰς βάσεις καὶ ἀναισθητῶν, φάρμακον προσίεται (49) θανάσιμον· τὸν μὲν σίδηρον οὐ ποιῶν δρέπανον, ἢ τι τῶν ἐργαζομένων τὴν γῆν, μάχαιραν δὲ αὐτὸν ἢ λόγχην (50) κατασκευάζων, καὶ μεταπλάττων τοῦ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν. Ὁ γὰρ οἰνοποτῶν, δέον τοῦ μὲν χειμῶνος, διὰ τὸ κρύος πίνειν, μέχρι τοῦ μὴ ῥιγοῦν, τοῦ δὲ θέρους, διὰ τὴν τῶν ἐντὸς θεραπείαν· παραχρώμενος δ' αὐτῷ (51), ληραίνει, καὶ δίκην συῶν (52) ἢ κυνῶν, ῥεύματι τῆς θεραπείας ὑπερζέων, ἀσχημονεῖ. Χρὴ δὲ μὴ καθάπερ ἀσωτευομένους ἡμᾶς παραχρῆσθαι τοῖς τοῦ Θεοῦ ποιήμασι, τὴν δίψαν εἰς τὴν μέθην ἕλκοντας· ἀλλὰ μεταλαμβάνειν ποτοῦ, χάριν τοῦ μὴ διψᾷν. Ὅσοι δὲ ῥοφῶντες τὸν οἶνον, καθάπερ οἱ πυρέττοντες καυσωνιζόμενοι πίνουσιν, ὅσον οὐδέπω διὰ τὴν ἀκρασίαν τεθνήξονται. B C

12. *Ebrietas fugienda.* — Vinum nec quotidie ad ebrietatem bibatur, neque, ut aqua, expetatur. Utrumque enim Dei opus est, sed aqua necessaria, vinum ad auxilium corporis factum. Qui autem lingua primum impeditur, et velut ignis oculis rutilat, gressibusque titubat, nec sensus ad officium idoneos habet, is mortiferum admittit venenum, ferrum non in falcem aut aliud quid ad terram excolendam instrumentum, sed in ensem aut cuspidem excudens, ac institutum a Deo ordinem pervertens. Vini enim potor, cum hieme ob frigus bibere deberet, quantum satis est ut non rigeat, æstate autem ad viscerum curationem, abutens vino delirat, et instar suum aut canum, alimenti copia effervescens, indecore se gerit. Cavendum autem ne intemperantium more abutamur Dei operibus, sitim ad ebrietatem trahentes; sed potus adhibendus, 415 ut ne sitiamus. Qui autem vinum sorbentes, instar eorum, qui febris æstu uruntur, potant, hi tantum non protinus ob intemperantiam morientur.

13. Παραιτητέον δὲ καὶ τὴν λιχνείαν, ὀλίγων τινῶν καὶ τῶν ἀναγκαίων μεταλαμβάνοντα. Καθάπερ γὰρ σῶμα νοσοῦν, πολλῶν καὶ μυρίων δεῖται φαρμάκων, οὕτω καὶ ἡ δι' αὐτὴν ἀτυχοῦσα ψυχή, μονονουχὶ καὶ δερμάτων ἐμπίπλασθαι βούλεται. Κἂν πύθηταί τις τὸ αἴτιον, πάθος ἀναπλάττει σωματικόν. Πρὸς οὓς ῥητέον· Οὐ πᾶν ἐπιτήδευμα (53) δόγματι τῆς ἐννοίας κρατυνόμενον εὐαπολόγητον ἔχει τὴν ἀπόδειξιν, ὡς καὶ μέχρι μοιχοῦ καὶ φονέως καὶ δραπέτου πολλὴν εὑρίσκεσθαι τὴν ἀπολογίαν, ὅτι καλῶς πράττεται τὸ ὑπ' αὐτῶν γινόμενον; Ὁ δὲ εἰπὼν πρὸς τὸν πυνθανόμενον τὸ αἴτιον τοῦ κακοῦ, καὶ ἀποκρινόμενος, δόγμα πάνυ θαυμαστῶς ἐξεφώνησε. Τροφαῖς ἄρα χρηστέον ἐπὶ τὸ μὴ πεινῆν (54). Ὁ δὲ τοιοῦτος ἑκατοντάχειρ τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ βούλεται περιπατεῖν, καὶ πεντηκοντακέφαλος, Γηρύονας τρικεφάλους καὶ D

13. *Ingluvies fugienda.* — Fugienda etiam ingluvies, ac pauca quædam et necessaria sumenda. Quemadmodum enim corpus ægrotans multis ac innumeris eget medicamentis, sic et anima, quæ per se ipsam male se habet, tantum non etiam pellibus impleri cupit. Si quis causam quæsierit, morbum fingit corporeum. Ad hoc hominum genus dicendum: Nonne quælibet agendi ratio cogitationis proposito confirmata facilem habet causæ defensionem, ita ut mœcho etiam et homicidæ et fugitivo multa suppetant argumenta, cur quod faciunt, præclare factum sit? Qui autem morbi causam roganti respondit, is animi sui propositum mirabili prorsus modo declaravit. Cibis igitur utendum, ut ne esuriamus. Qui autem talis est, is centimanus, quantum in ipso est, et cum quinquaginta capitibus incedere cupit,

[a] Matth. v, 22.

(49) *Προσίεται.* Tres Regii et Clarom. 2 προΐεται.
(50) *Ἡ λόγχην.* Reg. 2 et 3 ἢ καὶ λόγχην.
(51) *Παραχρώμενος δ' αὐτῷ.* Voculam addidit alia manus in Reg.
(52) *Συῶν.* Reg. 2 et 3, habent κυνῶν ἢ συῶν.
(53) *Οὐ πᾶν ἐπιτήδευμα.* Ad hujus loci explicationem necesse fuit notam interrogationis apponere, nisi quis legere malit ὅτι πᾶν.
(54) *Πεινῆν.* Duo Reg. πεινᾷν. Melius ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος. *Qui autem talis non est.*

Digitized by Google

Geryones trium capitum et sex manuum quærens, multasque manus et plures buccas ad ingluviem appetens.

14. *Divitiis melior paupertas. Quomodo currendum ad æterna præmia.* — Laudandæ divitiæ nullo modo; paupertas autem minime conviciis exagitanda. Illæ enim ex selecta materia constant; materiæ autem finis corruptio, et vermes, et tinea, et ignis, et ruina, et latrones et tyrannus. Paupertas autem separata est ab hoc sæculo, ac verum unice exquirit, nulla re temporali distracta. Atque hæc equidem vobis scripto edisserui, suadere volens animi tranquillitatem, vosque ad id, quod perfectum et virtuti consentaneum, properans perducere. Nam qui talis non est, extra regulam ipsi præscriptam currit, et quia ordinem non servavit, præmio caret; atque etiamsi admodum laboriose auxilium a generosis athletis acceperit, et cibi et potus ac vestis particeps fuerit, nihilo magis coronabitur. Atque illi quidem in Patris civitatem, quam dilexerunt, pervenientes præmium æternum accipient; istis vero non continget, ut per cibum hic acceptum veras delicias consequantur.

15. *Caute cum mulieribus loquendum. Illarum artificia.* — Honor habendus mulieribus, sed providendum ne forte labamur; cauteque ad eas veniendum ac minime curiose, ita ut metuamus periculum, quod cum illis degenti imminet, ac facile mutabilem illarum animum, consciumque illius rei, cujus causa factas se esse putant, prospiciamus. Ante omnia autem cavendæ illarum in arcano comicæ molitiones, quæ quidem clam peractæ etiam ab ipsis condemnantur, et ad proximum deglutiendum fiunt. Evenit igitur nonnullis, ut subducentes semetipsas, propterea quod aperte non audent vultum pigmentis inficere, astu id efficiant. Nam in aquam aut oleum despicientes, judicant de semetipsis, an possint temperantiæ bellum inferre. Alio etiam modo has insidias moliuntur; clam enim tangentes **416** capitis cincinnos, quasi proximum latere velint curiose comam componendo, summis digitis et genas et capillitium contrectant. Circumspiciunt etiam seipsas capite immoto. Forti igitur animo cum talibus agendum, et nostri luxuriantes rami amputandi; statim enim atque apprehenduntur, deorsum inclinant, et fructus a vulpibus sub terra latibulum habentibus comeditur. Propterea secundum Prophetam stimulandus asinus, equus flagellandus [6], ut excitetur piger, monitis autem ob impatientem freni animum verberetur is, qui imperium detrectat. Quare secundum Jeremiam non efficia-

[6] Prov. xxvi, 3.

6. *Ne in creatione quidem separata a Patre Filii et Spiritus operatio.* — Enimvero ne in opificio quidem universitatis hujus, separatam a Patre Filii et Spiritus sancti operationem fuisse, divinum nos docet oraculum. Hujus rei tibi David doctor sit, ita dicens : *Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli*[14]. Complexus enim est per *Domini* appellationem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum; et nihilominus propter ingratos usus est etiam personarum distinctione, cum ait : *Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris sui omnis virtus ipsorum*[15]. Quin et Patris potestate non inferiorem esse Filium et Spiritum sanctum, e divina didicimus Scriptura : quonam vero id modo, eam ipsam audi : *Deus autem noster*, inquit, *in cælo et in terra : omnia quæcunque voluit, fecit*[16]. Hoc de Patre protulit David. Filius vero potestatem istam in leproso ostendens, *Volo*, ait, *mundus esto*[17]. Hanc beatus Paulus testimonio suo Spiritui etiam sancto tribuens, talia scribit : *Sed omnia hæc efficit unus ille et idem Spiritus, dividens peculiariter unicuique sicut vult*[18]. Itaque, si in mundi institutione, et in baptismi doctrina, et insuper in creationis ratione, potestatisque virtute conjunctim nobis unum Patris et Filii et Spiritus sancti nomen traditum est, quæ ratio Filio et Spiritui sancto divinam et beatam essentiam auferre poterit?

7. Καὶ μή τις ἡμῖν ἐνσκήψειεν, ὡς ἄλλα μὲν ὑποσχομένοις, ἄλλα δὲ διεξελθοῦσιν, εἴπερ τὸ ταὐτὸν τῆς οὐσίας ἐπαγγειλάμενοι δείξειν, ὅτι συντάττεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὰς πίστεις παρεχόμεθα. Οὐ γὰρ ἄλλο τι τῆς συντάξεως ὁ λόγος (56) παρίστησιν, ἀλλ' ἢ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος τὸ τῆς οὐσίας ταὐτόν. Καί μοι τὴν διαίρεσιν ἀναλαβὼν ὁ ἀντιλέγων δι' ἀκριβείας σκοπείτω· εὑρήσει γὰρ ἐκεῖ τῆς οὐσίας τὸν λόγον ἐν τῇ τάξει τῆς συναφείας πληρούμενον. Ἄνωθεν τοίνυν ἡμῖν εἰς δύο τὰ ὄντα διῄρηντο, εἴς τε ἄκτιστον καὶ κτιστὴν φύσιν· καὶ τῆς μὲν ἀκτίστου τεκμήρια παρ' ἡμῶν ὡμολόγητο, δεσπο-

7. *Identitas essentiæ ex ordinis ratione consequitur.*—Nec quisquam in nos insurgat, quasi alia polliciti, alia exsequamur, quia identitatem essentiæ demonstrare aggressi, testimoniis probamus Filium et Spiritum sanctum cum Patre numerari. Nihil enim aliud ejusdem ordinis ratio demonstrat, nisi Patris et Filii et Spiritus sancti identitatem essentiæ. Et qui contradicit, is mihi institutam divisionem resumens accurate consideret. Ibi enim reperiet essentiæ rationem in conjunctionis ordine adimpleri. Supra igitur ea quæ sunt, in duo divisimus, in increatam et creatam naturam; ac increatæ

[13] I Cor. II, 12. [13] Joan. XIV, 15, 18. [14] Psal. LI, 26. [15] Psal. XXXII, 6. [16] Psal. LXIII, 3. [17] Matth. VIII, 3. [18] I Cor. XII, 11.

(52) *Καὶ βλέπε*. Pro his vocibus legitur in Coisl. 2 ἔβλεπε.

(53) *Τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*. Hæc verba, quæ omnino ad sensum necessaria sunt, suppeditavere Coisl. 2 et Reg. 1 et 2. Ibid. Reg. 1 et 2 συνάπτων. Editi vero συντάττων.

(54) *Πνεῦμα τὸ ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρός*. Legitur in Coisl. 2 τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ

(55) *Ἐπὶ γῆς*. Coisl. 2 ἐπὶ τῆς γῆς. Ad calcem R. Stephanus hanc apponit lectionem : Ἐν τῇ γῇ, quæ quidem reperitur in Reg. 1 et 2.

(56) *Ὁ λόγος*. Reg. 3 et Clarom. 1, et Coisl. 2 ὁ τρόπος, atque ita R. Stephanus ad calcem.

Digitized by Google

quidem hæc indicia esse confessi sumus, quod dominatrix sit et ab omni **425** necessitate libera, ac præterea pro sua potestate quidquid vult faciat et possit, creatæ vero, quod ex adverso servilis sit, et legibus herilibus obsequens, ac ministerium duntaxat a Deo acceptum et obire possit et obeat. Cum ita sit instituta divisio, ac deitatem inter et rem creatam nihil medium esse confirmet; quidquid a creata natura alienum est, a divina videlicet alienum non est. Si igitur pluribus demonstratum a nobis est a condita natura distare Filium et Spiritum, si quidem cum nulla re creata numerantur, sed cum Patre ubique conjunguntur: quomodo non extremæ amentiæ fuerit, increatæ illos naturæ esse non existimare? Ex duobus enim alterum necessario excidet. Necesse est enim vel creatæ illos naturæ esse ostendentem, an increata secernere; vel increatam illis naturam inesse demonstrantem, a creata necessario separare. Sed eos a condita natura separatos et cum divina conjunctos esse visum est manifestum; nihil autem medium esse confessi sumus. Superest ergo ut illius naturæ participes sint, cui semper adjunguntur. Nam si, ut dictum est (operæ enim pretium repetere ad uberiorem demonstrationem), in mundi institutione a Christo tradita, in doctrina sancti baptismatis, adhuc etiam et in divina doctrina et universi creatione, ac denique in summæ potestatis auctoritate similia et eadem de Patre et Filio et Spiritu sancto tradita sunt; quis adeo lævus ut communem illorum essentiam in dubium revocet? Unum igitur Deum confiteri convenit, in Patre et Filio et Spiritu sancto cognitum; ita ut quatenus Pater et Filius et Spiritus sanctus, unius divinitatis hypostases agnoscamus; quatenus vero Deus, communem hypostasum essentiam intelligamus. Unitas enim in Trinitate intelligitur, et Trinitas in unitate agnoscitur.

8. *Temeritas summa est hoc mysterium scrutari.*— Atque id equidem quodammodo neque ex aliis quærere velim, nec mihi ipse persuadere possim, ut de rebus arcanis lingua lutea et carne sordida eloqui audeam. Etsi enim mens pura nobis insita est, per quam sæpe quæ supra nos sunt ratione apprehendimus, tamen, socia carne prægravata, claram ma-

A τικήν τε αὐτὴν (57) εἶναι, καὶ πάσης ἀνάγκης ἐλευθέραν, ἔτι τε κατ' ἐξουσίαν ἃ ἂν βούλεται καὶ ποιοῦσαν, καὶ δυναμένην (58)· τῆς δὲ κτιστῆς, δουλικήν τε ἐξ ἀντιθέτου, καὶ νόμοις δεσποτικοῖς ἑπομένην, ἔτι τε τὴν διακονίαν, ἣν παρὰ τῆς θεότητος εἴληφε, μόνην καὶ δυναμένην, καὶ πληροῦσαν. Οὕτω τῆς διαιρέσεως ἐχούσης, καὶ θεότητος (59) καὶ κτίσεως μηδὲν εἶναι τὸ μέσον βεβαιούσης, πᾶν ὃ τῆς κτίσεως παρήλλακται, τῇ θείᾳ οὐ παρήλλακται δηλονότι. Εἰ τοίνυν διὰ πλειόνων παρ' ἡμῶν ἐδείκνυτο, τῆς μὲν κτίσεως διαλλάττων (60) ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, ἐπεὶ μηδενὶ κτιστῷ συνηρίθμηνται (61), τῷ δὲ Πατρὶ πανταχοῦ συνέζευκται, πῶς οὐ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας (62) ἐστὶ τὸ μὴ τῆς ἀκτίστου οὐσίας αὐτὰ νομίζειν (63); Τῶν γὰρ δύο τὸ ἕτερον ἀναγκαίως διαπεσεῖται· δεῖ γὰρ ἢ, τῆς
B κτιστῆς αὐτὰ δεικνύντα (64), τῆς ἀκτίστου ἀφορίζειν, ἢ, τῆς ἀκτίστου ἀποδεικνύντα, τῆς κτιστῆς ἀναγκαίως χωρίζειν. Ἀλλὰ καὶ τῆς κτιστῆς ἐφάνη κεχωρισμένα, καὶ τῇ ἀκτίστῳ συνεζευγμένα· μέσον δὲ τούτων ὡμολογήθη μηδέν. Λειπόμενον (65) ἂν εἴη τοῦ κοινωνεῖν αὐτὰ τῆς οὐσίας, ᾧ καὶ πανταχοῦ συνεζεύχθησαν. Εἰ γὰρ ὅπερ εἴρηται (καλὸν γὰρ ἀναλαβεῖν πρὸς ἐντελεστέραν ἀπόδειξιν) ἐπί τε τῆς ἐν Χριστῷ τοῦ κόσμου μαθητείας, ἐπί τε τῆς διδαχῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἔτι μὴν καὶ ἐπὶ τῆς θείας διδασκαλίας, καὶ τῆς τοῦ παντὸς δημιουργίας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς κατ' ἐξουσίαν αὐθεντίας, παραπλήσια καὶ ταὐτὰ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος παραδέδοται, τίς οὕτω σκαιὸς (66) διαμφισβητεῖν περὶ τῆς κατ' οὐσίαν
C ἀλλήλων κοινωνίας; Ἕνα τοίνυν θεὸν προσῆκεν ὁμολογεῖν ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι γνωριζόμενον· ᾗ μὲν Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, τῆς μιᾶς θεότητος τὰς ὑποστάσεις γνωρίζοντας· ᾗ δὲ Θεὸς, τὸ κατ' οὐσίαν κοινὸν τῶν ὑποστάσεων νοοῦντας. Μονὰς γὰρ καὶ ἐν Τριάδι νοεῖται, καὶ Τριὰς ἐν μονάδι γνωρίζεται.

8. Καὶ πῶς τοῦτο, διερωτᾷν οὔτ' ἄλλον (67) ἐβουλόμην, οὔτ' αὐτὸς ἐμαυτὸν δυναίμην πείθειν τοὺς περὶ τῶν ἀπορρήτων λόγους γλώσσῃ πηλίνῃ καὶ σαρκίνῳ ῥυπῶντι κατατολμᾷν. Εἰ γὰρ καὶ νοῦς ἡμῖν καθαρὸς ἐνίδρυται, δι' οὗ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς πολλάκις τῷ λόγῳ περιδραττόμεθα, ἀλλά γε τῇ συζύγῳ σαρκὶ βαρυνόμενος, ἀτονεῖ τὴν ἐναργῆ (68) τῶν μειζόνων κατά·

(57) *Αὐτήν.* Reg. 3 ταύτην.

(58) *Ἔτι τε... καὶ ποιοῦσαν καὶ δυναμένην.* Reg. 1, Clarom. 2 et R. Stephanus ad calcem ὅτι τε... ποιοῦσα καὶ δυναμένη. Ibid. Coisl. 2 βούληται.

(59) *Καὶ θεότητος.* Editi addunt ἐπείπερ τοῦτο ἄκτιστον. Sed hæc melius desunt in Reg. 1. Sic legitur in Clarom. 2: Καὶ θεότητος καὶ κτίσεως τὸ κτιστοῦ καὶ ἀκτίστου μηδὲν εἶναι τὸ μέσον βεβαιούσης. Duæ variæ lectiones a R. Stephano ad calcem proponuntur, quarum prima est: Οὕτω τῆς διαιρέσεως ἐχούσης, θεότητος καὶ κτίσεως μηδὲν εἶναι μέσον βεβαιούσης, et mox: Οὐ παρήλλακται δηλονότι. Εἰ δὲ διὰ πλειόνων. Altera καὶ κτίσεως καὶ θεότητος. Cætera ut in editis.

(60) *Διαλλάττων.* Clarom. διαλλάττειν. Sic etiam 1 et 2 Reg.

(61) *Συνηρίθμηνται.* Ita Reg. 1 et 2, et Coisl. 2. Editi συνηρίθμηται.

(62) *Ἀνοίας.* Ita Coisl. 2 et Reg. 1 et 2, et Stephanus ad calcem. Editi ἀπονοίας.

(63) *Νομίζειν.* Idem quatuor codices ὀνομάζειν.

(64) *Δεικνύντα.* Clarom. 2 ἀποδεικνύντα, et mox δηλοῦντα pro ἀποδεικνύντα. Sic etiam Reg. 1 et 2.

(65) *Λειπόμενον.* Deest οὖν. Mox leg. ἁγίου βαπτίσματος, et Pauli nomen supplendum post διδασκαλίας. Vid. n. 7.

(66) *Τίς οὕτω σκαιός.* Deest ὡς, quod videtur excidisse ob præcedentem ejusdem soni syllabam. Reg. 1 secunda manu ὁ διαμφισβητῶν.

(67) *Οὔτ' ἄλλον.* Ita Coisl. uterque, Reg. 1 et 2, et R. Stephanus ad calcem. Editi οὔτε ἄλλους. Paulo ante apponit Stephanus hanc variam lectionem, sed manifeste vitiosam: Εἰ δὲ Θεὸς, τὸ κατ' οὐσίαν κοινωνόν. Sic habent Reg. 1 et 2.

(68) *Τὴν ἐναργῆ.* R. Stephanus ad calcem τῆς ἐναργοῦς τῶν μειζόνων καταλήψεως. Ita habent Reg. 1 et 2.

Digitized by Google

ληψιν· ἐπείπερ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυ- A
φρόντιδα. Οὐδενὶ οὖν ἂν τρόπῳ ἀνθρώποις οὖσι δυνατὸν ἐξικέσθαι τῆς πρώτης ἐκείνης καὶ μακαρίας οὐσίας. Καὶ τί λέγω τῆς θείας οὐσίας! ἀλλ' οὐδὲ τῶν περὶ αὐτὴν μυστικῶς τελουμένων. Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποις τῶν θείων σαφὲς, ὡς Ἑλλήνων σοφός τις ἐφθέγξατο· ἐγὼ δὲ τὸ λεχθὲν (69) ὡς ἀληθὲς δέχομαι. Ὅταν γὰρ ἀκούσω τοῦ Παύλου, τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς, τοῦ τρίτον οὐρανὸν ἐκβεβηκότος, τοῦ ῥημάτων ἀῤῥήτων ἀκηκοότος, ἃ μὴ θέμις γλώσσαις ἀνθρωπίναις ἐκλαλεῖν, τοῦ λαλοῦντα ἐν ἑαυτῷ ἔχοντος τὸν τῶν λόγων χορηγὸν, μερικὴν τὴν γνῶσιν ἐν ἑαυτῷ προσμαρτυροῦντος καὶ λέγοντος· Ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους· τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην· καὶ πάλιν· Ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν· πῶς τὴν τελείαν τῶν θείων (70) B
γνῶσιν ἀνθρώποις οὖσι πιστεύσω; Εἰ γὰρ τοῖς εἰς τὸ Παύλου μέτρον ἐφθακόσιν, ἀμυδρά τις καὶ μερικὴ γέγονε (τὸ γὰρ δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι (71), τὸ ἀμυδρὸν παραινίσσεται), τίς οὕτω τολμηρὸς πρὸς ἀπόνοιαν, ὡς τελείαν τῶν θείων γνῶσιν ἑαυτῷ προσμαρτυρεῖν; Αὐτίκα δὲ καὶ ἡμεῖς τὸ τῶν ἀπορῥήτων ἀδιεξόδευτον εἰδότες, τὰ τοῦ (72) Δαυὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἐπιφθεγξόμεθα (73)· Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ· ἐκραταιώθη· οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ λέγειν ὅσιον, καὶ φρονεῖν ὁσιώτερον· τοῖς γὰρ θείοις παραχωρεῖν, εὐσεβοῦς ἀνδρὸς ἂν εἴη καὶ σώφρονος.

jorum rerum perceptionem non sustinet; siquidem deprimit terrenum tabernaculum mentem multa curantem. Nullo igitur modo, cum homines simus, primam illam et beatam essentiam apprehendere possumus. Sed quid dico divinam essentiam! imo ne illa quidem, quæ circa eam mystice peraguntur. Nihil enim rerum divinarum hominibus apertum, ut quidam ex Græcorum sapientibus dixit, cujus dictum, ut verum, suscipio. **426** Nam cum audio Paulum, vas illud electionis, qui tertium cœlum transcendit, qui verba arcana audivit, quæ non licet humanis linguis eloqui, qui habuit in semetipso loquentem eum a quo verba suppeditantur; cum illum, inquam, audio testificantem se ex parte cognoscere, ac dicentem: *Nunc cognosco ex parte, tum autem cognoscam quemadmodum et cognitus sum* [19]; item: *Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus* [20]; quomodo perfectam divinarum rerum cognitionem his qui homines sunt, inesse crediderim? Nam si iis, qui ad mensuram Pauli pervenerunt, obscura inest et ex parte cognitio (illud enim *per speculum et in ænigmate* obscurum significat), quis ita audax et temerarius, ut perfectam rerum divinarum cognitionem suo ipse testimonio sibi arroget? Nos igitur cum arcana inenarrabilia esse sciamus, illud Davidis Deo universorum clamabimus: *Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est: non potero ad eam* [21]. Atque hæc quidem et dicere sanctum est, et sentire sanctius. Rebus enim divinis cedere, pii est viri atque prudentis.

9. Οὐκοῦν ὅσον μὲν τῶν θείων εἰς ἀσφαλῆ ἔρευναν, C
ὅσον δὲ πρὸς εὐσεβῆ θρησκείαν θεοπρεπῶς νοοῦμεν (74) (οὐ γὰρ ἐπειδὴ πάμπαν ἀκατάληπτον τὸ θεῖον, διὰ τοῦτό που πάντως μηδ' ὅλως ζητεῖν περὶ αὐτοῦ προσῆκεν, ἀλλ' ἐν ῥᾳστώνῃ τὸν τοῦ βίου καταναλίσκειν χρόνον· κατὰ δὲ τὸ μέτρον τὸ μερισθὲν ἑκάστῳ παρὰ τοῦ Κυρίου τῆς γνώσεως τὴν ἐξέτασιν φιλοπόνως ποιεῖσθαι· ὅτι μὲν ἀκατάληπτον ἀκριβῶς πεπεισμένοις, ἐφ' ὅσον δὲ χωροῦμεν διὰ τῆς θεωρίας ἑαυτοὺς ἐκείνῳ συνάπτοντας), οὕτω τοίνυν νοοῦμεν τὸν Υἱὸν ἐκ Πατρὸς γεγεννῆσθαι, ὡς φῶς ἐκ φωτὸς ἐκλάμψαν. Ἱκανὴ γὰρ ἡ εἰκὼν παραστῆσαι τό τε συναΐδιον, τό τε τῆς οὐσίας ταὐτὸν, τό τε τῆς γεννήσεως ἀπαθές. Εἰ γὰρ ἐξελάμφθη, τῷ ἐκλάμψαντι ἀχρόνως συνυπέστη. Τίνι γὰρ φωτὸς ἔκλαμψις χρόνου (75) μέσῳ διακόπτοιτο; Εἰ δὲ φῶς ἐκ φωτὸς, τὸ ταὐτὸν D
ἐκείνῳ (76) δηλώσειεν, ἀφ' οὗ καὶ γεγέννηται. Εἰ δὲ

9. *Filius ut lumen de lumine generatus.* Divina igitur quantum ad tutam investigationem, quantum ad pietatis cultum digne Deo intelliguntur (neque enim quia Deus comprehendi omnino non potest, idcirco nihil prorsus de illo inquirere convenit, sed in desidia tempus vitæ consumere. Quin potius secundum mensuram scientiæ unicuique a Domino concessam, laboriosa investigatio suscipienda, ita ut nobis quidem accurate persuasum sit, Deum comprehendi non posse; quantum autem capimus, nosmetipsos cum eo per contemplationem conjungamus); sic igitur intelligimus Filium ex Patre genitum esse, ut lumen ex lumine refulgens. Satis idonea imago ut et coæternitatem et identitatem essentiæ, et perpessionis expertem generationem constituat. Nam si emissus est splendor, citra tempus simul exstitit cum eo qui splendorem emisit.

[19] I Cor. XIII, 12. [20] Ibid. 9. [21] Psal. LXXXVIII, 5.

(69) *Τὸ λεχθέν.* Articulus additus ex Regiis et Coisl. 2. Sic etiam R. Stephanus ad calcem. Observat Sylburgius trimetrum Iambicum fore si legamus: Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισι τῶν θείων σαφές.

(70) *Θείων.* Additur Γραφῶν ad calcem Stephani, et in Regio 1 et 2.

(71) *Ἐν αἰνίγματι.* Hæc desunt in Reg. 1 et 2. Editi addunt βλέπειν, quod melius deest in Regio 2 et Coisl. 2.

(72) *Τὰ τοῦ.* Coisl. 2 τὸ τοῦ.

(73) *Ἐπιφθεγξόμεθα.* Reg. 1 et 2, et Coisl. 2 ἐπιφθεγγόμεθα. Mox Reg. 1 et 2, et R. St. ad calcem τοῦτο μὲν καὶ φρονεῖν ὅσιον καὶ λέγειν ὁσιώτερον.

(74) *Νοοῦμεν.* Coisl. 2 νοούμενον, atque ita Clarom. 2 ad marginem. Hanc lectionem genuinam puto et in interpretando eam sequi non dubitavi.

(75) *Χρόνου.* Ita Coisl. antiquissimus Reg. 1 et 2, et Clarom. 2. Editi χρόνῳ. Legitur hoc loco in iisdem codicibus εἰ γὰρ ἐξελάμφθη, et mox εἰ δὲ φῶς... εἰ δὲ πάλιν. Editi habebant ἤ. Ibidem Reg. 1 et 2 ὑπέστη, Coisl. 1 συνέστη.

(76) *Τὸ ταὐτὸν ἐκείνῳ.* Ita Coisl. antiquissimus. Editi τὸν λόγον τοῦ φωτός, quæ desunt in Reg. 1 et 2. Infra legendum χωρήσαντες

Digitized by Google

Quo enim temporis intervallo splendor lucis interrumpatur? Quod si lumen de lumine, identitas essentiæ declaratur cum eo, a quo et genitus est. Rursus autem, si et lumen et genitum, perpessionis expers erit generatio. Neque enim sectionem aut fluxum aut interstitium luminis splendor admittit, sed ex ipsa essentia citra perpessionem prodit. Eamdem quoque notionem de Spiritu sancto tenemus, quia, ut Filius ex Patre, ita et Spiritus, nisi quod exsistendi modo differt. Ille enim, lumen de lumine per generationem refulsit, hic autem, lumen quidem et ipse de lumine prodiit, non tamen per generationem, sed procedendo. Ita coæternus Patri, ita secundum essentiam idem, ita sine perpessione inde progressus est. Sic in Trinitate unitatem intelligimus et in unitate Trinitatem agnoscimus. Hæc cum perceperimus atque hanc scientiæ mensuram a **427** Domino acceperimus, filiis Ecclesiæ exponimus quod comprehendimus, eosque hortamur ut ita sentiant, donec perfectiorem scientiæ splendorem accipiant; siquidem iis, quæ a nobis exposita sunt, diligenter attendere, ad prudentiam consequendam conducit. Nihil enim lepidum, nihil quod exaggerationem aut jactantiæ speciem habeat, animo concepimus; sed potius quidquid pium et divinæ scientiæ congruum pro viribus colligentes, unius divinitatis in tribus perfectis hypostasibus cognitionem exposuimus. Sic igitur et de beata ac divina Trinitate sentientes, ad eam quæ nobis ex Verbi Incarnatione obvenit, gratiam oratione accedamus. Nam inenarrabilis etiam est Incarnationis examinandum nobis est.

A πάλιν φῶς καὶ τὸ γεννώμενον, ἀπαθὴς ἡ γέννησις ἂν εἴη. Οὐ γὰρ κατὰ τομὴν, ἢ ῥεῦσιν, ἢ διάστασιν, τοῦ φωτὸς ἡ ἔκλαμψις γίνεται, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἀπαθῶς προέρχεται. Τὴν αὐτὴν δὲ γνῶσιν καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατέχομεν, ὅτι ὥσπερ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα· πλήν γε δὴ τῷ τρόπῳ τῆς ὑπάρξεως διοίσει. Ὁ μὲν γὰρ φῶς μὲν ἐκ φωτὸς ἐξέλαμψε· τὸ δὲ φῶς μὲν ἐκ φωτὸς καὶ αὐτὸ, οὐ μὴν γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς προῆλθεν· οὕτως συναΐδιον Πατρὶ, οὕτως τὴν οὐσίαν ταὐτὸν, οὕτως ἀπαθῶς ἐκεῖθεν ἐκπορευθέν. Οὕτως ἐν τῇ Τριάδι τὴν μονάδα νοοῦμεν, καὶ ἐν τῇ μονάδι τὴν Τριάδα γνωρίζομεν. Ταῦτα χωρίσαντες, καὶ τοῦτο τὸ μέτρον παρὰ τοῦ Κυρίου τῆς γνώσεως λαβόντες, τοῖς υἱέσι τῆς Ἐκκλησίας τὸ καταληφθὲν ἐκτιθέμεθα, οὕτω μὲν B φρονεῖν παρακαλοῦντες, ἕως ἂν τελεωτέραν τῆς γνώσεως τὴν ἔκλαμψιν δέξωνται· ἐπεί γε τοῖς παρ' ἡμῶν ἐκτεθεῖσι σὺν ἐπιμελείᾳ προέχειν σωφρονικόν. Οὐ γάρ τι κομψὸν, ἢ ὑπέρογκον, ἢ μεγαλαυχίας ἔχον ἀπόδειξιν ἐφαντάσθημεν· ὅσον δὲ εὐσεβὲς μᾶλλον καὶ πρέπον τῇ θείᾳ (77) γνώσει κατὰ δύναμιν συλλέξαντες, τῆς μιᾶς θεότητος τὴν ἐν τελείαις τρισὶν ὑποστάσεσι γνῶσιν ἐξεθέμεθα. Καὶ περὶ μὲν τῆς μακαρίας καὶ θείας Τριάδος οὕτω (78) δοξάζοντες, ἐπὶ τὴν ἐξ οἰκονομίας χάριν τοῦ λόγου τῷ λόγῳ προσέλθωμεν. Ἀῤῥητος μὲν γὰρ τῆς οἰκονομίας ὁ λόγος. Τῷ δὲ λόγῳ τῷ πρώτῳ κατὰ δύναμιν πάλιν ἡμῖν καὶ τοῦτο (79) ἐξεταστέον.

10. *Verbum sibi in utero Virginis templum formavit. Summa inter Verbum et hominem unio.* — Cum Verbum sibi conscium esset sua esse regenda opera, ac pœnæ, qua se Adam prævaricando obstrinxit, debitum esse solvendum; tum vero e cœlis non discedens ad nos descendit. Non enim corporis descensus fuit, sed divinæ operationis voluntas. Virgine autem, quæ ex Davide ob promissiones illi factas genus ducebat, intermedia ad Incarnationis opus utens, ejusque uterum, veluti divinum quoddam semen subiens, format sibi ipse templum, hominem perfectum, cum partem aliquam ex Virginis natura sumpsisset et ad templi formationem compegisset. Illud autem per summam unionem induens et Deus, et homo prodiens, sic suam inter nos œconomiam implevit. Quandoquidem Adam delinquens morti genus suum subdidit, et universam naturam debito obstrinxit; Filius, et Deus exsistens et homo, reparat Adæ lapsum; et quatenus homo, sine peccato vivit, et voluntariam

C 10. Ὅτε τῶν οἰκείων πλασμάτων συνεῖδεν ὁ Λόγος χρῆναι τὴν ἀνάπλασιν γενέσθαι, καὶ τῆς τοῦ Ἀδὰμ τιμωρίας, ἣν παραβὰς ὤφλησε, τὸ χρέος ἀποδοθῆναι· τότε δὴ, τῶν οὐρανῶν οὐκ ἀποστὰς, πρὸς ἡμᾶς κατελήλυθεν. Οὐ γὰρ ἦν σώματος ἡ κατάβασις, ἀλλὰ θείας ἐνεργείας βούλησις· μέσῃ δὲ παρθένῳ, ἐκ Δαυϊδικοῦ καταγομένῃ τοῦ γένους διὰ τὰς πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίας, πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας χρείαν (80) χρησάμενος, καὶ ταύτης τὴν νηδὺν εἰσδὺς, οἱονεί τις θεῖος σπόρος, πλάττει ναὸν ἑαυτῷ τὸν τέλειον ἄνθρωπον, μέρος τι λαβὼν τῆς ἐκείνης φύσεως, καὶ εἰς τὴν τοῦ ναοῦ διάπλασιν οὐσιώσας. Ἑνδὺς δὲ αὐτὸν κατ' ἄκραν ἕνωσιν (81), Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος προελθὼν, οὕτω τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκονομίαν ἐπλήρωσεν. Ἐπειδήπερ ἁμαρτὼν ὁ Ἀδὰμ, θανάτῳ τὸ D γένος ὑπέβαλε, καὶ τὴν φύσιν ὅλην ὑπεύθυνον τῷ χρέει πεποίηκε, Θεὸς ὑπάρχων ὁ Υἱὸς καὶ ἄνθρωπος, ἀνακαλεῖται τοῦ Ἀδὰμ τὸ παράπτωμα· καὶ ᾗ μὲν ἄνθρωπος, ἀμέμπτως πολιτεύεται, καὶ θάνατον ἑκούσιον καταδέχεται, διὰ μὲν τῆς ἄκρας πολιτείας ἀφα-

Divinæ Trinitatis in tribus perfectis hypostasibus cognitionem exposuimus. Sic igitur et de beata ac divina Trinitate sentientes, ad eam quæ nobis ex Verbi Incarnatione obvenit, gratiam oratione accedamus. Nam inenarrabilis etiam est Incarnationis ratio. Eadem autem ac supra ratione id quoque examinandum nobis est.

10. *Verbum sibi in utero Virginis templum formavit. Summa inter Verbum et hominem unio.* — Cum Verbum sibi conscium esset sua esse regenda opera, ac pœnæ, qua se Adam prævaricando obstrinxit, debitum esse solvendum; tum vero e cœlis non discedens ad nos descendit. Non enim corporis descensus fuit, sed divinæ operationis voluntas. Virgine autem, quæ ex Davide ob promissiones illi factas genus ducebat, intermedia ad Incarnationis opus utens, ejusque uterum, veluti divinum quoddam semen subiens, format sibi ipse templum, hominem perfectum, cum partem aliquam ex Virginis natura sumpsisset et ad templi formationem compegisset. Illud autem per summam unionem induens et Deus, et homo prodiens, sic suam inter nos œconomiam implevit. Quandoquidem Adam delinquens morti genus suum subdidit, et universam naturam debito obstrinxit; Filius, et Deus exsistens et homo, reparat Adæ lapsum; et quatenus homo, sine peccato vivit, et voluntariam

(77) *Τῇ θείᾳ.* R. Stephanus ad calcem τῇ ἀληθεῖ. Ita Reg. 1 et 2.

(78) *Καὶ περὶ μὲν τῆς... οὕτω.* Ita antiquissimus codex Coislinianus. Editi οὕτω καὶ περὶ τῆς. Deest conjunctio in Coisl. 2, et mox ante τῆς οἰκονομίας.

(79) *Τοῦτο.* Ita Coisl. 2. Editi τοῦτον.

(80) *Χρείαν.* Ita Coisl. uterque, Reg. 1 et 2, et R. Stephanus ad calcem. Editi χρῆσιν.

(81) *Κατ' ἄκραν ἕνωσιν.* Quæ sequuntur desumpta sunt ex Coisl. 1. Editi Υἱοῦ Θεὸς προῆλθεν ἅμφω τὰς φύσεις. Ἐξ ἐκείνου γὰρ ὁ Υἱὸς καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· οὕτω, etc. Legitur etiam προελθὼν in Reg. 1 et 2.

Digitized by Google

νίζων τὸ παράπτωμα, διὰ δὲ τοῦ μὴ χρεωστουμένου θανάτου καταργῶν τὸν ὀφειλόμενον (82)· ἧ δὲ Θεὸς, καὶ τὸ λυθὲν ἀνιστᾷ, καὶ τὸν θάνατον αὐτὸν παντελῶς καταλύει. Εἷς οὖν ἐστιν ὁ Υἱὸς, ὅ τε λυθεὶς, ὅ τε τὸ λυθὲν ἀναστήσας. Ἧ γὰρ ἄνθρωπος, ἐλύθη· ἧ δὲ Θεὸς, ἀνέστησεν. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς περὶ τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ τὰς ἐναντίας φωνὰς, καταλλήλως μέριζε **ταῖς** φύσεσι τὰ λεγόμενα· ἂν μέγα τι καὶ θεῖον, τῇ θείᾳ φύσει προσνέμων· ἂν δέ τι μικρὸν καὶ ἀνθρώπινον, τῇ ἀνθρωπίνῃ λογιζόμενος (83). Οὕτω γὰρ καὶ τὸ τῶν φωνῶν ἀσύμφωνον διαφεύξῃ, ἑκάστης ἃ πέφυκε δεχομένης (84) φύσεως, καὶ τὸν Υἱὸν τὸν ἕνα, καὶ πρὸ πάντων αἰώνων (85), καὶ πρόσφατον κατὰ τὰς θείας Γραφὰς ὁμολογήσεις.

11. Καὶ μὴ μέ τις τῆς ἑνώσεως διερωτάτω τὸν τρόπον. Οὐ γὰρ αἰδεσθήσομαι τὴν ἄγνοιαν ὁμολογῶν· τοὐναντίον δὲ καὶ μᾶλλον καυχήσομαι, τοῖς ἀπορρήτοις πιστεύων, καὶ μύστης τούτων ὑπάρχων, ὧν καὶ λόγος καὶ νοῦς ἀτονεῖ τὴν κατάληψιν. Ὥστε μηδὲ ἐναργές τι περὶ τούτων μήτε παρ' ἐμοῦ μήτε παρ' ἑτέρου μανθάνειν ἐλπίσειεν (86). Εἰ δ' ὅσον ὁ **νοῦς** ἡμῶν ἐχώρησε περὶ τούτου βούλει γνῶναι, φθόνος μὲν οὐδεὶς πρὸς παῖδας Ἐκκλησίας· τοσοῦτον δὲ τοῖς λεγομένοις ἐπισημηνάμενος, ὡς δεῖ τοῖς ἐγχειροῦσι τὴν ἔκθεσιν τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς τε καὶ συνεργίας, ἐπὶ τὴν εἰς δύναμιν κατάληψιν εἶμι. Τινὲς μὲν οὖν (87) τὴν ἕνωσιν, ὡς ψυχῆς πρὸς σῶμα νοήσαντες, οὕτως ἐκδεδώκασι. Καὶ ἁρμόδιόν γε τὸ παράδειγμα, εἰ καὶ μὴ κατὰ πάντα, κατά τι γοῦν. Ὡς γὰρ εἷς μέν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἔχει δὲ φύσεις ἐν **ἑαυτῷ** διαφόρους δύο· καὶ κατ' ἄλλο μὲν λογίζεται, κατ' ἄλλο δὲ τὸ λογισθὲν ἐνεργεῖ· ψυχῇ (88) μὲν γὰρ λογισάμενος, εἰ τύχοι, τοῦ πλοίου τὴν σύμπηξιν, χερσὶ τὸ νοηθὲν εἰς πέρας ἄγει· οὕτως ὁ Υἱὸς, εἷς ὢν καὶ δύο φύσεις, κατ' ἄλλην μὲν τὰς θεοσημείας **εἰργάζετο**, κατ' ἄλλην δὲ τὰ ταπεινὰ παρεδέχετο (89). Ἧ μὲν γὰρ ἐκ Πατρὸς καὶ Θεὸς, ἐνεργεῖ τὰ θαύματα· ἧ δὲ ἐκ παρθένου καὶ ἄνθρωπος, τὸν σταυρὸν καὶ **τὸ πάθος** καὶ τὰ παραπλήσια ἐθέλων ὑπέμενε φυσικῶς. Εἴ τις ἕως τούτου τὰ τοῦ παραδείγματος δέχοιτο, **ἔχει καλῶς** ἡ εἰκών. Εἰ δὲ πάλιν ὅλον ὅλῳ (90) τῷ **παραδείγματι** συγκρίνοι, τὰ τῆς διαφορᾶς ἀναφανήσεται. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος, εἰ καὶ διττὰς ἐν ἑαυτῷ (91) **δεικνύει** (92) φύσεις, οὐ δύο φύσεις ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῶν δύο. Ὡς γὰρ τὸ σῶμα σύγκειται μὲν ἐκ πυρὸς, καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος, καὶ γῆς, οὐκέτι δὲ τὸ σῶμα πῦρ εἶποις εἶναι, οὐδὲ ἀέρα, οὐδέ τι τῶν ἄλλων (93)· οὐδὲ γὰρ ταὐτὸν τοῖς ἐξ ὧν ἐστὶν· ἐπεὶ καὶ διάφορος

A mortem obit, sanctissimo vivendi genere lapsum abolens et indebita morte debitam destruens; quatenus autem Deus, et id quod solutum est resuscitat, et mortem ipsam penitus dissolvit. Nam quatenus homo, solutus est: quatenus Deus, resuscitavit. Cum igitur de uno Filio diversas voces audieris, convenienter naturis divide quæ dicuntur: si quid magnum et divinum, naturæ divinæ attribuens; si quid parvum et humanum, humanæ imputans. Sic enim et vocum discrepantiam effugies, unaquaque id quod sibi congruit recipiente natura, ac unum Filium et ante omnia sæcula exstitisse et recentem esse secundum divinas Scripturas confiteberis.

11. *Incarnationis mysterium difficile ad explicandum. Animæ et corporis exemplum partim commodum, partim viliosum.* — Nec quisquam me de
B unionis interoget modo. Non enim me pudebit ignorationem fateri; quin potius gloriabor magis, quod rebus arcanis credam, et ejusmodi mysteriis initiatus sim, quæ ratio et mens comprehendere non possunt. Quare nihil perspicuum **428** his de rebus neque a me, neque ab alio exspectet. Sed si quantum mens nostra ea de re apprehendit, vis discere, nihil equidem invidebo Ecclesiæ filiis, atque hoc tantum his, quæ dicta sunt, adjecto, nempe his qui ejusmodi expositionem aggrediuntur, opus esse favore et auxilio cœlesti, ad id venio, quod pro viribus apprehendi. Nonnulli unionem, ut animæ cum corpore, ita intellexerunt et exposuerunt.
C Ac congruum quidem exemplum, si minus omni ex parte, saltem aliquatenus. Quemadmodum enim unus est homo, ac duas naturas in semetipso diversas habet, ac secundum alteram ratiocinatur, secundum alteram id quod ratione percepit exsequitur, ita ut animo quidem ratiocinetur, exempli gratia de navis constructione, manibus autem id quod excogitavit ad exitum perducat: ita Filius, unus exsistens et duæ naturæ, secundum alteram signa operatur, secundum alteram humilia suscipit. Nam quatenus ex Patre et Deus, miracula operatur; quatenus autem ex virgine et homo, crucem et passionem et similia nostris perpessionibus voluus naturaliter pertulit. Si quis eatenus exemplum accipiat, recte se habet imago. Rursus
D si totum cum toto exemplo conferat, discrimina emergent. Nam homo, etsi duplicem in semetipso ostendit naturam, non duæ naturæ est, sed ex duabus. Quemadmodum enim corpus constat quidem

(82) *Τὸν ὀφειλόμενον*. Ita Coisl. 2 et R. Stephanus ad calcem. Sic etiam Reg. 1. Editi τὸ ὀφειλόμενον.

(83) *Λογιζόμενος*. Quidam codex a R. Stephano citatus addit φύσει. Mox deest γάρ in Coisl. 2.

(84) *Δεχομένης*. Coisl. 2 δεχόμενος atque ita R. Stephanus ad calcem. Legitur δεχομένης apud Leontium qui hunc locum citat, ut observat Sylburgius.

(85) *Πρὸ πάντων αἰώνων*. Coisl. 2 πρὸ τῶν αἰώνων.

(86) *Μανθάνειν ἐλπίσειεν*. Reg. 1 et 2, R. Stephanus ad calcem μηδὲν... μανθάνειν ἐλπίσειεν. Legitur etiam postremum verbum in Coisl. 1, pro quo habebant editi θελήσῃς.

(87) *Τινὲς μὲν οὖν*. Postrema vocula desumpta ex Coisl. 1.

(88) *Ψυχῇ*. Reg. 1 et 2, et ad calcem R. Stephanus ψυχῇ μὲν γὰρ νοερᾷ.

(89) *Εἰργάζετο .. παρεδέχετο*. Ita codices mss. Editi ἐργάζεται... παραδέχεται.

(90) *Εἰ δὲ πάλιν ὅλον ὅλῳ*. Ὅλον deest in Coisl. 2 et Reg. 3.

(91) *Ἐν ἑαυτῷ*. Ita mss. codices. Editi ἐν αὐτῷ.

(92) *Δεικνύει*. Coisl. 1 et Reg. 1 et 2 δείκνυσι.

(93) *Οὐδέ τι τῶν ἄλλων*. Coisl. uterque ἤ τι τῶν ἄλλων. Paulo post Coisl. antiquissimus ἕτερος τὰ ἐξ ὧν ἐστιν.

Digitized by Google

ex igne et aere et aqua et terra, nec jam tamen illud esse ignem aut aerem dixeris, aut quidquam ex aliis, si quidem diversa ratio est illius quod compositum est, et eorum ex quibus componitur; ita homo, quamvis ex anima constet et corpore, alius tamen est ac ea ex quibus constat. Sic autem clarius intelliges quid dicam. Ex diversis materiis domum ædificamus : at nemo dixerit domum idem esse ac materias ex quibus constructa est. Non enim simpliciter lapides et ligna et cætera domus sunt. Nam si ita esset, ante ædificationem separatæ illæ materiæ domus merito dicerentur. At certa quædam materiarum inter se coagmentatio domum nobis absolvit. Cæterum, domo dissoluta, manent similiter materiæ propriam rationem retinentes, sed periisse dicimus domum, quam certa quædam materiarum conjunctio absolverat. Ita et in homine. Quamvis enim ex anima constet et corpore, non tamen idem est ac ea ex quibus constat, sed aliud : ita ut homo aliud tertium sit, quod ex conjunctione animæ et corporis perficitur. Atque id inde patet, quod disjunctione horum facta, manet corpus propriam servans rationem; trifariam enim habet dimensionem licet mortuum; manet etiam anima similiter ratione utens, quamvis separata **429** sit; at homo periit, quem utriusque conjunctio perfecerat. Christus autem non ex divinitate et humanitate perfectus est Christus, quasi aliud esset præter duo, sed utrumque est, et Deus et homo : ac Deus quidem ex prodigiorum operatione intelligitur; hominem ostendunt similes nostris perpessiones. Præterea sæpe anima corporis perpessionibus præoccupatur, ac sæpe ante corpus, semper autem cum corpore, ut per se manifestum est, dolet; quippe cum sæpe sectionem corporis extimescat, ac ante corporis perpessionem immutetur, et post sectionem nihilominus dolores persentiat. Quod quidem de Christi divinitate nemo ex his, qui recte sentire solent, nisi penitus mente capiatur, aut dicere audeat aut approbare. Quare hominis exemplum aliqua in re admittendum est, in cæteris vero fugiendum.

12. *Exemplum solis et lucis.* — Nos autem et antea confessi sumus nos claram hujus veritatis perceptionem non assequi, et nunc animo nihilominus recto scientiam secundum mensuram nobis concessam profitemur, et ad perspicuam rationem, quæ qui-

A ὁ λόγος τοῦ τε συγκειμένου, τῶν τε συντεθέντων· οὕτως ὁ ἄνθρωπος, εἰ καὶ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματός ἐστιν, ἕτερος παρὰ τὰ ἐξ ὧν ἐστίν. Ὧδε δὲ μάθοις ὃ λέγω σαφέστερον. Ἐκ διαφόρων ὑλῶν τὸν οἶκον οἰκοδομοῦμεν· ἀλλ' οὐκ ἄν τις εἴποι τὸν οἶκον ταὐτὸν ὑπάρχειν ταῖς ὕλαις ταῖς ἐξ ὧν ἐστίν· σὺ γὰρ ἁπλῶς οἱ λίθοι, καὶ τὰ ξύλα, καὶ τὰ λοιπὰ, ὁ οἰκός (94) ἐστιν. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν (95), πρὸ τῆς οἰκοδομίας διηρημένας αὐτὰς τὰς ὕλας οἶκον ἄν τις δικαίως καλέσειεν. Ἀλλ' ἡ τοιάδε τῶν ὑλῶν πρὸς ἀλλήλας (96) σύμπηξις τὸν οἶκον ἡμῖν ἀποτελεῖν πέφυκεν. Ἀμέλει τῆς οἰκίας λυθείσης, μένουσι μὲν ὁμοίως αἱ ὕλαι τὸν οἰκεῖον ἐπέχουσαι λόγον· ἀπολωλέναι δὲ φαμὲν τὴν οἰκίαν, ἣν ἡ τοιάδε τῶν ὑλῶν σύζευξις ἀπετέλεσεν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ (97) ἀνθρώπου. Κἂν γὰρ ἐκ ψυχῆς
B καὶ σώματος ὑπάρχῃ, οὐ ταὐτὸν ἂν εἴη τοῖς ἐξ ὧν ἐστὶν, ἀλλ' ἕτερον (98)· ὡς εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἐξ αὐτῆς τῆς συναφείας ψυχῆς πρὸς σῶμα, τρίτον ἀποτελούμενον ἄλλο. Καὶ τοῦτο δῆλον ἀφ' ὧν, τῆς διαζεύξεως τῆς τούτων γενομένης, μένει μὲν οὕτως τὸ σῶμα τὸν οἰκεῖον σῶζον λόγον· τριχῇ γάρ ἐστι διαστατὸν, κἂν νεκρὸν ὑπάρχῃ· ἡ ψυχή τε πάλιν (99) ὁμοίως λογικὴ τυγχάνουσα, κἂν διαζευχθῇ· ἀπόλωλε δὲ ὁ ἄνθρωπος, ὃν ἀπετέλεσεν ἑκατέρων ἡ σύζευξις. Ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ἀπετελέσθη Χριστὸς, ἄλλος ὢν (1) παρὰ τὰ δύο, ἀλλὰ καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ἑκάτερα τυγχάνει· Θεὸς μὲν νοούμενος τῇ τῶν τεραστίων ἐνεργείᾳ, ἄνθρωπος δὲ δεικνύμενος τῇ τῆς φύσεως ὁμοιοπαθείᾳ. Ἄλλως δὲ
C πολλοῖς καὶ ἡ ψυχὴ τῶν τοῦ σώματος προκατεχομένη παθῶν, καὶ προπάσχει πολλάκις τοῦ σώματος· συμπάσχει (2) δὲ διηνεκῶς αὐτίκα φαίνεται, πολλάκις τὴν τομὴν τοῦ σώματος ἀγωνιῶσα, καὶ πρὸ τοῦ πάθους τοῦ σώματος ἀλλοιουμένη, καὶ μετὰ τὴν τομὴν οὐδὲν ἔλαττον τὰ τῆς ὀδύνης ἐμπαθῶς δεχομένη (3). Ὅπερ ἐπὶ τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἄν τις τῶν ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων, εἰ μὴ παντελῶς τὸν νοῦν παρενεχθῇ, τολμήσειεν ἢ εἰπεῖν ἢ παραδέξασθαι. Ὥστε τοῦ ἀνθρώπου τὸ παράδειγμα κατὰ τὶ μὲν δεκτέον, κατὰ τὸ λοιπὸν δὲ φευκτέον (4).

12. Ἡμεῖς δὲ καὶ πάλαι μὲν προδιωμολογήσαμεν τῆς ἀληθείας ταύτης τὴν ἐναργῆ κατάληψιν μὴ
D νοεῖν (5)· καὶ νῦν οὐδὲν ἔλαττον εὐγνωμονοῦμεν, ὁμολογοῦντες τὴν κατὰ τὸ μέτρον τὸ δοθὲν ἡμῖν γνῶσιν, ὅσον τε πρὸς εὐσεβέστερον ἐναργῆ λόγον, τὰ

(94) *Ὁ οἶκος*. Deest articulus in Coisl. 2.

(95) *Τοῦτο ἦν*. Deest verbum in Regio 3 et Coisl. 2. Legitur in Coisl. 1 καὶ πρὸ τῆς. Mox ex eodem cod. et ex Reg. 1 et 2, et Clarom. 2 desumpsi adverbium δικαίως, quod etiam ad calcem apposuit R. Stephanus.

(96) *Ἀλλήλας*. Ita Coisl. antiquissimus. Editi ἄλληλα.

(97) *Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ*. Coisl. 1 οὕτως ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου κἂν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ὑπαρχει.

(98) *Ἀλλ' ἕτερον*. Coisl. 2 ἀλλ' ἕτερος.

(99) *Πάλιν*. Hanc vocem suppeditant Coisl. 1 et 2, quod quidem etiam Stephanus ad calcem apposuit.

(1) *Ἄλλος ὤν*. Editi οὐκ ἄλλος ὤν, sed negatio deest in tribus codicibus Regiis et Clarom. 2, et Coisl. 1. Legitur in Coisl. 2 ὁ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπόθητος ἀπετελεσθη Χριστὸς, οὐκ ἂν ἄλλος ὢν. etc.

(2) *Συμπάσχει*. Ita Reg. 1 et 2. Legitur καὶ συμπάσχει in Coisl. 1. Editi συμπάσχειν. Sed illud αὐτίκα perincommode hoc loco positum, nec mss. codices opem ferunt. At legendo ὅτι καί videtur vulnus sanari posse.

(3) *Οὐ δεχομένη*. Deest in Coisl. 2 et Reg. 3.

(4) *Κατὰ τὸ λοιπὸν δὲ φευκτέον*. Ita Coisl. 1, Clarom. 2 et Reg. 1 et 2, et R. Stephanus ad calcem. Editi κατὰ τὶ δὲ φευκτέον.

(5) *Μὴ νοεῖν*. Reg. 1 et 2, et Clarom. 2 ἀγνοεῖν. Coisl. 2 μὴ νοεῖν, ἀγνοεῖν δὲ, καί, etc. Vitiose ed. μὴ νοεῖν δέ.

Digitized by Google

τοῦ παραδείγματος ἀνάγειν σπουδάζομεν, καὶ τὴν ἕνωσιν οὐ μικρᾷ τινὶ καὶ τῶν εὐτελῶν εἰκόνι παρεικάζειν ἐθέλομεν, ἀλλὰ μεγάλῃ, καὶ τῇ γεννήσει πρεπούσῃ τῇ ἐκ Πατρός. Ἐπειδὴ γὰρ (6) φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον ὁ Λόγος, ἐκ φωτὸς ἐκλάμψας τοῦ ἀναιτίου, φῶς εἶναι καὶ τὸ παράδειγμα βούλομαι τῆς ἑνώσεως. Νοείσθω τοίνυν ὁ Λόγος φῶς εἶναι τὸ ἀρχέγονον, ὃ πρώτῃ φωνῇ τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοῦ τοῦ Λόγου γεγένηται· σῶμα δὲ ἡλιακὸν τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον, ᾧ κατ' ἀπόῤῥητον (7) τὸν λόγον ὁ Λόγος ἡνώθη. Καὶ μή μοι τὸν ἥλιον φῶς ἕτερον παρὰ τὸ πρότερον (8) γενόμενον νόμιζε. Οὐ γὰρ ὡς ἐλλείποντος τοῦ πρώτου πρὸς τὸν τοῦ παντὸς φωτισμὸν, ὁ ἥλιος γέγονε τὸ λεῖπον ἀναπληρῶν. Οὐ γὰρ τοιοῦτος ὁ τεχνίτης, ὡς μήτε προϊδέσθαι τὸ τέλειον, μήτε τὴν αὐγὴν πρὸς τὴν ἐξ αὐτοῦ παρεχομένην δημιουργῆσαι χρείαν. Ἐν τοίνυν ἐστὶ τὸ φῶς τὸ ἀρχέγονον· ὁ δὲ ἥλιος σῶμα τούτῳ (9) κατεσκευάσθη· ἐφ' οὗ συναιρεθὲν τὸ φῶς πανταχοῦ τὴν ἀρχὴν κεχυμένον ἐποχεῖται. Τοῦτο (10) καὶ τῶν ὡρῶν ἡμῖν τῆς ἡμέρας τὸν δρόμον διὰ τοῦ σώματος ἀμέμπτως ἀποπληροῖ. Εἰ γὰρ μὴ ἐνεδέθη σώματι, ἀλλ' ὅλον ἐν ὅλῳ τῷ ἀέρι περιεκέχυτο, οὐκ ἂν ἡμῖν οὔτε τὰ μέτρα τῆς ἡμέρας διώρισεν, οὔτε κίνησιν εὔτακτον καὶ τὸν πεποιηκότα παρέστησεν. Εἰ δέ μοι λέγεις, ὅτι καὶ πρὸ τῆς τοῦ ἡλίου γενέσεως ἡμέρα καὶ νὺξ ἐγίνετο, πρῶτον μὲν ὁμολογήσεις (11) ὁμοίως, ὅτι ἥρκει τοῦ φωτὸς ἡ φύσις ἅπαντα καταυγάζειν· ἀκολούθως δὲ λοιπὸν ζητήσας (12) τῆς γενέσεως τοῦ ἡλίου τὴν αἰτίαν, εὑρήσεις οὐκ ἄλλην οὖσαν ἢ τὴν παρ' ἡμῶν ἀρτίως εἰρημένην. Πάλαι μὲν γὰρ ὅλον δι' ὅλου τὸ φῶς ἀέρι περιχεχυμένον οὔτε κίνησιν ὁμαλὴν διέτρεχεν, οὔτε τῆς ἡμέρας τὰ μέτρα διώριζεν, ἀλλὰ συστελλόμενον, τῇ νυκτὶ τὴν πάροδον ἐδίδου, ὥστε παντὸς ἀληθέστερον (13) ἕτερον μὲν εἶναι τὸ φῶς, ἕτερον δὲ τὸ ἡλιακὸν σῶμα τὸ τοῦτο δεξάμενον. Οὕτως ἔχοντος (14) τοῦ φωτὸς πρὸς τὸ ἡλιακὸν σῶμα, σκοπεῖτε λοιπὸν ὑμεῖς δι' ἀκριβείας τὸν λόγον. Ὥσπερ γὰρ μετὰ τὴν ἕνωσιν τοῦ πρωτογόνου φωτὸς πρὸς τὸ ἡλιακὸν σῶμα, οὐκ ἂν τις ἀπ' ἀλλήλων αὐτὰ διέλοι, οὐδὲ τὸ μὲν ἥλιον ἰδιαζόντως καλέσοι, τὸ δὲ πάλιν φῶς διῃρημένως, ἀλλ' εἷς ἥλιος τὸ φῶς μετὰ τοῦ σώματος (15) λέγεται· οὕτως ἐπὶ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς, καὶ τοῦ παναγίου (16) σώματος, οὐκ ἄν τις εἴποι μετὰ τὴν ἕνωσιν, τὸν μὲν κεχωρισμένως Υἱὸν (17) τὸν θεῖον Λόγον, τὸν δὲ Υἱὸν τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν

dem maxime pia et sancta sit, exemplum revocare studemus, ac unionem non parvæ alicui et contemnendæ imagini assimilare volumus, sed magnæ et quæ generationem ex Patre deceat. Cum igitur lux in mundum venerit Verbum, quod ex luce principii experte effulsit, lucem etiam esse volo exemplum unionis. Cogitatione ergo fingatur Verbum esse lucem illam primariam, quæ prima Dei voce per ipsum Verbum facta est; corpus autem solare humanum esse corpus, cui Verbum arcana ratione unitum est. Nec mihi solem aliam esse lucem suspiceris, præter eam, quæ prius facta fuerat. Neque enim quasi prima deficeret ad universi illuminationem, idcirco sol factus est, qui id quod deerat expleret. Non enim is est opifex qui non provideret quid perfectum sit, nec lucem apte ad utilitatem, quæ ex illa percipitur, conderet. Una igitur est primaria lux; sol autem ei corpus factum est, in quo lux, quæ initio ubique diffusa erat, collecta portatur. Hæc nobis horarum diei cursum per corpus accuratissime adimplet. Nam si corpori illigata non fuisset, ac tota in toto diffusa aere fuisset, nec diei nobis mensuras definivisset, nec motum rite ordinatum et ordinis auctorem exhibuisset. Quod si mihi objicias etiam, antequam sol fieret, diem et noctem exstitisse, primo quidem pariter fateberis satis idoneam fuisse lucis naturam, ut omnia illuminaret; deinde consequenter quærens quam ob causam sol factus sit, non aliam exstitisse reperies præter eam, quæ modo a nobis dicta est. Primitus enim tota per totum aerem lux circumfusa, neque motum æquabilem percurrebat, **430** nec diei mensuras definiebat, sed contracta nocti ingressum dabat, ita ut verissimum sit aliud esse lucem, aliud solare corpus quod eam complexum est. Sic se habente luce ad solare corpus, jam vos diligenter expendite quod dico. Quemadmodum enim post unionem primariæ lucis cum solari corpore, nemo illa ab invicem divulserit, neque hoc quidem singulariter solem, illud vero separatim lucem dixerit, sed unus sol lux cum corpore dicitur: ita in vera luce et sanctissimo corpore, nemo post unionem separatim dixerit Filium Verbum divinum, filium hominem, sed utraque unum et eumdem dixerit, quemadmodum et lux quæ suscepta est et corpus, quod eam suscepit, una lux et unus sol. Rursus quem-

(6) *Ἐπειδὴ γάρ.* Coisl. 1, ἐπεὶ οὖν. Mox editi ἐκλάμψαν, Coisl. 1 et Reg. 1 et 2 ἐκλάμψας.

(7) *Ἀπόῤῥητον.* Coisl. 1 addit τὸν λόγον, idque sum secutus.

(8) *Πρότερον.* Sic Coisl. 1 et Reg. 1 et 2. Editi πρῶτον. Mox editi τὸ ἐλλεῖπον. Coisl. uterque et Reg. 1 et 2 τὸ λεῖπον.

(9) *Ὁ δὲ ἥλιος σῶμα τούτῳ.* Coisl. 1 τὸ δὲ ἡλιακὸν σῶμα τοῦτο.

(10) *Τοῦτο.* Coisl. 2 τούτῳ.

(11) *Ὁμολογήσεις.* Coisl. 2 ὁμολογήσας.

(12) *Λοιπὸν ζητήσας.* Totum hunc locum ita scripsi, ut habetur in Coisl. antiquissimo. Editi habebant ζητήσεις λοιπὸν ... εὑρήσεις γὰρ οὐκ ἄλλην ἢ τὰ... εἰρημένα.

(13) *Ἀληθέστερον.* Reg. 1 et 2, et Clarom. 2 πάντως ἀληθές, sed tamen ad marginem apposita vulgata lectio.

(14) *Οὕτως ἔχοντος.* Coisl. 1 οὕτω τοίνυν ἔχοντος.

(15) *Μετὰ τοῦ σώματος.* Hæc suppeditavit Coisl. 2, longeque visa sunt præferenda non solum editis ubi deerant, sed etiam codicibus Reg. 1 et 2, Clarom. 2, et Coisl. 1, et Stephano ad calcem, ubi legitur καὶ ἓν τὸ φῶς.

(16) *Παναγίου.* Coisl. 1 ἁγίου.

(17) *Υἱόν.* Coisl. 1, Clarom. 2, Reg. 1 et 2, et R. Stephanus addunt οἷον, et mox τὸν δὲ πάλιν οὐχ υἱὸν, οἷον τὸν ἄνθρωπον. Sed tamen vulgata scriptura, ut ad sententiæ seriem accommodatior, visa est retinenda.

Digitized by Google

admodum una lux, et unus sol, naturæ vero duæ, una quidem lucis, corporis autem solaris altera : ita et hic unus quidem Filius et Dominus et Christus et Unigenitus, naturæ vero duæ, altera supra nos, altera nostra. Et rursum, quemadmodum in luce nemo a corpore, quod eam suscepit, efficaciam lucis separaverit, sed si eam ratione separet, naturam agnoscet cujus propria est efficacia : ita in uno Filio Dei unigenito omnem operationem nemo a vera divinitate separaverit, sed cujus naturæ proprium sit id quod agitur, ratione cognoscet. Ad hoc nos exemplum, quo divina unio illustratur, tanquam ad cogitationem maxime piam confugimus, si minus veritatem ipsam omnino assecuti, saltem imaginem, quæ nobis satis idonea sit ad piam investigationem, colligentes. Si quid ex his tibi videbitur ad veritatem propius accedere, lauda eum qui scientiæ mensuram dedit; si quid magis pium ab alio didiceris, rursus eumdem lauda curatorem. Nam cum idem ab initio sit, in alio operatus est. Cum satis pro viribus rectam confessionem exposuerimus, salute filiis Ecclesiæ dicta, gratiisque illi actis, qui sermonis copiam suppeditavit, tranquillam deinceps vitam sopito sermone traducemus.

A αὐτὸν ἑκάτερα νοήσει, ὡς ἓν φῶς καὶ ἕνα ἥλιον, τό τε δεχθὲν φῶς, τό τε δεξάμενον σῶμα. Πάλιν ὡς ἐν μὲν φῶς, καὶ εἷς ἥλιος, φύσεις δὲ δύο· ἡ μὲν φωτὸς, ἡ δὲ σώματος ἡλιακοῦ· οὕτω κἀνταῦθα, εἷς μὲν ὁ Υἱὸς, καὶ Κύριος, καὶ Χριστὸς, καὶ Μονογενής· φύσεις δὲ δύο· ἡ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς, ἡ δὲ ἡμετέρα. Καὶ αὖθις, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ φωτὸς τὴν ἐνέργειαν (18) οὐκ ἄν τις χωρίσειε τοῦ σώματος αὐτοῦ τοῦ δεκτικοῦ· τῷ λόγῳ δὲ διελὼν, γνωρίσειε τὴν φύσιν, ἧς ἐστιν ἰδία ἡ ἐνέργεια· οὕτως ἐπὶ τοῦ ἑνὸς μονογενοῦς (19) Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, πᾶσαν μὲν ἐνέργειαν οὐκ ἄν τις χωρίσειε τῆς μιᾶς υἱότητος (19*), τῆς δὲ φύσεως ἧς ἐστιν οἰκεῖον τὸ γιγνόμενον τῷ λόγῳ γνωρίσειεν. Οὕτως ἡμεῖς τὸ παράδειγμα τῆς ἑνώσεως τῆς θείας ποιήσαντες, ὡς ἂν ἐπ' εὐσεβεστέραν ἔννοιαν κατεφύγομεν, εἰ μὲν ἀληB θείας αὐτῆς εἰ καὶ μὴ καθάπαξ ἐφικόμενοι, εἰκόνα γοῦν ἐξαρκοῦσαν ἡμῖν πρὸς εὐσεβῆ ζήτησιν συλλεξάμενοι. Τούτων εἴ τί σοι δόξειεν ἐγγύτερόν πως τῆς ἀληθείας εἶναι, ἀνύμνει τὸν δεδωκότα τῆς γνώσεως τὸ μέτρον· εἰ δέ τι μᾶλλον εὐσεβὲς παρ' ἄλλου μεμάθηκας, αὐτὸν πάλιν ἀνύμνει τὸν κηδεμόνα· αὐτὸς γὰρ πάλαι ὢν, εἰς ἄλλον ἐνήργησεν. Ἀποχρώντως τοίνυν εἰς δύναμιν τὴν ὀρθὴν ὁμολογίαν ἐκθέμενοι, χαίρειν μὲν τοῖς τῆς Ἐκκλησίας υἱέσιν εἰπόντες, χάριν δὲ τῷ δεδωκότι τοῦ λόγου τὴν χορηγίαν ὁμολογήσαντες, ἐπὶ τῆς καθ' ἡσυχίαν διαγωγῆς τὸν λόγον εὐνήσαντες τοῦ λοιποῦ βιοτεύσομεν.

13. *Quæritur quomodo Verbum plus in templo sit quam in aliis rebus.* — At nonnullos video, qui stadio alterius quæstionis aperiendo sermonem revocent, eumque cogant rursus currere, ac forte etiam periclitentur an non superioribus curriculis lassus defecerit. Ille vero fontem imitatur, qui quo frequentius hauritur, eo limpidiores aquas profundit. At totus quidem ad cursum intentus est, jamque foribus tantum non prospicit et designatoris signum exspectat. Tibi vero, si quæstionem significare velis, paratus est exsilire et incredulitatem sternere ac pugnantes cum Deo linguas sternere, et quid de rebus divinis quærendum, quid vero credendum sit discernere et ex curriculi lege victor renuntiari. Quomodo, inquit, Verbum ubique secundum essentiam est, et quomodo in proprio templo? Nam si, ut in omnibus, **431** ita illic; nihil præcipuum præ omnibus templum habebit. Et quo loco illud ponemus : *In quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* [22]. Quod si illum in templo plus esse quis dederit, non omnibus secundum essentiam adest, quod quidem Dei proprium est.

13. Ἀλλὰ γὰρ ὁρῶ τινας ἀνακαλουμένους (20) τὸν λόγον, καὶ ζητήσεως ἑτέρας στάδιον ὑποδεικνύντας, καὶ τρέχειν αὖθις βιαζομένους, τάχα που καὶ πειρωC μένους (21), εἰ μὴ τοῖς προλαβοῦσι διαύλοις ἀπείρηκεν. Ὁ δέ γε μιμεῖται πηγὴν, ἥ, συνεχέστερον ἀντλουμένη, διειδέστερα προχεῖ τὰ νάματα. Ὅλος δὲ νένευκε πρὸς τὸν δρόμον, καὶ τῶν θυρῶν οὐκ ἤδη ὅσον προέκυψε, καὶ τοῦ σημαντῆρος ἀναμένει τὸ σύνθημα. Σοὶ δὲ βουλόμενος (22) τὸ ζήτημα σημᾶναι, ἕτοιμος ὁρμῆσαι καὶ καταβαλεῖν τὴν ἀπιστίαν, καὶ περικλεῖσαι τὰς θεομάχους γλώσσας, καὶ διαστεῖλαι, τί μὲν δεῖ περὶ τῶν θείων ζητεῖν, τί δὲ πιστεύειν, καὶ τοῦ δρόμου τῷ νόμῳ νικητὴς ἀναρρηθῆναι. Πῶς, φησὶν, ὁ Λόγος πανταχοῦ κατ' οὐσίαν ἐστὶ, καὶ πῶς ἐν τῷ οἰκείῳ ναῷ; Εἰ γὰρ ὡς ἐν ἅπασι κἀκεῖ, οὐδὲν πλέον ὁ ναὸς τῶν πάντων ἕξει. Καὶ ποῦ θήσομεν τό, *Ἐν ᾧ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς;* Εἰ δ' ἐν τῷ ναῷ δοίη τις πλέον εἶναι, D οὐ τοῖς πᾶσι κατ' οὐσίαν πάρεστιν, ὅπερ ἴδιον Θεοῦ.

14. *Hæc quæstio alia quæstione refellitur, utpote*

14. Σαφὴς ἔλεγχος ἀπιστίας τὸ πῶς ἐπὶ Θεοῦ (23)

[22] Coloss. II, 6.

(18) *Τὴν ἐνέργειαν.* Hunc locum sanavimus ope Coisl. 1. Habebant editi ὥσπερ ἐπὶ τοῦ φωτὸς φῶς ἐστι τῇ ἐνεργείᾳ, ὁ οὐκ. Reg. 2, et Clarom. 2 ᾗ φῶς ἔστιν ἐν τῇ ἐνεργείᾳ οὐκ ἄν τις. Sic etiam Reg. 1, nisi quod illud ᾗ non agnoscit. Iidem codices habent καὶ αὖ.

(19) *Ἑνὸς μονογενοῦς.* Ita Coisl. antiquissimus. Deest μονογενοῦς in editis et ἑνὸς in Reg. 1 et 2.

(19*) *Τῆς μιᾶς υἱότητος.* H. e. *ab una persona Filii.* Vertit interpres quasi legisset τῆς ἀληθοῦς θεότητος. Edit. Patrol.

(20) *Ἀνακαλουμένους.* Reg. 1 et 2, et R. Stephanus ad calcem et Coisl. 2 addunt πάλιν.

(21) *Πειρωμένους.* Coisl. 2 et Reg. 1 et 2 πειρῶντας.

(22) *Σοὶ δὲ βουλόμενος.* Legendum βουλομένῳ. Mox editi ἕτοιμος γὰρ ὁρμῆσαι. Deest vocula in codicibus mss. Habent Reg. 1 et 2 παρορμῆσαι.

(23) *Ἐπὶ Θεοῦ.* Ita Coisl. 1. Editi περὶ Θεοῦ. Mox editi πῶς θαλάσσης, codices mss. ut in textu.

Digitized by Google

λέγειν. Πῶς γὰρ οὐρανοῦ δημιουργὸς, πῶς γῆς, καὶ θαλάσσης, ἀέρος τε καὶ φυτῶν, καὶ τῶν ζώων ἁπάντων, καὶ σοῦ γε αὐτοῦ, τοῦ πάντα μετὰ ἀκριβείας περὶ Θεοῦ ζητοῦντος; Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς (24), ὅτι δυνάμεως περιουσίᾳ (25) ἅπαντα παρήγαγεν. Ἆρ' οὖν ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις τοῖς γινομένοις κατὰ συμβεβηκὸς ἢ κατ' οὐσίαν παρῆν; Εἰ μὲν οὖν κατὰ συμβεβηκὸς ὡς οὐσί γε (26), καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι· ἐπείπερ τὸ συμβεβηκὸς οὐ καθ' αὑτὸ πέφυκεν, ἀλλ' ἔν τισι προϋποκειμένοις ὑπάρχει. Εἰ δὲ γελοῖον τοῦτο, λείπεται κατ' οὐσίαν τὴν δύναμιν παρεῖναι πᾶσιν. Ἆρ' οὖν, ἐπειδὴ πᾶσι κατ' οὐσίαν ἡ δύναμις τοῖς γινομένοις παρῆν, οὐδὲν πλέον εἶχεν αὐτῶν ὁ κεκλημένος ναός (27); Ἄπορος οὗτος ὁ λόγος, ἄπορος κἀκεῖνος, καὶ πίστις ἀμφοτέρων ἡ λύσις. Εἶδες πῶς ὁρμήσας ὁ λόγος κατέβαλε τὴν ἀπιστίαν· βλέπε περικλειομένας τὰς θεομάχους γλώσσας.

A *inextricabilis.* — Manifestum argumentum incredulitatis illud *quomodo* de Deo dicere. Quomodo enim cœli opifex, quomodo terræ et maris, et aeris et plantarum et animalium omnium et tui ipsius, qui omnia de Deo accurate inquiris? Omnino dices potentiæ illum magnitudine omnia creasse. Utrum igitur Dei potentia iis, quæ facta sunt, per accidens an secundum essentiam adfuit? Quod si per accidens, ut jam exsistentibus, etiam antequam fierent, adfuit; quandoquidem accidens non perseipsum exstat, sed in quibusdam præexsistentibus versatur. Quod si id ridiculum, superest ut potentia omnibus secundum essentiam adfuerit. Quoniam igitur rebus omnibus creatis potentia secundum essentiam adfuit, nihil illis amplius habuit illud quod B dicitur templum? Inexplicabilis hæc quæstio, inexplicabilis et illa, ac fides utriusque solutio. Vidisti quomodo prosiliens sermo infidelitatem stravit : vide obstructas linguas, quæ cum Deo bellum gerunt.

15. Εἴπατε ἡμῖν οἱ τὸν Χριστιανισμὸν πρεσβεύειν σχηματιζόμενοι (28), οἱ ἐπ' ἀναιρέσει τῶν δύο φύσεων τὰ τοιαῦτα καὶ ζητοῦντες καὶ προϊσχόμενοι, οἱ τὰ τῆς κράσεως καὶ συγχύσεως, καὶ τῆς ἀπὸ σώματος εἰς θεότητα μεταβολῆς, καὶ τὰς τοιαύτας (29) ἐπαπορήσεις πραγματευόμενοι· οἱ ποτὲ μὲν σάρκα τὸν Λόγον γεγενῆσθαι (30) λέγοντες, ποτὲ δὲ τὴν σάρκα εἰς Λόγον οὐσιωθῆναι, καὶ διὰ τὰς τοιαύτας τοῦ νοὸς ὑμῶν παρατροπὰς μηδ' ὁτιοῦν φρονεῖτε δῆλοι (31) καθιστάμενοι. Λέγετε τοίνυν ἡμῖν, πῶς ὁ Λόγος σὰρξ γενόμενος, τοὺς οὐρανοὺς οὐ κατέλιπε (32). Πάντως ἐρεῖτε, ὅτι μείνας Θεὸς οὕτως ἐγένετο. Πάλιν οὖν ἡμῖν εἴπατε, πῶς μείνας ἐγένετο. Εἰ γὰρ ἔμεινεν (33) ὃ ἦν, πῶς γέγονεν ὃ οὐκ ἦν; Εἰ δὲ γέγονεν ὃ οὐκ ἦν, πῶς ἔμεινεν ὅπερ ἦν; Ἀπορεῖς τὴν ἐπίλυσιν; ἀπόρει καὶ τῆς ἑνώσεως τὸν τρόπον. Ἀλλὰ πιστεύεις, ὅτι μείνας ἐγένετο (34), πίστευε καὶ παρεῖναι πανταχοῦ κατ' οὐσίαν τὸν Λόγον, καὶ κατ' ἐξαίρετον λόγον (35) ὑπάρχειν ἐν τῷ οἰκείῳ ναῷ. Πάλιν ἐρωτήσομεν, πῶς μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀπεθεώθη τὸ σῶμα. Ἆρ' εἰς θεότητος οὐσίαν μεταπεσὸν, ἢ ἔμεινε (36) μὲν ἀνθρώπου σῶμα τὸ σῶμα, ἄφθαρτον δὲ καὶ

15. *Aliæ quæstiones proponuntur ad primam eludendam.* — Dicite mihi, qui religionis Christianæ defensionem simulatis, qui ad eversionem duarum naturarum talia et quæritis et prætexitis, qui et permistionem et confusionem, et corporis in divinitatem transmutationem et tales dubitationes molimini, qui nunc Verbum carnem factum dicitis, nunc carnem in Verbi substantiam transiisse, atque ob has mentis vestræ oberrationes ne id quidem quod sentitis manifestum facitis; dicite mihi quomodo Verbum caro factum cœlos non reliquit. C Dicetis profecto, quia manens Deus ita factum est. Rursus nobis dicite quomodo manens factum sit? Nam si mansit quod erat, quomodo factum est quod non erat? Quod si factum est quod non erat, quomodo mansit quod erat? Hæres circa solutionem : hære etiam circa unionis modum. Credis Verbum manens factum esse; crede etiam illud ubique secundum essentiam adesse, et præcipua quadam ratione in proprio templo. Rursus interrogabimus quomodo post unionem deificatum corpus. Utrum in divinitatis substantiam mutatum;

(24) *Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς.* Sic Coisl. 1. Editi πάντως ἂν εἴποις. Habent etiam ἐρεῖς Reg. 1 et 2.

(25) *Δυνάμεως περιουσία.* Male in editis δυνάμει περιουσίας, contra codicum mss. consensum.

(26) *Ὡς οὖσί γε.* Ita Reg. 1 et 2. Edit. ὡς οὐσά γε. D

(27) *Οὐδὲν πλέον αὐτῶν εἶχεν ὁ κεκλημένος ναός.* Hæc scriptura, quam antiquissimus codex Coisl. 1 suppeditavit, haud paulo melior videtur quam vulgata οὐδὲν πλέον εἶχεν αὐτὸς ὁ κεκτημένος ναός, *nihil amplius haberet ipsum templum, quod possidet Dei potentiam.* Tum in catholica, tum in Nestoriana doctrina, non templum possidet divinitatem, sed divinitas templum.

(28) *Σχηματιζόμενοι.* Ita Coisl. 1 cum Reg. 1 et 2, et Clarom. 2, et R. Stephano ad calcem. Sic etiam Euthymius *Panopl.* tit. 16. Editi προσποιούμενοι.

(29) *Καὶ τὰς τοιαύτας.* Cum antiquissimus sit codex Coislinianus, cumque hæc scriptura, quam nobis suppeditavit, præclarum exhibeat sensum, illam prætuli alteri non incommodæ, quæ ad marginem legitur in tribus codd. mss. nempe Clarom. 2 et Reg. 1 et 2, nempe : Τὰ τῆς κράσεως... ἵνα κρατῆτε, τὰς τοιαύτας. *Ut mistionem et confusionem... astruatis, has dubitationes* molimini. In textu horum codd. ἵνα κράσει. In editis ἵνα κραθῇ.

(30) *Σάρκα τὸν Λόγον γεγενῆσθαι.* Sic Reg. 1 et 2, et Coisl. 1, et R. Stephanus ad calcem. Editi εἰς σάρκα τὸν Λόγον τετράφθαι.

(31) *Δῆλοι.* Coisl. 1 δῆλον.

(32) *Οὐ κατέλιπε.* Ita Coisl. uterque, et Reg. 1 et 2. Editi οὐκ ἔλιπε.

(33) *Εἰ γὰρ ἔμεινεν.* Illud γάρ deerat in editis : legitur in utroque Coisl. et Clarom. 2, et Reg. 1 et 2.

(34) *Ἐγένετο.* Editi γέγονε, contra fidem codd. mss.

(35) *Λόγον.* Hæc vox addita ex Coisl. 1. Mox editi ἐρωτήσωμεν. Mss. ut in textu.

(36) *Ἦ ἔμεινε.* Totum hunc locum sanavimus ope Coisl. 1 Reg. 1 et 2 et Clarom. 1. Editi : Μεταπεσὸν ἔμεινε καὶ ἀνθρώπου σῶμα ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον. Coisl. 2 : Διὰ τὴν ἕνωσιν τοῦ Λόγου διαμένον. Ἀλλ' εἰ μὴ τοῦτο. Mox editi τὸ σῶμα σῶμα. Codd. mss ut in textu.

Digitized by Google

fidei ac vitæ nequitiam; jam vero si non omnes, qui religionem hanc susceperunt, eamdem de iisdem rebus opinionem servant et tenent, sed alii quidem recte, alii autem non recte sentiunt, nequaquam id Deo vertendum ad potestatis penuriam, quod quæ illi crediderunt, ea vel ob propriam negligentiam, vel ob aliam imbecillitatem non recte intelligant, sed eorum negligentiæ tribuendum. Dictum est autem in ea, quæ introducta est, religione de Orthodoxorum paucitate, nunc quidem : *Multi sunt vocati, pauci vero electi* [10]. Alias autem : *Quod angusta est et arcta via, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt, qui inveniunt illam* [11]. Similiter et de hæresibus, quas Dominus in suis parabolis *zizania* vocat et *pisces putres* [12]. Si igitur nihil falsi in religione Christiana, ut rerum testatur veritas, quæ ex præcedentibus fidem facit futurorum, nihil profecto relictum est causæ, cur Deo affingatur potestatis penuria, aut inutilis dicatur cultus cultui substitutus, qui nunc quidem Judæorum et Græcorum instituta solvit, postea autem et hæreses solvet.

QUÆST. II. Si res futuras, ut bellicos triumphos, hostium incursus, et urbium per eos, qui illas impugnarunt, eversiones, prædixerunt prophetæ et apostoli, prædixerunt et oraculorum apud Græcos responsa, unde cognosci **442** potest exterorum oraculis nostra esse præstantiora, cum ex utraque parte futurorum facta sit prædictio.

RESP. Ejusdem Dei sunt hæc omnia, et per verba prædictio et rerum eventus, qui quidem et per prophetas et apostolos prædixit quæ facturus erat, et similiter per eos, qui a vera religione alieni sunt, ipse præsignificavit quæ facturus erat. Quemadmodum enim per vatem Balaam Israeli quidem benedixit, illius autem hostes exsecratus est, ac utrumque per futurorum prædictionem perfecit: ita et per vaticinium regi Babylonis Nabuchodonosor expugnationem Hierosolymæ præsignificavit, quemadmodum ait propheta Ezechiel: *Et insistet rex Babylonis in viam antiquam in capite duarum viarum, et quærat vaticinium, et concutiat virgam, et interroget sculptilia, et speculetur a dextris suis. Et factum est super Jerusalem*, et quæ sequuntur [13]. Sic etiam et per vates Grærorum quæcunque revera ad exitum perducta sunt, ea ipse præmonstravit. Plurimum autem prophetarum et vatum discrimen. Primum quidem quod in cujus Dei nomine prophe-

σεων ἀνεῖλε (4) τὴν λατρείαν πίστεώς (5) τε καὶ ποιήσεως· εἰ μὴ πάντες οἱ δεξάμενοι τὴν λατρείαν τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων τηροῦσι καὶ ἔχουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν ὀρθῶς, ἄλλοι δὲ οὐκ ὀρθῶς, τοῦτο οὐκ ἔστι παρηγόρημα (6) τοῦ Θεοῦ ἐπὶ πτωχείᾳ δυνάμεως τὸ ἐκείνους ἐκ τῆς οἰκείας ἀμελείας ἢ ἑτέρας ἀσθενείας ὀρθῶς μὴ νοεῖν τὰ ὑπ' αὐτῶν πιστευόμενα, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων ἀμελείας. Εἴρηται δὲ ἐν τῇ εἰσαγομένῃ λατρείᾳ περὶ τῆς τῶν ὀρθοδόξων ὀλιγότητος, ποτὲ μὲν, *Πολλοὶ μέν εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί*· ποτὲ δὲ, *Ὅτι στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν*. Ὡσαύτως καὶ περὶ τῶν αἱρέσεων, ἃς ὁ Κύριος ἐν ταῖς ἑαυτοῦ παραβολαῖς *ζιζάνια καὶ σαπροὺς* καλεῖ *ἰχθύας*. Εἰ τοίνυν μηδὲν ἐψευσμένον ἐστὶν ἐν τῇ τῶν Χριστιανῶν λατρείᾳ, ὡς ἡ τῶν πραγμάτων μαρτυρεῖ ἀλήθεια, ἐκ τῶν προλαβόντων πεπιστευμένα ποιοῦσα τὰ μέλλοντα, οὐδαμῶς ἄρα ὑπολέλειπται πρόφασις τοῦ διαβάλλειν τὸν Θεὸν ἐπὶ πτωχείᾳ δυνάμεως, ἢ τοῦ ἀνῳφελῆ λέγειν τὴν ἀντὶ λατρείας λατρείαν εἰσαγομένην· τὴν νῦν μὲν λυτικὴν οὖσαν Ἰουδαϊσμοῦ τε καὶ Ἑλληνισμοῦ, ὕστερον δὲ καὶ τῶν αἱρέσεων.

Ἐρώτησις Β'. Εἰ τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, οἷον πολέμων τρόπαια, ἐχθρῶν ἔφοδοι, καὶ πόλεων ἀναιρέσεις διὰ τῶν ἐπιτιθεμένων αὐταῖς, προειρήκασι προφῆται καὶ ἀπόστολοι, προεῖπον δὲ καὶ παρ' Ἕλλησι χρησμῶν λόγοι (7), πόθεν οἱ τούτων κρείττους γνωρίζονται τῶν ἔξωθεν, παρ' ἑκατέρου μέρους τῆς τῶν ἐσομένων γεγενημένης προρρήσεως;

Ἀποκρισις. Τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ ἐστι πάντα ταῦτα, καὶ ἡ πρόρρησις τῶν λόγων, καὶ ἡ ἔκβασις τῶν ἔργων, τοῦ καὶ διὰ τῶν προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων προμηνύσαντος ἃ ἔμελλε ποιεῖν· ὡσαύτως δὲ καὶ διὰ τῶν ἔξωθεν τῆς εὐσεβείας, αὐτὸς προεμήνυσεν ἃ ἔμελλε ποιεῖν. Ὥσπερ γὰρ διὰ τοῦ μάντεως Βαλαὰμ τὸν μὲν Ἰσραὴλ εὐλόγησε, τοὺς δὲ ἐχθροὺς αὐτοῦ κατηράσατο, ἑκάτερον δὲ ποιήσας διὰ τῆς προμηνύσεως τῶν ἐσομένων· ὡσαύτως δὲ καὶ διὰ μαντείας τῷ Ναβουχοδονόσορ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, τὴν ἅλωσιν τῆς Ἰσραὴλ προεμήνυσε, καθά φησιν ὁ προφήτης Ἰεζεκιὴλ, *Καὶ στήσεται βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ὁδὸν, ἐπ' ἀρχῆς τῶν β'* (8), *τοῦ μαντεύσασθαι μαντείαν, καὶ τοῦ ἀναβράσαι ῥάβδον, καὶ ἐπερωτῆσαι ἐν τοῖς γλυπτοῖς, καὶ κατασκοπήσασθαι ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· καὶ ἐγένετο ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ*, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτως καὶ διὰ τῶν παρ' Ἕλλησι μάντεων ὅσα διὰ τῶν ἔργων τὴν ἔκβασιν ἐδέξατο, αὐτὸς προεμήνυσε. Διαφορὰ δὲ τῶν προφη-

[10] Matth. xx, 16. [11] Matth. vii, 14. [12] Matth. xiii, 30 et 48. [13] Ezech. xxi, 21.

(4) Ἀνεῖλε. Non miror paulo ante præsens pro futuro usurpari, nempe ποιεῖ τὴν ἐκρίζωσιν, pro ποιήσει. Id enim usitatum est apud sacros et ecclesiasticos scriptores. Quare legendum ἀναιρεῖ. Illud ἀνεῖλε videtur facinus esse librariorum hunc locum minime intelligentium.

(5) *Πίστεως*. Legit Sylburgius διὰ πίστεως. Malim καὶ πονηρίαν πίστεώς τε καὶ ποιήσεως aut aliquid simile.

(6) *Παρηγόρημα*. Mallet Sylburgius κατηγόρημα.

(7) *Χρησμῶν λόγοι*. Idem composite scribi posse existimat χρησμολόγοι. At sequentia id non patiuntur. Nam subintelligitur λόγοι post οἱ τούτων. Infra pro Ἰσραὴλ leg. Ἰερουσαλήμ.

(8) *Τῶν β'*. Addunt ὁδῶν Biblia, et mox habent καὶ ἐγένετο μαντεῖον. Ita emendaverat Sylburgius, sed satius multo videtur hæc Scripturæ testimonia ita scribere, ut in codicibus mss. reperta sunt.

Digitized by Google

τῶν καὶ των μάντεων πολλή. Πρῶτον μὲν, ὅτι Θεὸν οὗ τῷ ὀνόματι προεφήτευσαν οἱ προφῆται καὶ οἱ ἀπόστολοι, τούτου ἐσχήκασι τὴν γνῶσιν, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν λατρείαν· καὶ πάντα ὅσα περὶ τε τῆς τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν τε καὶ μαντείων καθαιρέσεως, καὶ τῆς τῶν Χριστιανικῶν πραγμάτων συστάσεως προεῖπον οἱ προφῆται, τὴν ἔκβασιν ἐδέξατο· ἔπειτα δὲ οὐδὲν ὧν προεῖπον οἱ μάντεις, ἢ κατὰ τοῦ τῆς ἀληθείας Θεοῦ καὶ τῶν σεβομένων αὐτὸν, ἢ ὑπὲρ τῆς συστάσεως τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων, τὴν ἔκβασιν ἐδέξατο. Καὶ τούτων μάρτυς τῶν Ἀσσυρίων (9) ἀναίρεσις, οἳ, ἀπὸ τῆς οἰκείας μαντείας ὁρμώμενοι, ἔλεγον μὴ ἄνευ Κυρίου ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν γῆν ταύτην τοῦ ἐρημῶσαι αὐτήν· *Κύριός μοι εἶπεν· Ἀνάβηθι, καὶ ἐρήμωσον αὐτήν·* καὶ ἀναβὰς, παρὰ τὴν μαντείαν ἠρημώθη.

A tæ futura prædixerunt, illius habuere cognitionem et fidem et cultum, et quæcunque de Græcorum deorum et oraculorum eversione et de Christianarum rerum constitutione prædixerunt prophetæ, ea omnia eventum sortita sunt; quæ autem vates contra veritatis Deum ejusque cultores aut de firmo rerum ethnicarum statu prædixerunt, horum nihil ad exitum pervenit. Atque horum testis Assyriorum cædes, qui proprio fulti vaticinio dicebant se non sine Domino ascendisse in terram hanc ut eam vastarent? *Dominus mihi dixit: Ascende, et vasta eam*, et cum ascendisset, præter vaticinium concisus est.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Γ'. Εἰ πάντες μὲν ἐν τῇ ἀναστάσει οἱ ἡμαρτηκότες κολάζονται, πλέον δὲ οἱ ἐγνωκότες τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα καὶ μὴ ποιήσαντες, τί τὸ διαλλάττον, τί τὸ κέρδος (10) τοῦ Χριστιανοῦ καὶ τοῦ Ἕλληνος, τοῦ βαπτισθέντος καὶ τοῦ μὴ βαπτισθέντος, τοῦ ὀρθοδόξου καὶ τοῦ μὴ ὀρθοδόξου;

B QUÆST. III. Si in resurrectione omnes quidem, qui peccaverunt, punientur, gravius autem qui cognoverunt Dei voluntatem, nec fecerunt: ecquod discrimen, ecquod lucrum Christiani et Græci, baptizati et non baptizati, Orthodoxi et non Orthodoxi?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ κατὰ τὸν ἀπόστολον Παῦλον ὁ πιστὸς ὁ μὴ προνοῶν τῶν ἰδίων ἀρνησόθεός (11) ἐστι καὶ τῶν ἀπίστων χείρων, ὡς μὴ (12) σὺν τῇ γνώσει καὶ πίστει καὶ τῷ βαπτίσματι, καὶ τὸν τρόπον ἐπαγόμενος χαρακτηριστικὸν τῆς τοῦ Χριστοῦ μαθητείας, ἀλλὰ μόρφωσιν μὲν ἔχων εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένος, χείρων ἐστὶ τῶν ἀπίστων. Οὕτως τοσοῦτον χεῖρόν ἐστι τὸ μετὰ γνώσεως ἁμαρτάνειν τοῦ ἄνευ γνώσεως, ὅσον τὸ ἀναπολόγητον ἁμάρτημα τοῦ ἀπολογίαν ἔχοντος ἁμαρτήματος.

C

RESP. Si secundum apostolum Paulum fidelis, qui suorum curam non habet, Deum abnegavit et infideli deterior est, qui cognitioni et fidei et baptismo non eam adjungit vitam, quæ Christi disciplinæ nota et indicium est, sed formam quidem habet pietatis, virtutem autem illius abnegat, is deterior est infidelibus. Itaque tanto pejus est cum cognitione peccare, quam sine cognitione, quanto peccatum inexcusabile gravius est eo quod habet excusationem.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Δ'. Εἰ πάσῃ δυνάμει ἔσπευσαν οἱ αἱρετικοὶ γνῶναι, καὶ φυλάξαι τὴν τῶν δογμάτων ἀλήθειαν, καὶ οὐκ ἴσχυσαν, πῶς οὐκ ἄδικον τὸ τούτους ὡς ἀποσφαλέντας τῆς ἀληθείας ὑποβάλλειν κολάσεσιν;

QUÆST. IV. Si totis viribus conati sunt hæretici cognoscere et servare dogmatum veritatem, nec potuerunt, quomodo non iniquum eos, ut a veritate aberrantes, pœnis subjicere?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τοσοῦτον οὐκ ἐζήτησαν οἱ αἱρετικοὶ πάσῃ δυνάμει τὴν ἀλήθειαν, ὅτι καὶ ἀποδεικνυμένην αὐτοῖς παρὰ τῶν ταύτην εὑρηκότων (13), οὔτε ἴσχυσαν (14) οὔτε ἠνέσχοντο δέξασθαι αὐτήν. Καὶ εἰ μὲν ἀληθὴς αὕτη ἡ ἀπολογία, ἔχρῆν αὐτοῖς (15) ἀλλήλοις συγγινώσκειν σφαλλομένοις, ὡς ἀσθενείᾳ δυνάμεως,

RESP. Adeo non quæsierunt totis viribus hæretici veritatem, ut etiam sibi ab iis, qui **443** eam invenerunt, demonstratam nec audierint, nec suscipere dignati sint. Atque hæc quidem si vera esset excusatio; oportebat ut sibi invicem labentibus ignoscerent, ut virium infirmitate, non animi pra-

(9) *Ἀσσυρίων*. R. Stephanus et mss. Ἀσορίων.

(10) *Τί τὸ διαλλάττον, τί τὸ κέρδος*. Sic codex Clarom. et R. Stephanus ad calcem. Deerat in editis illud τί τὸ διαλλάττον.

(11) *Ἀρνησόθεος*. Ferri posse existimat hanc vocem Sylburgius, sed multo melius legeretur ἀρνησίθεος.

(12) *Ὡς μή*. Leg. ὁ μή.

(13) *Εὑρηκότων*. Quis unquam in Ecclesia veritatem a se inventam hæreticis objecit? Nudat se imprudens Pelagianus, ac hæreticos vocat episcopos catholicos, qui inventa a Pelagianis dogmata rejecerunt. Dicebat Julianus: *Vereor ne refrageris, et: Si ego philosophorum senatum advocavero, tu continuo sellularios opifices omneque in nos vulgus accendas*, apud Aug. *Op. imp.* l. I, n. 41. Et lib. II, n. 2: *Eripiuntur Ecclesiæ gubernacula rationis, ut erecto cornu velificet dogma populare.* Hanc sibi igitur laudem sumebant, quod aliorum errores deprehendissent et meliora investigassent.

(14) *Οὔτε ἴσχυσαν*. Nisi hoc verbum emendetur, vertendum erit, *nec potuerint nec voluerint*. Atque ita reddiderat Langus. Sed repugnat hujus scriptoris proposito, ut veritatem totis viribus ab hæreticis quæsitam non fuisse, hoc argumento probet, quod eam ab aliis demonstratam suscipere non potuerint. Legendum ergo οὔτε ἤκουσαν. Hæc enim fuit Pelagianorum iniquissima querela. Quamvis in re omnium Ecclesiarum consensu explorata auditi in oriente et occidente et damnati in tot conciliis fuissent, tamen postulabant audientiam (apud Aug. I *contra duas epist.*, n. 42). *Sine congregatione synodi* damnatos se esse querebantur, lib. IV, num. 54, et *contra Julianum* lib. III, num. 5. *Nihil aliud*, inquit Julianus (lib. I *Op. imp.* n. 9), *quam duri tanto negotio judices vociferabamur, ut ea quæ subreptionibus acta constabat, emendarentur potius, quam punirentur, examine.*

(15) *Ἔχρῆν αὐτοῖς*. Leg. αὐτούς. Infra Reg. cod. suppeditavit articulum ante αἱρέσεις.

Digitized by Google

vitate hæreses secum et cum veritate pugnantes conflantibus. Nunc autem dum se invicem condemnant alienæ sententiæ nomine, manifestum est ex gloriæ studio aut mutuis hæresiarcharum odiis hæreses omnes consistendi causas habuisse; quapropter lupi graves ab Apostolo vocati sunt hæresum duces. Fieri autem non posse ut veritatem non inveniat, qui eam toto corde et totis viribus quærit, testis est Dominus dicens: *Omnis qui petit accipit, et qui quærit invenit, et pulsanti aperietur* [14].

A καὶ οὐ πονηρίᾳ γνώμης τὰς αἱρέσεις συστησαμένοις μαχομένας ἑαυταῖς τε καὶ τῇ ἀληθείᾳ. Νῦν δὲ καθὰ κατακρίνουσιν ἀλλήλους ἐπὶ τῷ ἀλλοτρίῳ τοῦ φρονήματος, δῆλοί εἰσιν, ὅτι ἐκ φιλοδοξίας ἡ ἀντιπαθείας τῶν αἱρεσιαρχῶν πᾶσαι αἱ αἱρέσεις τὰς ἀφορμὰς ἐσχήκασι τῆς συστάσεως αὐτῶν· δι' ἣν αἰτίαν λύκοι βαρεῖς ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου ὠνομάσθησαν οἱ τῶν αἱρέσεων ἀρχηγοί. Ὅτι δὲ ἀδύνατόν ἐστι μὴ τυχεῖν τῆς εὑρέσεως τῷ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ τε καὶ δυνάμει ἐπιζητοῦντι τὴν ἀλήθειαν, μαρτυρεῖ ὁ Κύριος λέγων· *Πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρήσει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.*

QUÆST. V. Si in ecclesiis hæreticorum virtutes eduntur, velut morborum sanationes, spirituum impurorum expulsiones, fructuum terræ proventus, olei scaturigines, quomodo ex his necesse non est B illos in errore confirmari?

RESP. Quemadmodum quod *solem oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos* [15], nequaquam confirmatio est malorum et injustorum in malitia et injustitia, sed præparatio justi supplicii: ita nec hæreticorum in errore confirmatio est quod nonnullas apud eos virtutes operatur. Nam si argumentum et signum pietatis esset operari virtutes, nequaquam Dominus reprobos et indignos, qui secum sint, pronuntiasset eos qui dicent: *Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in tuo nomine dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus?* dicens eis: *Nunquam novi vos: discedite a me qui operamini iniquitatem* [16]. C Nonne cum ipse edixerit, nos docens, ut pascamus et potum demus ei qui esurit et sitit, multo ipse magis similia facit his quæ nos docuit, coacervans ignem in capita eorum, qui non digne donatorem fidei cognoverint?

Ἐρώτησις Ε'. Εἰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῶν αἱρετικῶν δυνάμεις ἐνεργοῦνται (16), οἷον νοσημάτων ἰάσεις, καὶ πνευμάτων διωγμοὶ ἀκαθάρτων, καρπῶν γῆς φοραὶ, καὶ ἐλαίου ἀναβλύσεις, πῶς οὐκ ἀνάγκη ἐκ τούτων ἐν τῇ πλάνῃ βεβαιοῦσθαι ἐκείνους;

Ἀποκρισις. Ὥσπερ τὸ *ἀνατέλλειν τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχειν ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*, οὐκ ἔστι βεβαιωτικὸν πονηρῶν καὶ ἀδίκων ἐν τῇ πονηρίᾳ καὶ ἀδικίᾳ, ἀλλὰ παρασκευαστικὸν εἰς δικαίαν τιμωρίαν, οὕτως οὐκ ἔστι βεβαιωτικὸν τῶν αἱρετικῶν ἐν τῇ πλάνῃ τὸ ἐνεργεῖν τινὰς ἐν αὐτοῖς δυνάμεις. Εἰ γὰρ ἦν ἀπόδειξις καὶ σημεῖον εὐσεβείας τὸ ἐνεργεῖν δυνάμεις, οὐκ ἂν ὁ Κύριος ἀδοκίμους τε καὶ ἀναξίους τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως ἀποφαίνεται (17) τοὺς εἰρηκότας· *Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν*; λέγων πρὸς αὐτούς· *Οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.* Οὐκ εἶπον (18), διδάξας ὑμᾶς, ψωμίζειν καὶ ποτίζειν τὸν πεινῶντα καὶ διψῶντα, πολὺ μᾶλλον αὐτὸς τὰ ὅμοια ὧν ἐδίδαξεν ἡμᾶς ποιεῖ, σωρεύων πῦρ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, ἀξίως τὸν δοτῆρα τῆς πίστεως οὐκ ἐγνωκότων;

QUÆST. VI. Si in iis qui dolent et lætantur, perpessio ostenditur, atque illud quidem peccatores, hoc justos in judicio manet, quomodo vera loquitur, qui statum perpessionis expertem homines post resurrectionem adepturos dicit?

RESP. Perpessionis expertes resurrecturos dicimus, quia ab iis, quæ secundum naturam sumus, mutationem non accipiemus, neque in opposita secundum id quod est et quod 444 non est, neque D in contraria secundum magis et minus; exempli gratia e gaudio non vertemur in tristitiam, neque gaudebimus in eodem bono, nunc quidem magis,

Ἐρώτησις Ϛ'. Εἰ ἐν τοῖς ἀλγοῦσι καὶ ἡδομένοις τὸ παθητικὸν διαδείκνυται, τούτου (19) δὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ, κἀκείνου οἱ δίκαιοι ἐν τῇ κρίσει, πῶς ἀληθεύει ὁ λέγων ἀπάθειαν τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὴν ἀνάστασιν κομίζεσθαι;

Ἀποκρισις. Ἀπαθεῖς λέγομεν ἀναστήσεσθαι, ὅτι ἀφ' ὧν ἐσμεν κατὰ φύσιν, τροπὴν οὐ δεχόμεθα, οὔτε εἰς τὰ ἀντικείμενα, κατὰ τὸ ὂν καὶ μὴ ὄν, οὔτε εἰς τὰ ἐναντία, κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον· οἷον ἐκ τῆς χαρᾶς οὐ τρεπόμεθα εἰς τὴν λύπην, οὔτε χαίρομεν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἀγαθοῦ, ποτὲ μὲν μᾶλλον, ποτὲ δὲ ἧττον, κἂν ἐπὶ μείζονος ἀγαθοῦ μᾶλλον χαίρομεν,

[14] Matth. vii, 8. [15] Matth. v, 45. [16] Matth. vii, 22.

(16) *Δυνάμεις ἐνεργοῦνται.* In responsione ad hanc Quæstionem factum conceditur. At veritatis argumentum esse hæc miracula negatur. In quo quidem observandum est hunc scriptorem, si de sectis ab Ecclesia catholica avulsis loquitur, easque fatetur miraculis non carere. Pelagianæ causæ, cui addictus erat, consulere, et miracula, quæ in Ecclesiis fieri solebant, in ipsas sectas transferre, ut Pelagianos ferire non possint. Itaque nulla fides ejus testimonio debetur, si de sectis hæreticis loquitur. At eum de ipsis catholicis Ecclesiis loqui patet ex Quæst. centesima, in qua Ecclesias hæreticorum, in quibus miracula non desinebant, eas esse declarat a quibus Pelagiani abscesserant. Vide hanc Quæst. 100 et notam.

(17) *Ἀποφαίνεται.* Congruentius ἀποφαίνοιτο vel ἀπεφαίνετο. Sylb.

(18) *Εἶπον.* Leg. εἰπών et mox τῶν ἀξίως. Donatorem fidei Deum ob revelationem doctrinæ intelligebat Pelagius, Aug. *De grat. chr.*, n. 41 et 42.

(19) *Τούτου.* Monet Sylburgius subaudiendum ἀντιλήψονται, vel simile quid, et mox legendum τοὺς ἀνθρώπους.

Digitized by Google

ἐπὶ ἐλάττονος δὲ ἧττον· ἀλλὰ καὶ οὕτως κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἀγαθῶν μένει τὸ ποσὸν τῆς χαρᾶς ἄτρεπτον. Καὶ τοῦτο μὲν ἐπὶ τῶν εἰς ζωὴν ἀνισταμένων· ἐπὶ δὲ τῶν εἰς κρίσιν ἀνισταμένων ὁ αὐτὸς λόγος, ὅταν ἀπαλλάττωνται, ὥσπερ τοῦ θανάτου, κρίσεως. Κατὰ γὰρ θάτερα (20) τῶν ἀνισταμένων οἱ μὲν εἰς ζωὴν, οἱ δὲ εἰς κρίσιν ἀνίστανται.

A nunc autem minus, quamvis in majore bono magis gaudeamus, in minore minus; sed et sic pro bonorum ratione manet immutabilis mensura gaudii. Atque id quidem de iis qui in vitam resurgent; de iis autem, qui in judicium, eadem ratio, cum judicio, veluti quadam morte, defuncti fuerint. Nam in alterutrum resurgentium alii in vitam, alii in judicium resurgent.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ζ'. Εἰ τροπῆς γνῶρισμα τὸ τὰ καλὰ καὶ τὰ φαῦλα λαμβάνειν εἰς ἔννοιαν, πῶς ἄτρεπτοι οἱ κολαζόμενοι, καὶ τὴν τῶν δικαίων λογιζόμενοι ἄνεσιν· ἢ πάλιν οἱ ἐν ἀνέσει τυγχάνοντες καὶ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ἐνθυμούμενοι κόλασιν; Τότε γὰρ ἑκάτερον ἐν θατέρῳ δίδωσι πλείονα τὴν αἴσθησιν, ὅτε τῶν ἐναντίων ἡ παράθεσις γίνεται.

QUÆST. VII. Si mutationis signum est bona et mala cogitatione intueri; quomodo immutabiles qui puniuntur et justorum considerant requiem, aut rursus, qui in requie sunt et peccatorum supplicia cogitant? Tunc enim utrumque in altero acriorem sensum efficit, cum contrariorum est comparatio.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τὸ ποσὸν τῆς αἰσθήσεως τιμῆς τε καὶ τιμωρίας ἐν τῷ μέτρῳ κεῖται (21), καὶ οὐκ ἐνδέχεται τῇ παραθέσει τῶν ἀντικειμένων δέξασθαι τὴν αἴσθησιν, τὴν αὔξησιν ἢ τὴν μείωσιν. Ἄτρεπτα γὰρ τὰ ἐκεῖ πάντα, ὥσπερ κατὰ τὸ ποιὸν, οὕτως καὶ κατὰ τὸ ποσόν.

B RESP. In futuro sæculo quantus sit sensus præmii et supplicii, in mensura positum est, nec potest eorum, quæ opposita sunt, comparatione sensus augeri aut minui. Immutabilia enim illic omnia, ut secundum qualitatem, ita secundum et quantitatem.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Η'. Εἰ τὴν γνῶσιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ εἶναι (22) εἰλήφαμεν, πῶς οὐκ ἔστιν αἴτιος ἑκατέρου ὁ καὶ τὴν γνῶσιν ἀμφοτέρων καὶ δύναμιν ἐγκαταβεβλημένος τῇ φύσει πρὸς τὴν ἐκείνων ἐκπλήρωσιν;

QUÆST. VIII. Si cognitionem boni et mali, et ut simus, a Deo accepimus; quomodo non utriusque causa, qui et utriusque cognitionem, et facultatem naturæ indidit utriusque implendi?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Οὐ μόνον τοῦ εἶναι ἡμᾶς καὶ τοῦ γινώσκειν τε καὶ πράττειν τὸ καλόν τε καὶ τὸ κακὸν δέδωκεν ἡμῖν τὴν δύναμιν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐθαίρετον ἡμῖν ἐχαρίσατο, καὶ τοῦ κατὰ προτίμησιν αἱρεῖσθαι τῶν γινωσκομένων τὸ δοκοῦν κατέστησεν ἡμᾶς κυρίους· καὶ τὸ ἀγαθοὺς ἡμᾶς εἶναι ἢ κακοὺς οὐκ ἐν τῇ γνώσει ἔθηκε τῶν γινωσκομένων, ἀλλὰ ἐν τῇ αἱρέσει τῶν αἱρουμένων. Οὐκ ἄρα ὁ Θεός ἐστιν αἴτιος τοῦ εἶναι ἡμᾶς ἀγαθοὺς ἢ κακοὺς, ἀλλὰ ἡ προαίρεσις. Ὥσπερ γὰρ ὁ ὁρῶν γυναῖκα πόρνην, καὶ γινώσκων ταύτην εἶναι πόρνην, οὐκ ἔστι πόρνος ἀπὸ τῆς γνώσεως· ἀλλ' οὔτε εἰ ἡ γνῶσις ἐξυπνίσει (23) τὸ τῆς ἐπιθυμίας πάθος, οὐδ' οὕτως πόρνος ἐστίν· ἐὰν δὲ συγκατατίθηται τῷ πάθει ἡ προαίρεσις, τότε ἐστὶ πόρνος, ἢ κατὰ τὴν πρᾶξιν, ἢ κατὰ τὴν διάθεσιν· οὕτως καὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν ἀνθρώπων οὐχ ἡ γνῶσίς ἐστιν αἰτία τοῦ ἀγαθοὺς αὐτοὺς εἶναι ἢ κακοὺς, ἀλλ' ἡ προαίρεσις κατὰ προτίμησιν τὸ δοκοῦν αἱρησαμένη.

C RESP. Non solum esse nobis dedit Deus et facultatem cognoscendi et faciendi bonum et malum, sed et liberum arbitrium nobis largitus est, et ex iis, quæ cognoscimus, id quod nobis videtur optione eligendi dominos nos constituit; atque, ut boni simus vel mali, non in cognitione posuit eorum quæ cognoscimus, sed in electione eorum, quæ eligimus. Non igitur Deus causa est cur boni simus vel mali, sed liberum arbitrium. Quemadmodum enim qui videt mulierem meretricem, eamque meretricem esse cognoscit, nequaquam ex cognitione fornicator est; atque etiamsi cognitio motum exsuscitet libidinis, ne sic quidem fornicator est; sed si assentiatur motui, tunc fornicator est vel facto vel animi affectione, ita etiam bonis et malis hominibus non cognitio causa est cur boni sint aut mali, sed liberum arbitrium, quod optione id quod ipsi visum est elegit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Θ'. Εἰ τὰ προλεχθέντα δέδωκεν ὁ Θεὸς, στεφανοῖ δὲ καὶ κολάζει πρὸς τὴν πρᾶξιν τῶν ἀνθρώπων ἕκαστον, πῶς δικαίως ποιεῖται ἀμφότερα, ἑκάτερα παρ' αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἔχοντος;

D QUÆST. IX. Si ea quæ dicta sunt donavit Deus, ac coronat et punit pro factis unumquemque hominum; quomodo juste utrumque facit, cum utrumque homo ab eo acceperit?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τὸ ἡμῖν καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀλλήλων διαφέρει· ἡμεῖς μὲν ἄρρενες καὶ θήλειαί ἐσμεν· ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ εἶναι σώφρονας ἢ πόρνους. Στεφανούμεθα

RESP. Differunt inter se id quod in nobis est et id quod in nobis situm est. Nos quidem mares aut feminæ sumus; in nobis autem situm est ut casti

(20) *Κατὰ γὰρ θάτερα.* Ita R. Stephanus ad calcem. In textu autem, ut in Regio codice κατὰ γὰρ τῶν. Aliæ editiones καὶ γὰρ τῶν. Codex Clarom. in textu κατὰ τέρατα γάρ, et ad marginem θάτερα.

(21) *Ἐν τῷ μέτρῳ κεῖται.* Editi addunt τιμῆς τε καὶ τιμωρίας, quæ quidem miror Stephanum de suo apposuisse, cum nec in codd. mss. ea reperisset, ac melius multo desint.

(22) *Τοῦ εἶναι.* Recte observat Sylburgius hæc referri ad verbum sequens, non ad præcedentia. Quare legendum τὸ εἶναι, et mox eadem repetenda emendatio initio responsionis.

(23) *Ἐξυπνίσει.* Monet Sylburgius Arcerium malle ἐξυπνίσειε.

Digitized by Google

simus aut fornicatores. Coronamur igitur aut punimur propter id quod in nobis situm est; ad quæ enim nos ducit liberum arbitrium nostrum, propter ea coronamur aut punimur. Nam agendi dedit nobis Deus facultates, sed eas submisit potestati liberi arbitrii, ac judicium **445** exercet in liberum arbitrium, quod liberas in nobis facultates gubernat, non in naturam. Accepimus autem a Deo faciendi et non faciendi facultatem, faciendi quidem justa, non faciendi autem injusta. Quando igitur sic agimus et non agimus, merito coronamur; sed si utrumque in opposita transferimus, merito punimur.

A οὖν ἢ κολαζόμεθα διὰ τὸ ἐφ' ἡμῖν· ἐφ ἃ γὰρ ἡ προαίρεσις ἡμῶν ἄγει ἡμᾶς, διὰ ταῦτα ἢ στεφανούμεθα ἢ κολαζόμεθα. Καὶ γὰρ πρὸς τὸ πράττειν δέδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς δυνάμεις, ἀλλὰ ταύτας ὑπέταξε τῇ ἐξουσίᾳ τῆς προαιρέσεως, καὶ πρὸς τὴν προαίρεσιν ἔχει ὁ Θεὸς τὴν δίκην, κυβερνητικὴν τῶν ἐν ἡμῖν προαιρετικῶν δυνάμεων, καὶ οὐ πρὸς τὴν φύσιν. Ἐλάβομεν δὲ παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ πράττειν καὶ τοῦ μὴ πράττειν τὴν δύναμιν· πράττειν μὲν τὰ δίκαια, οὐ πράττειν δὲ τὰ ἄδικα. Ὅταν οὖν οὕτως πράττωμεν καὶ μὴ πράττωμεν, δικαίως στεφανούμεθα· μετατιθέντες δὲ τὸ πράττειν καὶ τὸ μὴ πράττειν εἰς τὸ ἀντικείμενον, δικαίως κολαζόμεθα.

QUÆST. X. Si corporea, quæ a poetis de Græcorum diis et a prophetis de Deo dicta sunt, secundum allegoriam alium habent sensum: quomodo B non fabulam utraque esse ostenditur?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ι'. Εἰ τὰ σωματικὰ περὶ τῶν ἐν Ἕλλησι θεῶν παρὰ τῶν ποιητῶν, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ παρὰ τῶν προφητῶν εἰρημένα, κατ' ἀλληγορίαν ἑτέραν ἔχει τὴν νόησιν, πῶς οὐ μῦθος ἀμφότερα δείκνυται;

RESP. Quæ per allegoriam a prophetis de Deo dicta sunt, ea per translationem dicta sunt ab iis quæ natura se habent, ad id quod non natura sic se habet, velut illud: *Odoratus est Dominus in odorem suavitatis* [17]. De hominibus quidem, *odoratus est*, secundum naturam; de Deo autem per abusum ac non secundum naturam dicitur. Quæ vero a poetis fabulose de diis dicuntur, non dicuntur per translationem ab iis quæ natura sic habent, ad id quod non sic natura se habet. Non enim absorbet homo hominem secundum naturam, ut per translationem intelligamus etiam a Saturno absorptum fuisse Jovem. Hæc autem Jovis absorpti fabula nihil C aliud habet præter mendacium.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τὰ ἀλληγορικῶς παρὰ τῶν προφητῶν περὶ τοῦ Θεοῦ λεχθέντα κατ' ἀναφορὰν ἐλέχθη ἐκ τῶν φύσει εἰς τὸ οὐ φύσει· οἷον ὡς τό· *Ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας*. Ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων *ὠσφράνθη* κατὰ φύσιν, ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ καταχρηστικῶς, καὶ οὐ φύσει. Τὰ δὲ παρὰ τῶν ποιητῶν μυθικῶς περὶ τῶν θεῶν λεγόμενα οὐ λέγεται κατ' ἀναφορὰν ἐκ τῶν φύσει εἰς τὸ μὴ φύσει. Οὐ γὰρ καταπίνει ἄνθρωπος ἄνθρωπον κατὰ φύσιν, ἵνα κατ' ἀναφορὰν νοήσωμεν καὶ τὸν Κρόνον καταπιόντα τὸν Δία. Ἔστι δὲ ὁ περὶ τοῦ καταποθῆναι τὸν Δία μῦθος, πλὴν τοῦ ψεύδους, οὐκ ἔχων ἄλλο τι.

QUÆST. XI. Si id quod continet majus est secundum substantiam eo quod continetur, minus vero dignitate, velut cœlum et terra angelis et hominibus, domus incolentibus, corpus anima; continet autem Deus omnia: quomodo dignitate non minor est universo?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΑ'. Εἰ τὸ περιέχον μεῖζον μὲν ἐστι τοῦ περιεχομένου κατ' οὐσίαν, ἧττον δὲ κατ' ἀξίαν· οἷον οὐρανὸς καὶ γῆ ἀγγέλων (24), οἶκος οἰκούντων, σῶμά τι (25) ψυχῆς· περιέχει δὲ τὸ πᾶν ὁ Θεός· πῶς οὐκ ἔστιν ἧττων τοῦ παντὸς τῷ λόγῳ τῆς ἀναξίας;

RESP. Ratio hæc non est generalis, quare nec recte se habet interrogatio. Quorum enim contrarium per eadem inveniri potest, ea ut necessariam consecutionem non habent, ita nec fidem faciunt. Sunt enim nonnulla quæ continentur, et substantia ac dignitate iis quæ illa continent, sunt minora, ut grana pomis. Præterea quæ dicuntur continentia, D substantia continent ea quæ continentur: solus vero Deus voluntate continet universum. Ac cætera quidem continentia indigent et ipsa alio quod ea contineat; Deus vero non indiget alio a quo contineatur. Atque aliis quidem, quæ continentur, esse et perseverare minime evenit ab iis a quibus continentur; universo utrumque a Deo præstatur. Et quæ dicuntur continentia, propter ea quæ continen-

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὁ λόγος οὗτος οὐκ ἔστι καθόλου· διὸ οὔτε ὑγιῶς ἠρωτήθη. Ὧν γὰρ τὸ ἐναντίον διὰ τῶν αὐτῶν ἐνδέχεται εὑρεθῆναι, ταῦτα ὡς μὴ ἔχοντα τὸ ἀναγκαῖον, οὐδὲ τὸ πιστὸν ἔχει. Ἔστι γάρ τινα περιεχόμενα ἧσσονα ὄντα τῶν περιεχόντων, καὶ τῇ οὐσίᾳ, καὶ τῇ ἀξίᾳ, ὡς τὰ γίγαρτα τῶν ὀπωρῶν. Ἔτι δὲ τὰ λεχθέντα περιεκτικὰ τῷ εἶναι περιέχει τὰ περιέχοντα (26)· μόνος δὲ ὁ Θεὸς περιέχει τῇ βουλήσει τὸ πᾶν. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα περιέχοντα χρῄζουσι καὶ αὐτὰ τοῦ περιέχοντος· ὁ δὲ Θεὸς οὐ χρῄζει τοῦ περιέχοντος αὐτόν. Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις περιεχομένοις τὸ εἶναι καὶ τὸ διαμένειν οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν περιεχόντων αὐτά· τῷ δὲ παντὶ ἀμφότερα ὑπάρχει ἐκ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὰ μὲν λεχθέντα περιεκτικὰ διὰ τὰ περιεχόμενα ὑπάρχουσιν· ὁ δὲ Θεὸς οὐ διὰ τὸ πᾶν ὑπάρχει. Διὸ μείζων

[17] Gen. VIII, 21.

(24) *Ἀγγέλων*. Deest καὶ ἀνθρώπων, ut Langus et Sylburgius animadverterunt.

(25) *Σῶμά τι*. Leg. σῶμά τε.

(26) *Τὰ περιέχοντα*. Leg. τὰ περιεχόμενα.

Digitized by Google

ὁ Θεὸς τοῦ παντὸς, ὥσπερ τῇ οὐσίᾳ, οὕτως καὶ τῇ ἀξίᾳ. A tur exsistunt; Deus autem propter universum non exsistit. Quare major universo, ut substantia, ita et dignitate.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΒ'. Εἰ τὸ περιέχον ἐπὶ φρουρᾷ καὶ συντηρήσει ἐστὶ τοῦ περιεχομένου, πῶς ὁ Θεὸς περιέχων τὸ πᾶν, οὐκ ἐπὶ φρουρᾷ τοῦ κακοῦ καὶ διαμονῇ περιέχει τὸ πᾶν; Καὶ γὰρ ἐν τῷ μέρει τοῦ παντὸς τὸ κακὸν θεωρεῖται,

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τὸ πᾶν ἔργον ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· καὶ τηρῶν ὁ Θεὸς τὸ πᾶν τὸ ἔργον ἑαυτοῦ τηρεῖ· καὶ ὥσπερ οὐκ ἐποίησεν ὁ Θεός τι φύσει κακὸν, οὕτως οὐδὲ τηρεῖ τι φύσει κακόν.

QUÆST. XII. Si id quod continet ei quod continetur, custodiæ est et conservationi, quomodo Deus, qui continet universum, non ad custodiam et conservationem mali continet universum? Nam in parte universi malum perspicitur.

RESP. Universum opus est Dei, et dum conservat Deus universum, opus suum conservat; et quemadmodum Deus nihil facit quod natura malum sit, ita nec quidquam conservat quod natura malum sit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΓ'. Εἰ γίνεται ἡ ἀνάστασις διὰ τὴν τῶν βεβιωμένων ἑκάστῳ ἀντίδοσιν, πῶς τὰ βρέφη ἢ καὶ τὰ ἐν γαστρὶ τελευτήσαντα περιττῶς οὐκ ἀνί- B στανται, οὔτ' ἔργων ἀμοιβὰς κομιζόμενα, οὔτε ἀνέσεως ἢ θλίψεως, διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον, λαβεῖν δυνάμενα αἴσθησιν;

446 QUÆST. XIII. Si resurrectio propter vitæ ab unoquoque actæ remunerationem fit, quomodo infantes vel qui in ipso etiam utero mortui sunt, non frustra resurgunt, cum neque operum mercedem reportent, nec requiei aut afflictionis, propter immaturam ætatem, sensum percipere possint?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τῷ πιστεύοντι ἀληθὲς εἶναι τὸ, *Σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει*, τούτῳ δυνατὸν καὶ πρέπον ἐστὶ τὸ πιστεύειν καὶ τῶν βρεφῶν τὴν ἀνάστασιν. Ὁ γὰρ τὴν ἀφθαρσίαν αὐτοῖς παρέχων δύναται καὶ τὴν αἰσθητικὴν τῶν προσόντων ἀγαθῶν χαρίσασθαι αὐτοῖς δύναμιν. Ὧν εἰ μὴ γίνεται ἀνάστασις, εὑρεθήσεται ὁ Θεὸς μάτην πλασάμενος αὐτά. Εἰ δὲ μάτην ποιεῖ ὁ Θεὸς οὐδὲν, ἀνάγκη ἄρα καὶ τὰ βρέφη εἰς τὸ εἶναι παραγενέσθαι διὰ τῆς ἀναστάσεως. Πῶς δ' οὐκ ἄκαιρον τὸ πρὸς τὴν ἐκδίκησιν τῆς τῶν βρεφῶν ἀναιρέσεως κατακρίνειν C τὸν Ἡρώδην, τῶν βρεφῶν οὐκ ὄντων τῶν ἐκδικουμένων; Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις τὰ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρὸς τῆς ἀγαλλιάσεως σκιρτήματα, καὶ ὁ ὕμνος τῶν νηπίων καὶ θηλαζόντων.

RESP. Qui credit verum esse illud: *Seminatur in infirmitate, resurgit in virtute* [18], is potest et debet infantium quoque resurrectionem credere. Nam qui immortalitatem illis præstat, potest et sentiendi præsentia bona facultatem eis præstare. Quod si horum non fit resurrectio, invenietur Deus frustra illos formasse. Sed si nihil frustra facit Deus, necesse est profecto et infantes ad esse perduci per resurrectionem. Quomodo autem non absurdum fuerit infantium cædis ulciscendæ causa Herodem damnare, si infantes, qui vindicandi sunt, non exstent? His testimonium perhibent et Joannis Baptistæ in matris utero lætitiæ exsultatio, et hymnus infantium et lactentium.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΔ'. Εἰ ἐψευσμένον τυγχάνει καὶ μάταιον τὸ ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν διδόμενον βάπτισμα, διὰ τί οἱ ὀρθόδοξοι τὸν προσφεύγοντα τῇ ὀρθοδοξίᾳ αἱρετικὸν οὐ βαπτίζουσιν, ἀλλ' ὡς ἐν ἀληθεῖ τῷ νόθῳ ἐῶσι βαπτίσματι; Εἰ δὲ καὶ χειροτονίαν τύχοι παρ' ἐκείνων δεξάμενος, καὶ ταύτην ὡς βεβαίαν αὐτοὶ ἀποδέχονται. Πῶς οὖν ὁ δεχθεὶς καὶ οἱ δεξάμενοι τὸ ἄμεμπτον ἔχουσιν;

QUÆST. XIV. Si falsus et vanus est baptismus, qui ab hæreticis datur, quare orthodoxi confugientem hæreticum ad cœtum orthodoxorum non baptizant, sed in spurio illum tanquam in vero baptismate relinquunt? Quod si forte et ordinationem ab illis acceperit, illam etiam ut firmam et stabilem recipiunt. Quomodo ergo et qui admittitur et qui admittunt extra reprehensionem sunt?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τοῦ αἱρετικοῦ ἐπὶ τὴν ὀρθοδοξίαν ἐρχομένου τὸ σφάλμα διορθοῦται, τῆς μὲν κακοδοξίας D τῇ μεταθέσει τοῦ φρονήματος· τοῦ δὲ βαπτίσματος τῇ ἐπιχρίσει τοῦ ἁγίου μύρου· τῆς δὲ χειροτονίας τῇ χειροθεσίᾳ· καὶ οὐδὲν τῶν πάλαι μένει ἄλυτον.

RESP. Hæretici ad cœtum orthodoxorum venientis lapsus emendatur; pravæ quidem opinionis, mutatione sententiæ; baptismi, unctione sancti unguenti; ordinationis vero, manuum impositione, nec quidquam ex prioribus superest quod non solutum sit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΕ'. Εἰ οὐχ ἥμαρτεν ὁ Ἰὼβ ἀρασάμενος τὴν ἡμέραν, δηλονότι ὡς δίκαιος ἠκούσθη· καὶ εἰ μὲν ἠκούσθη, τὸν οἰκεῖον ὁ Θεὸς ἀνέτρεψεν ὅρον, καὶ ἀνάγκη ζητεῖν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ τὴν ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀπώλειαν. Εἰ δὲ οὐκ ἠκούσθη, πῶς οὐ δεῖ λέγειν ὅτι ἁμαρτωλὸς ὢν παρηκούσθη; *Θέλημα γὰρ τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει ὁ Θεός*. Περὶ

QUÆST. XV. Si non peccavit Job diei maledicens, tanquam justus videlicet exauditus est. Sed si exauditus est, propriam Deus legem evertit, ac quærere necesse est in divina Scriptura interitum illius diei. Quod si exauditus non est, quomodo non dicendum erit eum exauditum non fuisse quia peccator erat? Nam *voluntatem timentium se faciet*

[18] I Cor. xv, 42.

Digitized by Google

Deus [19]. De peccatoribus autem dictum est : *Cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam vos* [20]?

RESP. Propositum Jobi in ea quæ proponitur, maledictione, tale exstitit, quasi diceret : Utinam dies illa, in qua natus sum, maledicta secundum hanc maledictionem fuisset! Quare? Ut ego, inquit, natus non essem. Neque enim fieri potest, ut quisquam nascatur in ejusmodi die, quæ ita sit maledicta. Non est igitur maledictio illa sic concepta, quasi exitum exspectaret. Nam, si sic facta maledictio fuisset, ut exitum exspectaret, revocasset propriam vocem, postquam ab afflictionibus liberatus, rebus magis prosperis usus est. Hæc ergo verba ob magnitudinem afflictionis ex corde protulit; qua quidem ab eo remota non jam videlicet de eadem die idem sensit.

QUÆST. XVI. Si secundum naturam nostram **447** genitori consubstantiale est, si quid genitum est; quomodo non secundum eamdem naturam post genitorem exsistit si quid genitum est? Quod si secundum de divina generatione non intelligemus: neque etiam primum, pari ratione.

RESP. Nos qui priorem generatione exsistentiam habemus, post exsistentiam gignimus. Deus autem simul est et gignit. Quare non est apud Deum post-exsistentia geniti, quia neque exsistentia ante generationem.

QUÆST. XVII. Si divinarum hypostasum conjunctio non divelli potest, quomodo possunt tres hypostases et tres nominari personæ, ac non potius una hypostasis in tribus nominibus et tribus personis?

RESP. Divinarum hypostasum essentiæ quidem unitas distinctionem non admittit; trinitas autem earum distinctionem capit. Quocirca tres hypostases singularibus nominibus tres sunt, et quam hypostasim nominamus Patrem, non jam eamdem Filii etiam hypostasim dicimus, sed aliam. Trinitatem enim nominum, trinitatis esse dicimus hypostasum, non unitatis illarum. Itaque unus est Deus essentiæ unitate distinctionem non capiente; tres autem personæ distinctione hypostasum.

QUÆST. XVIII. Si Deus quidem substantiam, Pater autem personam designat, quomodo idem est dicere Filium Dei et Filium Patris?

RESP. Si disjunctim dicamus Filium, nunc quidem Filium Patris, nunc Filium Dei dicimus : at disjunctim illum nunquam cogitamus. Filius ergo Patris est illius Filius, qui secundum essentiam Deus est. Idem autem est dicere Filium Patris et Filium Dei; quia si quid ad personam pertinet, illud etiam ad personæ essentiam pertinet.

[19] Psal. CXLIV, 19. [20] Isa. I, XV.

δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν εἴρηται, ὅτι, *Ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν;*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὁ σκοπὸς τοῦ Ἰὼβ οὗτος ἦν ἐν τῇ προκειμένῃ κατάρᾳ, ὡς εἰ ἔλεγεν· Εἴθε ἦν ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἐν ᾗ ἐγεννήθην, κατὰ τὴν κατάραν ταύτην κεκατηραμένη! Διὰ τί; Ἵνα ἐγὼ, φησὶ, μὴ ἐγεννήθην. Οὐ γὰρ ἐνδέχεταί τινα γεννηθῆναι ἐν τῇ τοιαύτῃ ἡμέρᾳ τῇ οὕτως κεκατηραμένῃ. Οὐκ ἔστιν οὖν ἡ κατάρα αὕτη οὕτως κεκατηραμένη, ὡς ἀναμένουσα τὴν ἔκβασιν. Εἰ γὰρ ἦν οὕτως γεγενημένη ἡ κατάρα ὡς ἀναμένουσα τὴν ἔκβασιν, ἀνεκαλέσατο ἂν τὴν ἰδίαν φωνὴν, ἀπαλλαγέντος αὐτοῦ τῶν θλίψεων καὶ ἐν τοῖς κρείττοσι γενομένου. Διὰ γοῦν τὴν ὑπερβολὴν τῆς αὐτοῦ θλίψεως, τὰ τῆς καρδίας ἐφθέγξατο ῥήματα, ἧς ἀπ' αὐτοῦ (27), δηλονότι οὐκέτι τὴν αὐτὴν περὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἔσχε τὴν γνώμην.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙϚ'. Εἰ κατὰ τὴν ἡμετέραν φύσιν, εἴ τι γέννημα, τοῦτο τῷ γεννήσαντι ὁμοούσιον, πῶς οὐχὶ, κατὰ ταύτην εἴ τι γεγέννηται, μεθυπάρχει τοῦ γεννήσαντος; Εἰ δὲ μὴ τὸ δεύτερον, οὐδ' ἄρα τὸ πρῶτον ὁμοίως ἡμῖν ἐπὶ τῆς θείας γεννήσεως νοηθήσεται.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἡμεῖς, ὡς προηγουμένην τῆς γεννήσεως ἔχοντες τὴν ὕπαρξιν μετὰ τὴν ὕπαρξιν γενομένης (28)· ὁ δὲ Θεὸς, ἅμα τῷ ὑπάρχειν ἐγέννησε. Διὸ οὐκ ἔστιν παρὰ τῷ Θεῷ μεθύπαρξις γεννήματος, ἐπειδὴ οὐδὲ προῦπαρξις γεννήσεως.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΖ'. Εἰ τῶν θείων ὑποστάσεων ἡ ἕνωσίς ἐστιν ἀδιαίρετος, πῶς δύνανται τρεῖς ὑποστάσεις καὶ τρία ὀνομάζεσθαι πρόσωπα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον μία ὑπόστασις τριώνυμος ἢ τριπρόσωπος;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τῶν θείων ὑποστάσεων τὸ μὲν τῆς οὐσίας ἓν ἐστιν ἀδιαίρετον· τὸ δὲ αὐτῶν τρεῖς ἐστι διαιρετόν. Διὸ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις ἰδιάζουσιν ὀνόμασίν ἐστι τρεῖς· καὶ τὴν ὑπόστασιν ἣν καλοῦμεν Πατέρα, οὐκέτι τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν καλοῦμεν καὶ Υἱὸν (29), ἀλλ' ἄλλην. Τὴν γὰρ Τριάδα τῶν ὀνομάτων τῆς Τριάδος λέγομεν εἶναι τῶν ὑποστάσεων, οὐχὶ τῆς μονάδος αὐτῶν. Διὸ εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς τῷ ἑνὶ καὶ ἀδιαιρέτῳ τῆς οὐσίας, τρία δὲ τὰ πρόσωπα τῇ διαιρέσει τῶν ὑποστάσεων.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΗ'. Εἰ τὸ μὲν Θεὸς τῆς οὐσίας, τὸ δὲ Πατὴρ τοῦ προσώπου ἐστὶ δηλωτικὸν, πῶς ταὐτὸν τὸ λέγειν Υἱὸν Θεοῦ τῷ λέγειν Υἱὸν τοῦ Πατρός;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἐὰν διεζευγμένως λέγωμεν τὸν Υἱὸν, ποτὲ μὲν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, ποτὲ δὲ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ διεζευγμένως αὐτὸν οὐδέποτε νοοῦμεν. Υἱὸς οὖν ἐστι τοῦ Πατρὸς ὁ υἱὸς τοῦ κατ' οὐσίαν Θεοῦ. Ταὐτὸν δὲ τὸ λέγειν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς τῷ λέγειν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ εἴ τί ἐστι τοῦ προσώπου, τοῦτό ἐστι καὶ τῆς τοῦ προσώπου οὐσίας.

(27) *Ἧς ἀπ' αὐτοῦ.* Deest aliquod verbum, ut observavit Sylburgius.

(28) *Γενομένης.* Legendum γεννῶμεν, idque dudum observavit Petavius lib. v *De Trin.* c. 9, n. 7. Sed quod præcedentia sic corrigenda putat : Ὡς προηγουμένην ἔχοντες τῆς ὑπάρξεως τὴν γέννησιν. *Nos qui prius generamur, quam exsistamus*, id nec necessarium, nec aptum et commodum videtur.

(29) *Καὶ Υἱόν.* Leg. καὶ Υἱοῦ.

Digitized by Google

Ἐρώτησις ιθ'. Εἰ ἐν τοῖς ἀπηγορευμένοις ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν, ἡ τῶν παλμῶν ἐστι παρατήρησις, διὰ τί οἱ εὐσεβεῖς πάσῃ δυνάμει ταύτην ἀπωθεῖν βουλόμενοι, οὐκ ἰσχύουσιν, ἢ φαιδρὸν ἢ σκυθρωπὸν μηνυούσης ταύτης; Καὶ εἰ μὲν φαῦλον τοῦτο, πῶς παρὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιγίνεται πρόθεσιν· εἰ δὲ ἀγαθὸν, ὅπερ οὐκ οἶμαι, τίνος ἕνεκεν ἀπηγόρευται;

Ἀποκρισις. Ἡ μὲν πρόγνωσις τῶν μελλόντων τῆς ψυχῆς ἐστιν ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος φωτιζομένης πρὸς τὴν εἴδησιν τῶν τέως ἀδήλων, καὶ οὐχ ὑπὸ τῆς ἀβουλήτου κινήσεως τοῦ σώματος. Ὁ δὲ παλμὸς πάθος ἐστὶ σωματικὸν ἐκ τῆς διαδρομῆς τοῦ φυσικοῦ πνεύματος ἐν τῷ σώματι ὑφισταμένου πάντων τῶν ζώων· διὸ ἀνάξιον ἔκρινον οἱ ἅγιοι εἶναι κριτήριον τῶν μελλόντων τὸ τοιοῦτον σωματικὸν κίνημα· καὶ καθάπερ πταρμοὶ ῥινῶν καὶ οἱ ἦχοι ὤτων παρὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιγίνονται πρόθεσιν, οὕτως καὶ ὁ παλμός. Ἔτι δὲ τοῖς εἰληφόσι τῆς μελλούσης καταστάσεως τὴν ἐλπίδα, καὶ ἕνα ἔχουσι τὸν σκοπὸν, τὸ πρὸς ἐκείνην διὰ παντὸς παρεσκευασμένως ἀποβλέπειν, περιττόν ἐστι τὸ φαιδρὸν ἢ σκυθρωπὸν ἐνταῦθα διὰ παλμῶν προγινώσκειν. Καὶ εἰ ὁ αὐτὸς παλμὸς ὁ προμηνύων πλοῦτον προσγίνεται τῷ βιωτικῷ ἀνθρώπῳ καὶ τῷ ἀσκητῇ, πῶς οὐ διέψευσται ἡ διὰ παλμοῦ προμήνυσις τοῦ πλούτου τῆς προαιρέσεως τοῦ ἀσκητοῦ οὐ μόνον τὴν ἐπίκτησιν τῶν οὐ παρόντων οὐχ αἱρουμένης, ἀλλ' οὐδὲ τὴν κτῆσιν τῶν παρόντων;

Ἐρώτησις κ'. Εἰ πρὸς θάνατον καὶ φθορὰν οἱ ἁλιεῖς τοὺς ἰχθύας ἀπὸ τῶν ὑδάτων λαμβάνουσι, πῶς εἰς ζωὴν αἰώνιον ὁ Δεσπότης Χριστὸς μέλλων διὰ τῶν ἀποστόλων τοὺς ἀνθρώπους εἰσαγαγεῖν, ἁλιέας αὐτοὺς ποιεῖν ἀνθρώπων ἐπηγγείλατο;

Ἀποκρισις. Ἐπειδὴ ἐχρῆν τοὺς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἀγρευομένους ἀνθρώπους τῇ σαγήνῃ τῆς βασιλείας ἀποθανεῖν ἀπὸ τῆς προτέρας αὐτῶν ἐν ἁμαρτίαις ζωῆς (30), διὰ τοῦτο τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων παρείκασεν ὁ Κύριος τὴν ἄγραν τῶν ἀνθρώπων (31). Προσέθηκε δὲ τὸ *εἰς ζωὴν* (32), τὸ ἐλλεῖπον τοῦ ὑποδείγματος τῷ ὑποδεικνυμένῳ προσθέμενος.

Ἐρώτησις κα'. Εἰ σώφρονι λογισμῷ κατεχόμενοι οἱ μοναχοὶ τὰς γαμικὰς ἡδονὰς ἀπεστράφησαν, διὰ τί ἐν ταῖς καθ' ὕπνον φαντασίαις τὰ ἀβούλητα πάσχουσι, καὶ οὐ μόνον εἰς τὰς τυχούσας, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ μητράσι καὶ ἀδελφαῖς ὁμιλεῖν ἐν τῇ φαντασίᾳ νομίζουσι; Τίσιν οὖν χρηστέον πρὸς τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ τοιούτου πολέμου; καὶ εἰ τὸν πολεμηθέντα δεῖ τῶν μυστηρίων ἀπέχεσθαι· καὶ εἰ προσιέναι αὐτοῖς

A QUÆST. XIX. Si in rebus, quas pii interdicunt, palpitationum est observatio, quare illam pii totis viribus volentes repellere, non possunt, sive lætum quiddam, sive triste indicet? Atque id quidem, si malum est, quomodo præter nostram voluntatem fit? Si vero bonum, quod quidem non puto, quare interdictum est?

RESP. Futurorum præcognitio animæ est a divino Spiritu ad cognitionem rerum latentium, minime vero ex involuntario corporis motu, illuminatæ. Est autem palpitatio corporea perpessio ex cursu spiritus naturalis, qui corpori inest omnium animalium. Quare sancti indignum esse ejusmodi corporis motum decreverunt, penes quem judicium esset futurorum; et quemadmodum sternutatio na-
B rium, et tinnitus aurium præter propositum nostrum fiunt, ita et palpitatio. Præterea iis qui acceperunt spem futuri status, atque id unum sibi proponunt, ut ad eum in omnibus præparati respiciant, inutile est hic læta aut tristia per palpitationem prænoscere. Ac si eadem palpitatio divitias prænuntians evenit sæculari homini et ascetæ, quomodo non mendax illa per palpitationem prænuntiatio **448** divitiarum, cum institutum ascetæ non modo accessionem absentium non admittat, sed ne possessionem quidem præsentium?

QUÆST. XX. Si ad mortem et exsilium a piscatoribus pisces ex aquis educuntur, quomodo in
C vitam æternam Dominus Christus homines per apostolos introducturus, piscatores illos hominum facturum se promisit?

RESP. Quandoquidem homines sagena regni ab apostolis captos mori anteactæ in peccatis vitæ oportebat; idcirco capturæ piscium assimilavit Dominus capturam hominum. Addidit autem *in vitam* [31], id quod exemplo deerat adjiciens ei rei quæ docebatur.

QUÆST. XXI. Si casto animo adducti monachi conjugales voluptates repudiarunt, cur in oblatis per somnum imaginibus involuntaria patiuntur, ac non solum cum quibuslibet, sed etiam cum matribus et sororibus coire sibi in oblatis imaginibus vide-
D tur? Quibus igitur rebus utendum sit ad ejusmodi bellum propulsandum, atque utrum is qui oppugnatus fuit, abstinere a mysteriis debeat, aut, si ne-

[31] Luc. v, 10.

(30) *Ζωῆς*. Grabius *Spicileg.* tom. II, p, 201, opinatam hic lacunam restituit addendo, ut in Macarii Chrysocephali orat. 11 *in Mal.* ex cod. Barocc. 156 : Ἐλθόντας πρὸς τὸ φῶς τῆς θεογνωσίας, καὶ τὴν πνοὴν τοῦ παντοκράτορος, τὸ ζωοποιὸν καὶ πανάγιον Πνεῦμα. *Accedentes ad lumen divinæ cognitionis et ad spiraculum omnipotentis, vivificantem et sanctissimum Spiritum.*

(31) *Τῶν ἀνθρώπων*. Additur in codice, quem Grabius consuluit : Καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐξ ἁλιέων τε ἐξελέξατο, καὶ ἁλιέας ποιεῖν ἀνθρώπων ἐπηγγείλατο *Et apostolos ex piscatoribus elegit, et eos piscatores hominum facturum se promisit.*

(32) *Τὸ εἰς ζωήν*. Videtur Syrus scriptor legisse apud Lucam, Μὴ φοβοῦ· ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν εἰς ζωήν, cui quidem legendi rationi consentanea est versio Syriaca, quæ sic habet : *Ne timeas : posthac piscaturus es homines ad vitam.* In cod. Barocc. legitur : Προσέθηκε δὲ καὶ τὸ ζωγρῶν κατὰ Λουκᾶν, ex quo Grabius hunc nostri scriptoris locum visus est sibi emendare et sanare. Sed quod ipse vulnus existimat, id integrum mihi videtur; neque hæc additamenta in contextum inducere volui.

Digitized by Google

cesse est accedere, utrum lotum an alia re ejusmodi utentem, ne Judaice expurgari videatur, edoce: quandoquidem et ipsi ea de re sæpe consulunt.

RESP. Quoniam qui Deo consecrati sunt pervigilem habent adversarium, qui modis omnibus penes ipsum sitis machinatur ut piis maculam inurat, propterea involuntaria in somnis patiuntur. Atque adversarius quidem, cum sciat in iis quæ sita in nobis non sunt, neque ob præclara nos laudari, neque ob turpia vituperari (laudes enim et vituperia eorum sunt quæ a nobis cum rationis assensu peraguntur) ac somnia ex illo genere esse, quod in nobis situm non est; is tamen etiam per somnia commovet in nobis utrarumque rerum, et honestarum et turpium actiones, has in se spes habens, num forte nos aut rerum honestarum effectione ad inanem de iis quæ non egimus, gloriationem excitare, aut turpium actione de inique facto lætantes invenire possit. Sed ut hæc quidem somnia videamus in nobis situm non est; ut autem involuntario ejusmodi facto lætemur aut doleamus, in nobis situm est. Si nos igitur reperiat involuntaria actione lætantes, gloriatur, ut victor, adversarius; sin autem dolentes, debilitatur fracto consilio. Satis est igitur, ut a prava machinatione liberemur, de iis dolere, quæ nobis præter voluntatem accidunt, et lacrymis piaculum abluere imaginum, quæ sic nobis præter animi sententiam adsunt. Sed ut abstineant a communione divinorum mysteriorum, qui ejusmodi involuntaria passi sunt, id minime æquum est; alioqui, per hoc tollimus voluntariorum et involuntariorum malorum discrimen.

449 QUÆST. XXII. Si Dominus Christus pronuntiavit ut cum tritico zizania crescerent, quomodo zizania quidem multiplicata sunt, triticum autem pene defecit, et quo argumento triticum esse patet id quod defecit? Quomodo autem non falsa prædictio fore ut simul crescerent?

RESP. Triticum esse id quod defecit argumento est hæc Christi prædictio, quæ dicit: *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum*[11].

[11] Matth. XXIV. 12.

(33) *Ἐξεγείρας*. Legendum ἐξεγείραι vel ἐξεγεῖραι.

(34) *Παρ' αὐτοῦ*. Vel subintelligendum Χριστοῦ vel legendum περὶ αὐτοῦ. Hic autem mirari subit quam absurdi errores illudant huic scriptori. Zizania intelligit, ut in Admonitione observamus, omnium Ecclesiarum de peccato originali ac Christi gratia doctrinam; triticum vero Pelagiana commenta. Nemo certe quo tempore omnes Ecclesiæ in rejiciendis Pelagianis conspirabant, triticum in Ecclesia desiderare potuit, nisi Pelagianus esset. Quomodo autem scriptor non indoctus fingere sibi potuit tot remotissimas ecclesias, abjecta catholica doctrina, in amplectendis absurdis opinionibus et humanæ superbiæ molestissimis sic conspirasse, ut eas unus quisque a Christo traditas, ac semper in Ecclesia asservatas, nec unquam sine gravissimo scelere violandas crederet? Quod autem futurum ait, ut triticum usque ad consummationem sæculi

ἀναγκαῖον, ἢ λουσάμενον, ἢ ἑτέρῳ τοιούτῳ τινὶ χρησάμενον, ὥστε μὴ Ἰουδαϊκῶς καθαίρεσθαι, δίδαξον, ἐπειδὴ πολλή ἐστι περὶ τούτου καὶ παρ' αὐτῶν ἡ ζήτησις.

Ἀποκρισις. Ἐπειδὴ οἱ ἀνακείμενοι Θεῷ ἄγρυπνον ἔχουσιν ἀντίπαλον, τὸν πᾶσι τοῖς δυνατοῖς αὐτῷ τρόποις μηχανώμενον θεῖναι τοῖς εὐσεβέσι μῶμον, διὰ τοῦτο ἀβούλητα καθ' ὕπνους πάσχουσι. Καίτοι εἰδὼς ὁ ἀντίπαλος, ὅτι ἐν τοῖς οὐκ ἐφ' ἡμῖν οὔτ' ἐπὶ τοῖς σεμνοῖς ἐπαινούμεθα, οὔτ' ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς ψεγόμεθα (οἱ γὰρ ἔπαινοι καὶ οἱ ψόγοι τῶν μετὰ συγκαταθέσεως τοῦ λογισμοῦ ὑφ' ἡμῶν πραττομένων εἰσί)· καὶ ὅτι τὰ ἐνύπνια τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως καὶ διὰ τῶν ἐνυπνίων κινεῖ ἐν ἡμῖν ἀμφοτέρων τὰς πράξεις, καὶ τῶν σεμνῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, ταύτας ἔχων ἐν αὐτῷ τὰς ἐλπίδας, μήπως ἢ τῇ τῶν σεμνῶν ἐργασίᾳ ἐξεγείρας (33) ἡμᾶς εἰς ματαίαν καύχησιν τῶν ἡμῖν μὴ πεπραγμένων, ἢ τῇ τῶν αἰσχρῶν ἐργασίᾳ δυνηθείη εὑρεῖν ἡμᾶς ἐπὶ ἀνόμῳ πράξει τερπομένους. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἰδεῖν τὰ τοιαῦτα ἐνύπνια οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν, τὸ δὲ τερφθῆναι ἐπὶ τῇ οὕτως ἀβουλήτῳ πράξει ἢ λυπηθῆναι, τοῦτο ἐφ' ἡμῖν ἐστι. Κἂν μὲν οὖν εὕρῃ ἡμᾶς ἐπὶ τῇ ἀβουλήτῳ πράξει τερπομένους, καυχᾶται ὡς νικητὴς ὁ ἀντίπαλος· ἐὰν δὲ λυπουμένους, ματαιοῦται τῇ βουλῇ ἡττώμενος. Ἱκανὸν οὖν ὑπάρχει πρὸς τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ κακοῦ μηχανήματος τὸ λυπηθῆναι ἐπὶ τῷ ἀβουλήτως συμβεβηκότι, καὶ δάκρυσιν ἀποπλύνειν τὸ μυσαρὸν τῶν οὕτως ἀβουλήτων ἐν ἡμῖν ὑφισταμένων φαντασιῶν. Ἀπέχεσθαι δὲ τοὺς οὕτως τὰ ἀβούλητα πάσχοντας τῆς κοινωνίας τῶν θείων μυστηρίων οὐδ' ὅλως δίκαιόν ἐστιν· εἰ δὲ μή γε, ἀναιροῦμεν κατὰ τοῦτο τῶν βουλητῶν τε καὶ τῶν ἀβουλήτων κακῶν τὴν διαφοράν.

Ἐρωτησις ΚΒ'. Εἰ τῷ σίτῳ συναυξάνεσθαι τὰ ζιζάνια ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἀπεφήνατο, πῶς τὰ μὲν ζιζάνια πεπλήθυνται, σχεδὸν δὲ ὁ σῖτος ἐξέλιπε; καὶ τίς ἡ ἀπόδειξις τοῦ εἶναι σῖτον τὸν ἐκλείψαντα· πῶς δὲ τῆς συναυξήσεως τούτων ἡ πρόῤῥησις οὐ διέψευσται;

Ἀποκρισις. Ἀπόδειξις τοῦ σῖτον εἶναι τὸν ἐκλείψαντα, αὕτη ἐστὶν, ἡ παρ' αὐτοῦ (34) πρόῤῥησις, λέγουσα· *Διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ψυγῆ-*

non deficiat, in hoc profecto suis se acuminibus compungit. Ubi enim erat id quod vocat triticum, antequam Theodorus Mopsuestenus, Pelagius et Celestius illud invenirent, ut ipse inventum fatetur fuisse in Resp. ad Quæst. 4, aut cum opiniones suas ita dissimularet Pelagius, ut illum Diospolitani Patres *hanc gratiam*, ut ait Augustinus *De gest. Pelag.* n. 22, *quam in catholica Ecclesia notissimam noverant*, crederent *confiteri*; aut cum Cœlestius in libello, quem obtulit Zozimo has quæstiones *præter fidem* natas esse, id est ad fidem non pertinere diceret, apud Aug. lib. *De peccat. orig.* cap. 25. Si triticum deficere non potest, neque etiam ab Ecclesia ejici potest. Cur ergo, ejectis undique Pelagianis, nec locum ubi consisterent reperientibus, si qui in Ecclesia manerent, hi dissimulationis latebris se involvere, ut ex testimonio Marii Mercatoris perspeximus ac nonnullis hujus scriptoris responsionibus, cogerentur?

Digitized by Google

σεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. Καὶ πάλιν· Ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀφίστανταί τινες τῆς πίστεως, καὶ προσέχουσι πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις ἀνθρώπων. Καὶ πάλιν· Ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας ἀποστρέφονται· πρὸς δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται. Καὶ πάλιν· Εἰσελεύσονται εἰς ὑμᾶς λύκοι βαρεῖς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου, τοῦ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. Ὅτι δὲ ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος οὐκ ἐκλείπει ὁ σῖτος, δηλοῖ ὁ Κύριος λέγων· Διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς οὓς ἐξελέξατο ὁ Πατὴρ κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. Ἀλλ' εἰ μὲν συνέβη τι τῷ σίτῳ τὸ μὴ εἰρημένον περὶ αὐτοῦ αὐξομένου τε καὶ ἐκλείποντος, δῆλον ὅτι διέψευσται ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος· εἰ δὲ ἐξ ἀρχῆς τοῦ κηρύγματος ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος πάντα τὰ συμβησόμενα αὐτῷ διὰ τῶν προρρήσεων δέδοται, φανερὸν ὑπάρχει, ὅτι οὐδαμῶς διέψευσται ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος. Ἀλλ' εἰ μέν ἐστι τὰ ζιζάνια, ἀνάγκη εἶναι καὶ τὸν σῖτον· ἐκ γὰρ τῆς ἀλλήλων παραθέσεως ὁ μὲν σῖτος γνωρίζεται ὅπερ ἐστίν· ὡσαύτως καὶ τὰ ζιζάνια· καὶ θατέρου μὴ ὄντος, οὐδὲ τὸ ἕτερον γνωρίζεται ὅπερ ἐστίν.

B RESP. Non petiit Elisæus duplicatum spiritus donum, ut eadem opera bis ederet, sed ut posset simpliciter perficere quæcunque opus erat ab eo fieri cum uberiore potestatis virtute. Petitione autem illum minime excidisse, testantur ab eo editæ res admirandæ, quas partim simplices, partim duplices præstitit. Nam quod duos excitavit defunctos, alterum adhuc vivus, alterum jam mortuus : duplicatam id vim in reliquis miraculis, si ea uti voluisset, exuberantis in eo divinæ per Spiritum gratiæ, declaravit. Atque Eliæ quidem tempore, ad necessarium usum, Elisæi vero, supra usum, olei fuit incrementum. Et Elias ignem ad hostes ulciscendos, Elisæus autem equos et equites igneos ad Israelis auxilium de cœlo deduxit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΕ'. Εἰ τότε ἐστὶ τελεία ἀνάστασις, ὅτε ὁ τέλειος ἀνίσταται ἄνθρωπος, πῶς λέγει μετὰ τὸ δεσποτικὸν πάθος ἡ Γραφὴ, ὅτι πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη; ὅπερ οὐκ εἶπεν ἐπὶ τῶν ἄλλων ὧν ὁ Κύριος ἤγειρεν· οἷον ἐπὶ Λαζάρου, καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας, ἢ περὶ τῆς θυγατρὸς Ἰαείρου, ἀλλ' ἀπολύτως ὅτι τόνδε ἢ τήνδε ἀνέστησε. Πῶς οὖν ἐπὶ τούτων μόνον σωμάτων ἀναστάσεως μέμνηται, καὶ ἐπάγει ὅτι ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς; ὅπερ τῷ πλείστῳ μέρει φαντασίας ὑπόνοιαν δίδωσι. Καὶ εἰ τῷ ὄντι ἄψυχα (22) ἀνέστησαν σώματα, καὶ εἰ ἐπεδίωσαν, ἢ εὐθέως ἐτελεύτησαν, ἢ μένουσιν ἐν ἀθανασίᾳ, καὶ ὅποι, καὶ τί τοῖς μετ' ἐκείνους ἐκ τῶν ἐπ' αὐτοῖς γεγονότων τὸ ὄφελος δίδωσι, δίδαξον.

QUÆST. LXXXV. Si tunc perfecta resurrectio est, cum perfectus resurgit homo, quomodo dicit Scriptura post Dominicam Passionem multa sanctorum dormientium corpora fuisse excitata, quod quidem non dixit de aliis, quos Dominus excitavit, velut de Lazaro et filio viduæ et Jairi filia, sed absolute hunc aut illam fuisse excitatum. Quomodo ergo in his tantum corporum resurrectionis meminit, additque apparuisse multis, quod maximæ parti suspicionem phantasmatis præbet. Atque utrum revera animata resurrexerint **474** corpora, utrum supervixerint aut statim obierint, an in immortalitate maneant, et ubi, et quæ ex his, quæ illis evenerunt, ad posteros pervenerit utilitas, edoce.

C

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ τελείαν ἀνάστασιν ταύτην καλοῦμεν τῶν ἀνισταμένων ἀνθρώπων, τῶν ψυχῶν εἰσοικιζομένων πάλιν εἰς τὰ σώματα τῶν ἀνισταμένων, δῆλον ὅτι πάντες οἵ τε ἀναστάντες, οἵ τε μέλλοντες ἀνίστασθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου τέλειοι ἀνέστησαν (23). Ἀδύνατον γὰρ γενέσθαι νεκρῶν ἀνάστασιν, τῆς ψυχῆς μὴ εἰσοικιζομένης εἰς τὸ οἰκεῖον σῶμα. Κἂν οὖν εἴπῃ ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι ὁ δεῖνα ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν, ἢ ὅτι σώματα ἀνέστησαν ἐκ τῶν νεκρῶν, χρὴ ἡμᾶς δι' ἑκατέρας φωνῆς τὴν τελείαν νοεῖν ἀνάστασιν, τὴν κατὰ ἀπόδοσιν ψυχῆς τῷ σώματι γινομένην· καὶ καθάπερ ὅταν εἴπῃ ἡ θεία Γραφή· *Ὁ ἐγείρας τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ τῶν νεκρῶν ζωοποιήσει τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα ἡμῶν*, οὔτε

D RESP. Si perfectam illam dicimus hominum resurgentium resurrectionem, cum animæ rursum introducuntur in corpora resurgentium, liquet perfectos resurrexisse omnes, qui ad vitam revocati sunt a Domino, idemque dicendum de iis, qui revocabuntur. Fieri enim non potest mortuorum resurrectio, nisi anima introducatur in proprium corpus. Ubi igitur dicit Scriptura illum hominem, vel corpora resurrexisse a mortuis, oportet ut utraque voce perfectam intelligamus resurrectionem, quam anima corpori restituta efficit; et quemadmodum divina Scriptura cum dicit : *Qui suscitavit Dominum nostrum Jesum Christum a mortuis, vivificabit animas et corpora nostra* [22], nec imperfectam dicit re-

[22] Rom. VIII, 11.

(20) *Κατὰ θυσιῶν*. R. St. καὶ θυσιῶν. Emendavit Sylburgius, qui ita scribere maluit, quam, quod a Schildero proponi ait, ἐπὶ θυσιῶν.

(21) *Πεντηκοντάρχων*. Sylburgius lacunam explet legendo ὁλοκαύτωσιν, vel ὁλόκληρον ἐκπύρωσιν.

(22) *Ἄψυχα*. Melius ἔμψυχα, animata, ut conjecit Langus.

(23) *Τέλειοι ἀνέστησαν*. Langus addit, καὶ ἀναστήσεσθαι μέλλουσι, quod quidem libenter adoptarem (accuratior enim esset sententia), nisi scirem nonnulla interdum antiquos scriptores subintelligenda relinquere.

Digitized by Google

surrectionem, nec suspicionem dat phantasmatis, sed perfectam resurrectionis fidem facit; sic etiam cum ait : *Excitata sunt ex mortuis multa corpora sanctorum, qui dormierant* [93], perfectam dicit resurrectionem. Hæc autem sanctorum resurrectio et hominibus in hac vita degentibus et omnibus in inferno animabus argumento exstitit, mortem Christi omnium hominum mortis pretium fuisse. Quapropter nec rursus obierunt, sed permanent in immortalitate, ut Enoch et Elias, et cum eis sunt in paradiso exspectantes illam Jesu Christi resurrectionem, quæ jam æterna est et per immutationem facta, secundum quam, ut ait divinus Apostolus, *omnes immutabimur* [94]. Nam ad æternam et incorruptibilem vitam, nondum cujusquam exstitit resurrectio, præterquam Salvatoris Christi. Unde et *primogenitus mortuorum* [95] et *primitiæ dormientium* [96] appellatus est.

A ἀτελῆ λέγει τὴν ἀνάστασιν, οὔτε φαντασίας δίδωσιν ὑπόνοιαν, ἀλλὰ τελείαν ἀναστάσεως τὴν πίστιν· οὕτως καὶ ὅταν λέγῃ· *Ἠγέρθη πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἐκ νεκρῶν*, τὴν τελείαν λέγει ἀνάστασιν. Γέγονε δὲ τούτων τῶν ἁγίων ἡ ἀνάστασις ἀπόδειξις (24). Εἶναι τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον τοῦ.... ων ἀνθρώπων, τοῖς ἐν τῷ παρόντι.... πάσαις ταῖς ἐν τῷ ᾅδῃ ψυχαῖς. Δι' ἣν αἰτίαν οὐδὲ ἐτελεύτησαν πάλιν, ἀλλὰ μένουσιν ἐν ἀθανασίᾳ, καθάπερ ὁ Ἐνὼχ καὶ ὁ Ἠλίας, καὶ εἰσι σὺν αὐτοῖς ἐν τῷ παραδείσῳ ἀναμένοντες τὴν ἤδη αἰωνίαν (25) τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως γινομένην κατὰ ἐναλλαγήν, καθ' ἣν, ὡς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, *Πάντες ἀλλαγησόμεθα*. Εἰς γὰρ ἀθάνατόν τε καὶ ἄφθαρτον ζωὴν οὔπω γέγονέ τινος ἡ ἀνάστασις, πλὴν τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ· B διὸ καὶ πρωτότοκος τῶν νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἀνηγόρευται.

QUÆST. LXXXVI. Quæ est interpretatio vocabulorum istorum : *Mina, ephi, nebel, gomor, siclus, basilicum, sanctum, stater, drachma, quadrans, monile, didrachma, talentum, assis, seraphim, bezel, sabaoth, Adonai, ephod?* Utrorumque enim nobis necessaria est cognitio : utraque namque in Scripturis continentur.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠϚ'. Τί ἑρμηνεύεται *ἡ μνᾶ, τὸ οἶφι, τὸ νέβελ, τὸ γόμορ, τὸ σίκλον, τὸ βασιλικὸν, τὸ ἅγιον, ὁ στατὴρ, ἡ δραχμὴ, ὁ κοδράντης, ὁ ὁρμίσκος, τὸ δίδραχμον, τὸ τάλαντον, τὸ ἀσσάριον, τὸ σεραφεὶμ, τὸ βεζὲλ, τὸ σαβαὼθ, τὸ Ἀδωναῖ, τὸ ἐφούδ;* ἀμφοτέρων (26) γὰρ ἡμῖν ἀναγκαία ἡ γνῶσις, ἐπειδὴ ἑκάτερα τῇ Γραφῇ περιέχεται.

RESP. Exposita est ab Origene, viro Hebraicæ linguæ perito, omnium, quæ in sacris Scriptis feruntur, Hebraicorum nominum et mensurarum interpretatio. Eam si consulueris, omnium, de quibus quæsivisti, invenies explanationem.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἴρηται τῷ Ὠριγένει ἀνδρὶ ἐπισταμένῳ τὴν τῶν Ἑβραίων διάλεκτον πάντων τῶν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς φερομένων Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων ἢ μέτρων ἡ ἑρμηνεία. Ἐκείνην ζητήσας, εὑρήσεις C ἐν αὐτῇ τὴν πάντων ἑρμηνείαν ὧν ἐζήτησας.

QUÆST. LXXXVII. Si ante cædem Baptistæ, miraculis edendis, ut ait Matthæus [97], Dominus enituit; et horum fama ad omnes, qui in Judæa erant, pervenit : quomodo post Præcursoris necem, ea quæ a Christo exhibebantur miracula audiens Herodes cum Judæis, dixit Joannem esse qui ad vitam reversus ea præstaret signa? Hæc enim nobis enarrat beatus Marcus [98].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΖ'. Εἰ πρὸ τῆς τοῦ βαπτιστοῦ ἀναιρέσεως, τῇ ποιήσει τῶν θαυμάτων ὁ Δεσπότης διέπρεπεν, ὡς φησιν ὁ Ματθαῖος, καὶ πάντας ἡ περὶ τούτου φήμη τοὺς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ κατέλαβε, πῶς μετὰ τὴν τοῦ Προδρόμου ἀναίρεσιν, ἀκούων τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ γινόμενα θαύματα ὁ Ἡρῴδης σὺν τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγεν ὅτι Ἰωάννης ἐστὶ πρὸς ζωὴν ὑποστρέψας, καὶ ποιῶν τὰ σημεῖα; Ταῦτα γὰρ ἡμῖν διηγεῖται ὁ μακάριος Μάρκος.

475 RESP. Omnia a Christo exhibita mira, non omnes qui audierunt eodem tempore audivisse, sed hos quidem prius, illos autem posterius, testantur sermones eorum, qui Joannem auctorem esse dixerunt signorum a Christo post Joannis cædem factorum : non enim hoc dixissent, si edita a D Salvatore ante cædem Joannis miracula audissent. Non ergo mirandum, si et Herodes, post Joannem sublatum, opera discipulorum Jesu, quæ in Jesu nomine fiebant, audiit. Tum namque Herodes de

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὅτι μὴ πάντα τὰ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος γεγονότα θαύματα πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐν ἑνὶ καιρῷ ἤκουσαν, ἀλλ' οἱ μὲν πρότερον, ἄλλοι δὲ ὕστερον, μαρτυροῦσιν αἱ φωναὶ τῶν εἰρηκότων τὸν Ἰωάννην εἶναι ἐργάτην τῶν θαυμάτων τῶν γεγενημένων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Ἰωάννου· οὐκ ἂν γὰρ ἔλεγον τοῦτο, εἰ ἦσαν ἀκούσαντες τὰ πρὸ τῆς ἀναιρέσεως Ἰωάννου γεγονότα θαύματα ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος. Οὐδὲν οὖν ἦν θαυμαστὸν εἰ καὶ ὁ Ἡρῴδης μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Ἰωάννου ἀκούει τὰ ἔργα τῶν

[93] Matth. xxvii, 52. [94] I Cor. xv, 51. [95] Apoc. i, 5. [96] I Cor. xv, 20. [97] Matth. ix, 26. [98] Marc. vi, 14.

(24) *Ἀπόδειξις*. Totam hanc lacunam sic conabor explere : Ἀπόδειξις [τοῦ λύτρου] εἶναι τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον τοῦ [θανάτου πάντ]ων ἀνθρώπων, τοῖς ἐν τῷ παρόντι [βίῳ καὶ] πάσαις, etc. Longas ambages secutus est Langus. Sic vero lacunam explet Sylburgius : Τὸ ἀσφαλὲς τῆς ζωοποιαςι πίστωμα τὸν Χριστοῦ θάνατον τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων τοῖς ἐν τῷ παρόντι τε αἰῶνι σύμπασι καὶ πάσαις.

(25) *Τὴν ἤδη αἰωνίαν*. Solum Christum esse ait, cujus resurrectio immutationem perfectam habuerit : nemini enim ante generalem resurrectionem præmia rependi putabat. Delendum videtur κατὰ ante ἐναλλαγήν.

(26) *Ἀμφοτέρων*. Nempe Græcorum et Hebraicorum vocabulorum, quæ recensuit.

Digitized by Google

μαθητῶν τοῦ Ἰησοῦ, τὰ ἐπ' ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ γεγονότα. Τότε γὰρ ἤκουσεν ὁ Ἡρώδης τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, ὅτε ἀπέστειλεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εἰς τὰς κώμας καὶ πόλεις κηρύττειν τὴν μετάνοιαν, καὶ θεραπεύειν τὰς νόσους, καθά φησι Μάρκος ὁ εὐαγγελιστής. Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἰωάννης πρὸ τῆς ἐγέρσεως τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας οὐκ ἦν ἀκούσας πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τε καὶ τῇ Ἱερουσαλὴμ, καίτοι πολλῶν ὄντων τῶν ἤδη γεγενημένων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος θαυμάτων, καὶ πρὸ τοῦ βληθῆναι τὸν Ἰωάννην εἰς φυλακὴν, καὶ μετὰ τὸ βληθῆναι αὐτὸν εἰς φυλακήν. Τότε γὰρ ἀπέστειλε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης πρὸς τὸν Ἰησοῦν μαθεῖν, *Εἰ αὐτὸς εἶ ὁ προσδοκώμενος ἐλθεῖν;* καθά φησι Λουκᾶς μὲν ὁ εὐαγγελιστὴς τοῦ (27). . . εὐαγγελιστὴς ἐκεῖνο. A nomine Jesu accepit, cum is discipulos suos ablegavit in vicos et oppida, ad pœnitentiam prædicandam et morbos curandos, sicut ait Marcus evangelista [98*]. Quin et ipse Joannes, ante resuscitatum viduæ filium, non audierat omnia quæcunque Jesus in Galilæa et Hierosolymis fecerat : quamvis jam multa essent a Salvatore edita miracula, ante et post conjectum in custodiam Joannem. Eo enim tempore discipulos suos Joannes ad Jesum misit percontatum : *Tune ille es cujus adventus est in expectatione?* prout dicit evangelista Lucas [99]. Quapropter hoc unus, illud alius refert evangelistarum.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΗ'. Εἰ καθὼς ἡ θεία διδάσκει Γραφὴ, καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, ἁμαρτίαν γεννηθεὶς ὁ Χριστὸς οὐκ ἐποίησε, πῶς πάλιν ἀληθεύει ἡ Γραφὴ μεθ' ὅρκου βοῶσα, ὅτι *Οὐδεὶς γεννηθεὶς ὃς οὐχ ἥμαρτεν, οὐδὲ πεφυκὼς ὃς οὐκ ἠνόμησε;* πᾶν δὲ καὶ βρέφος (28) τὸ σύγχρονον τῷ τόκῳ τέλος δεξάμενον, ἢ βραχὺ μέρος ζωῆς κομισάμενον, ἁμαρτίαν καὶ ἀνομίαν, ἢ τὰ τούτων ἐναντία ποιῆσαι ἠδύνατο; B QUÆST. LXXXVIII. Si, ut divina tradit Scriptura, et nos credimus, Christus, qui genitus est, peccatum non fecit, quomodo e diverso veritatem obtinent litteræ sacræ, jurejurando adjecto vociferantes, *non esse genitum quemquam qui non peccaverit, neque natum qui iniquitatem in se non admiserit?* Quomodo et infans, quia æqualem partui finem accepit, aut brevem vitæ partem adeptus est, peccatum et iniquitatem, aut quæ his contraria sunt, facere potuit?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τὸ, *Οὐδεὶς γεννηθεὶς ὃς οὐχ ἥμαρτεν, οὐδὲ πεφυκὼς ὃς οὐκ ἠνόμησεν*, οὐ δείκνυσι ψευδὲς τὸ περὶ τοῦ Χριστοῦ εἰρημένον, τὸ, *Ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε.* Περὶ γὰρ τοῦ ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς γεννηθέντος εἴρηται ὁ λόγος οὗτος. Ὁ δὲ Χριστὸς ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐγεννήθη Παρθένου. Νοεῖται δὲ ὁ λόγος οὕτως· Οὐδεὶς πεφυκὼς ἁμαρτάνειν, ἢ ἀνομεῖν, ὃς οὐχ ἥμαρτεν, ἢ οὐκ ἠνόμησε. Πέφυκε δὲ ἁμαρτάνειν ὁ κατὰ τὴν αὐθαίρετον προαίρεσιν ἄγων ἑαυτὸν εἰς τὸ πράττειν ἃ βούλεται, εἴτε ἀγαθὰ, εἴτε φαῦλα. Τὸ δὲ βρέφος, ἅτε οὔπω ὂν τῆς τοιαύτης δυνάμεως, δῆλον ὅτι οὐδὲ πέφυκεν ἁμαρτάνειν. Καὶ τό· *Τίς* (29) *γὰρ καθαρὸς* (30) *ἔσται ἀπὸ ῥύπου; Ἀλλ' οὐδεὶς, ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς*, οὐδενὶ τρόπῳ ἁρμό[ζει τῷ βρέφει]· τὸ γὰρ βίος ἀντὶ τῆς πολιτείας ἐ[λέχθη]· τῷ δὲ βρέφει ὥσπερ οὐκ ἔστι πολιτεία, οὐδὲ βίος. C RÉSP. Hæc verba : *Nemo genitus qui non peccaverit, neque natus qui non inique egerit* [1], non falsi arguit id quod de Christo dictus est : *Peccatum non fecit* [2]. Nam de eo, qui ex viro et muliere genitus est, dicta hæc verba. Christus autem ex Spiritu sancto et sancta genitus Virgine. Sic autem intelligitur illud dictum : Nemo habilis ad peccandum aut inique agendum, qui non peccarit aut inique egerit. Habilis autem ad peccandum est, qui pro libero arbitrio dux sibi ipse est ad ea quæ vult facienda, sive bona, sive mala. Infantem autem, utpote nondum vi ejusmodi præditum, neque ad peccandum habilem esse in promptu est. Atque illud : *Quis enim mundus erit a sorde? Nemo certe, etiamsi vel una dies sit vita illius super terram* [3], nullo modo convenit infanti. Vita enim pro vitæ instituto posita est. Infans autem ut vitæ instituto caret, ita et vita.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΠΘ'. Εἰ τὸ σκεῦος, ὅπερ ὁ Πέτρος ἐν τῇ ὀπτασίᾳ τεθέαται, εἶχε τὰ καθαρὰ πετεινὰ (31), . . καθὼς ἡμῖν ἡ Γραφὴ παραδίδωσι . . . *πάντα* φωνὴ περιληπτικὴ ἀμφοτέρων τῶν προλεχθέντων καθὼς ἔστηκεν· εἶτα θῦσαι καὶ φαγεῖν ἐκ τῶν δεί- D QUÆST. LXXXIX. Si vas illud, quod Petrus in visione vidit, munda omnia et immunda continebat, quemadmodum nobis Scriptura tradit : illud enim, *omnia*, vox est, quæ prout posita est, utraque, quæ diximus, complectitur; **476** deinde etiam si oc-

[98*] Marc. III, 15. [99] Luc. VII, 19. [1] III Reg. VIII, 46. [2] Isa. LIII, 5. [3] Job. XIV, 5.

(27) *Εὐαγγελιστὴς τοῦ.* Sic lacunam explet Sylburgius : Λουκᾶς μὲν ὁ εὐαγγελιστὴς τοῦτο, Μάρκος δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐκεῖνο. Sed cum hoc loco non Lucas, sed Marcus cum Matthæo concilietur, legendum potius videtur, καθά φησι Λουκᾶς. Ὁ μὲν οὖν εὐαγγελιστὴς τοῦτο, ἕτερος δὲ ἐκεῖνο. Ita intellexerat Langus.

(28) *Πᾶν δὲ καὶ βρέφος.* Probe vidit Sylburgius legendum esse πῶς δὲ καὶ βρέφος.

(29) *Καὶ τό· τίς.* Ita Reg. editi καὶ τὸ τῆς.

(30) *Τίς γὰρ καθαρός.* Locum mutilum facile explent duo Scripturæ verba, nempe γὰρ καθαρός, quæ in editis deerant. Uncis inclusi quæ ad alias lacunas explendas addidi. Alia lacuna post πολιτεία apposita fuit a librariis; sed cum nihil desit ad sententiæ seriem, non videtur magni facienda hæc librariorum auctoritas, qui lacunas sæpe ubi nihil deest, sæpe ubi perpauca desunt, longas apponunt.

(31) *Τὰ καθαρὰ πετεινά.* Legendum videtur τὰ καθαρὰ πάντα καὶ ἀκάθαρτα. Postea legendum καὶ γὰρ ἡ πάντα.

Digitized by Google

cidere et comedere de his, quæ ostendebantur, idem apostolus sine distinctione jussus recusavit : *Nequaquam, Domine*, inquiens, *nunquam commune aut immundum comedi* [a], quomodo ex ejusmodi verbis non apparet omnia rationis expertia ab eo rejici, ut immunda, eumque qui hortabatur, ut de his ederet, ut de immundo cibo gustare jubentem reprehendi.

RESP. Ex Petri responsione discimus quænam in sindone essent animalia, nimirum sola immunda : neque necessario vox *omnia* complectitur et munda. Possunt enim omnia quadrupedia et volatilia dici ea etiam quæ immunda sunt. Illud autem : *Nequaquam, Domine : nunquam commune aut immundum comedi*, ad aspectum omnium, quæ ei monstrata in sindone fuerant, non de quibusdam respondit. Vas igitur omnia volatilia et quadrupedia complecti dicitur, ut id quod immundum est assumeretur, quasi dictum esset, in quo omnia erant immunda volatilia et omnia quadrupedia. Et quemadmodum cum Scriptura divina dicit : *Omnis viri caput Christus est* [b]; vox, *omnis*, non complectitur fidelem et infidelem virum, sed fidelem tantum ; vir enim fidelis corpus est Christi, et Christus fidelis viri dicitur caput : ita nec vox, *omnia*, complectitur munda et immunda, per quæ præmonstrata est Petro assumptio immundarum gentium, quarum corda per fidem Christi Deus expurgavit.

QUÆST. XC. Si pia ratione permoti patriarchæ et sibi ipsis et liberis suis uxores ex propria cognatione acceperunt, quomodo non præter pium progenitorum propositum Joseph et Moyses fecerunt, hic Ægyptiam, iste Madianitidem uxorem ducendo?

RESP. Si veriti patriarchæ, ne filii a pietate avocarentur, minime eis permiserunt, ut ex gentibus uxores ducerent, Moyses autem et Joseph hoc metu superiores erant : nihil contra patrum propositum fecere Moyses et Joseph gentiles uxores ducendo. Nam illos non modo uxores a pietate non averterunt, sed etiam suas ipsi uxores ad propriam transtulerunt pietatem.

QUÆST. XCI. Si Adam ante delictum nec ratione præditi cujusquam, nec ratione carentis mortem viderat, quomodo quam non viderat, minis intentatam, quasi vidisset, pertimuit mortem? Quomodo ignotam ei Deus, ut notam, minatus est?

RESP. Si ratione præditum dicimus eum, qui

[a] Act. x, 14. [b] I Cor. xi, 3.

A χθέντων ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος, ἀπροσδιορίστως κελευόμενος, παρῃτήσατο, *Μηδαμῶς, Κύριε*, λέγων, *ὅτι οὐδέποτε κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον ἔφαγον* · πῶς διὰ τῶν τοιούτων ῥημάτων οὐ δείκνυται πάντα μὲν ἀπαγορεύων τὰ ἄλογα ὡς ἀκάθαρτα, μεμφόμενος δὲ τῷ τὴν βρῶσιν ἀπὸ τῆς ἐξ αὐτῶν ἐπιτρέψαντι, ὡς ἀκαθάρτου ἐδωδῆς κελεύσαντι (32) ἀπογεύεσθαι;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἀπὸ τῆς τοῦ Πέτρου ἀποκρίσεως μανθάνομεν τίνα ἦν τὰ ἐνόντα ἐν τῇ σινδόνι, τουτέστι τὰ ἀκάθαρτα μόνα · καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἡ τοῦ *πάντα* φωνὴ περιέχει καὶ τὰ καθαρά· δυνατὸν γὰρ πάντα τὰ τετράποδα καὶ τὰ πετεινὰ τῆς γῆς λέγεσθαι καὶ τὰ ἀκάθαρτα. Τὸ δὲ, *Οὐδαμῶς, Κύριε, οὐδέποτε κοινὸν οὔτε ἀκάθαρτον ἔφαγον*, πρὸς B τὴν θέαν πάντων τῶν ἐν τῇ σινδόνι δειχθέντων αὐτῷ ἀπεκρίνατο, καὶ οὐ περὶ τινῶν. Τὸ οὖν σκεῦος ἐν ᾧ ἦν πάντα τὰ πετεινὰ καὶ τὰ τετράποδα (33) . . . κατὰ παράληψιν εἴρηται τοῦ ἀκαθάρτου, ἀντὶ τοῦ (34), ἐν ᾧ ἦν πάντα τὰ ἀκάθαρτα πετεινὰ καὶ πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς. Καὶ ὥσπερ ὅταν λέγῃ ἡ θεία Γραφὴ, *Παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστιν*, ἡ τοῦ *παντὸς* φωνὴ οὐ περιέχει πιστόν τε καὶ ἄπιστον ἄνδρα, ἀλλὰ πιστὸν μόνον · ὁ γὰρ πιστὸς ἀνὴρ ἐστι σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὁ Χριστὸς τοῦ πιστοῦ ἀνδρὸς λέγεται κεφαλή · οὕτως οὐδὲ ἡ τοῦ *πάντα* φωνὴ περιεκτική ἐστι καθαρῶν τε καὶ ἀκαθάρτων, ἀλλὰ τῶν ἀκαθάρτων μόνων, δι' ὧν προεμηνύθη τῷ Πέτρῳ ἡ παράληψις τῶν ἀκαθάρτων ἐθνῶν, ὧν τῇ C πίστει τοῦ Χριστοῦ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε τὰς καρδίας.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ιʹ. Εἰ εὐσεβεῖ λογισμῷ οἱ πατριάρχαι κινούμενοι ἑαυτοῖς καὶ τοῖς παισὶ τὰς γαμετὰς ἐκ τῆς οἰκείας συγγενείας εἰλήφασι, πῶς οὐ παρὰ τὸν εὐσεβῆ τῶν προγόνων σκοπὸν Ἰωσὴφ καὶ Μωϋσῆς διεπράξαντο, ὁ μὲν Αἰγυπτίαν, ὁ δὲ Μαδιανίτιδα γυναῖκα γημάμενος;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ μὲν πατριάρχαι φόβῳ τοῦ μὴ ἐκτραπῆναι τοὺς υἱοὺς αὐτῶν τῆς εὐσεβείας οὐκ ἐπέτρεπον αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐθνικῶν λαβεῖν γαμετὰς, ὁ δὲ Μωϋσῆς καὶ ὁ Ἰωσὴφ τοῦ τοιούτου φόβου ἦσαν ἀνώτεροι· οὐδὲν οὖν κατὰ παράβασιν τοῦ σκοποῦ τῶν πατέρων πεποιηκότες φαίνονται ὅ τε Μωϋσῆς καὶ ὁ Ἰωσὴφ, λαβόντες ἐθνικὰς γαμετάς. Οὐ γὰρ μόνον αὐτοὶ οὐκ ἐξετράπησαν τῆς εὐσεβείας ὑπὸ τῶν ἑαυτῶν γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς D ἑαυτῶν γυναῖκας εἰς τὴν ἑαυτῶν μετέφερον εὐσέβειαν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ιαʹ. Εἰ πρὸ τῆς παραβάσεως ὁ Ἀδὰμ λογικοῦ ἢ ἀλόγου οὐ τεθέαται θάνατον, πῶς ὃν οὐκ εἶδεν, ὡς ἑωρακὼς, ἀπειληθέντα ἐδείλιασε θάνατον; Πῶς δὲ τοῦτον, ἀγνοούμενον αὐτῷ, ὡς ἐγνωσμένον ἠπείλησεν ὁ Θεός;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ λογικὸν ἐκεῖνον καλοῦμεν τὸν

(32) *Κελεύσαντι*. Vel illud verbum expungendum, vel superius ἐπιτρέψαντι. Alterutrum enim superfluit.

(33) *Καὶ τὰ τετράποδα*. Forte nihil hic deest. Nam supra omnia animalia his duobus generibus comprehenderat. Si quid tamen desit, facile expleri potest ex Actibus apostolorum, ubi præter τετράποδα recensentur etiam τὰ θηρία καὶ τὰ ἑρπετά.

(34) *Ἀντὶ τοῦ*. Frustra hic apposita lacuna, cum plenus sit sensus ac minime decurtatus.

Digitized by Google

ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τῶν ὑπὸ τῶν (35), . . σημαινομένων τὰς ἐννοίας, δῆλον ὅτι καὶ ὁ Ἀδάμ, λογικὸς ὤν, εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τοῦ θανάτου τὴν ἔννοιαν. Καὶ καθὼς περ μὴ ἑωρακὼς μὲν ὁ Ἀδὰμ λογικὸν ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ γυμνώσει αἰσχυνόμενον, ὅμως δὲ γυμνωθεὶς ᾐσχύνθη, ἐσχηκὼς ἐν ἑαυτῷ τῆς αἰσχύνης τὸ ὄνομα καὶ τὴν ἔννοιαν, οὕτως εἶχεν ἐν ἑαυτῷ καὶ τοῦ θανάτου τὴν ἔννοιαν, κἂν τὸ πρᾶγμα ἐν ἄλλῳ μήπω ἦν θεασάμενος. Διὸ εὐλόγως ἐδειλίασε τὸν θάνατον, εἰδὼς αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐννοίας αὐτοῦ ἀντικείμενον ὄντα τῆς ζωῆς.

A habet in semetipso rerum verbis significatarum notiones, liquet Adamum, qui ratione præditus erat, habuisse in semetipso mortis notionem. Et quemadmodum Adam etsi neminem ratione præditum viderat, cui sua nuditas pudori esset, ipse tamen nudatus pudore suffusus est, cum haberet in seipso pudoris nomen et notionem : sic etiam habuit **477** in seipso mortis notionem, quamvis rem in alio nondum vidisset. Quare merito extimuit mortem, cum eam vitæ contrariam esse ex ipsius notione sciret.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΒ'. Ἐπειδὴ ἡ Γραφὴ λέγει κρίματα καὶ δικαιώματα, καὶ μαρτύρια καὶ νόμον, ἐντολὰς καὶ προστάγματα, εἰ ταὐτά εἰσιν ἀμφότερα ἀλλήλοις, ἢ ἑκάτερον ἔχει λόγον ἰδιάζοντα, δίδαξον.

QUÆST. XCII. Quandoquidem Scriptura appellat judicia et justificationes, et testimonia et legem, et mandata et præcepta : utrum ambo eadem inter se, an propriam utrumque rationem habeat, B edoce.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Κρίματα μὲν λέγει τοὺς λόγους τοὺς διαστείλαντας τῶν οὐ πρακτέων τὰ πρακτέα, καὶ τιμὴν μὲν τὴν ἐπὶ τῇ ὑπακοῇ, ἀτιμίαν δὲ τὴν ἐπὶ τῇ παρακοῇ ὡρισμένας· δικαιώματα δὲ λέγει τῶν κριμάτων τὴν ὀρθότητα, ἀπονεμητικὴν τῶν κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ. Νόμον δὲ λέγει τὴν ἔγγραφον περίληψιν πάσης τῆς Ἰουδαϊκῆς λατρείας τε καὶ πολιτείας· μαρτυρίαν δὲ καλεῖ τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ὑπὸ τῶν δεξαμένων τὸν (36) . . . δι' εὐλογίας καὶ κατάρας ἀμοιβήν, ἣν . . . . . ὁ Μωϋσῆς διαμαρτυρόμενος ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις, συμβήσεσθαι αὐτοῖς πειθομένοις ἢ ἀπειθοῦσιν. Ἐντολὰς δὲ καὶ προστάγματα λέγει τὸν κατὰ . . . . λόγων ὀνομάζων τοὺς λόγους ἐνταλτικῶς ἢ προστακτικῶς λεχθέντας, κατὰ τὴν ἔμφασιν τῆς θείας αὐθεντίας τοῦ ταῦτα ἐντειλαμένου ἢ προστάξαντος.

RESP. Judicia vocat sermones, qui facienda a fugiendis secernunt, ac præmium obedientiæ constituunt; justificationes dicit judiciorum æquitatem, quæ pro meritis unumquemque remunerat. Legem dicit scriptam omnis Judaici cultus et instituti comprehensionem; testimonium, propositam his, qui legem susceperunt, pro actionum meritis ex benedictione aut ex maledictione mercedem, quam Moyses cœlum et terram contestatus, Judæis ipsi obedientibus aut non obedientibus eventuram dicebat. Præcepta et mandata vocat, eos legis sermones, qui præcipiendo et mandando pronuntiantur, non sine significatione divinæ illius potestatis, qui hæc præ- C cepit et mandavit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΓ'. Εἰ τὰ νῶτα τοῦ οὐρανοῦ πεφόρτωται ὕδασι, καθώς φησιν ἡ Γραφὴ, ὅπερ τινὲς ἔφασαν γεγονέναι διὰ τὴν πυρώδη τῶν φωστήρων οὐσίαν, ὥστε τοῖς ἐπικειμένοις τὸν οὐρανὸν πιαινόμενον (37) ὕδασι, τῇ ὑποκειμένῃ τῶν φωστήρων φλογὶ μένειν ἀχείρωτον, πῶς οἱ ταῦτα λέγοντες ἀληθεύουσι, τῶν φωστήρων οὐκ ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀλλ' ὑπὸ τὸν οὐρανὸν κινουμένων; Εἰ δὲ τούτους ἐν τῷ οὐρανῷ λέγομεν εἶναι, πῶς τὴν κινητικὴν ἐνέργειαν ἔχουσι, τοῦ οὐρανίου σώματος τὸ ἀκίνητον ἔχοντος; Εἰ δὲ σὺν τῷ οὐρανῷ τὰ ἄστρα λαμβάνει τὴν κίνησιν, πῶς οὐκ ἀληθεύει ὁ σφαῖραν τὸν οὐρανὸν προσαγορεύων μῦθος; Εἰ δὲ τοῦτο μὲν ἀπρεπὲς, τὸ δὲ προλεχθὲν περὶ τῶν φωστήρων νοῆσαι ἀκόλουθον, πῶς οὐκ ἄχρηστος τῶν ἄνω ὑδάτων ἡ σύστασις; τίς δὲ καὶ αὐτὴ ἐν τῇ συντελείᾳ γενήσεται, ἄνω μὲν τῶν δικαίων, κάτω δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν τὰς τῶν μελλόντων (38) ἀμοιβὰς τότε μελλόντων κομίζεσθαι;

QUÆST. XCIII. Si terga cœli aquis sunt gravata, sicut ait Scriptura, quod quidem factum esse nonnulli dixerunt, propter igneam luminarium substantiam, ut cœlum injectis sibi irrigatum aquis, a subjecta luminarium flamma permaneret invictum et integrum : quomodo qui ista allegant, vera loquuntur, cum stellæ non in cœlo, sed sub cœlo cursum suum teneant ? Sin illas in cœlo esse dicamus, quomodo vim et actum motionis obtinent, cum cœli corpus immobile sit? Quod si una cum cœlo suum motum perficiunt, quomodo vera non est, quæ cœlum globum nominat fabula? Sin hoc non D quadrat, de stellis autem id, quod dictum est, intelligere consentaneum est : quomodo non inutilis superna illa vis aquarum? Quid vero illa etiam futura est in consummatione, cum justi, in superis, peccatores autem, in inferis, factorum percipient mercedem.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Κἂν ὑπὸ τὸν οὐρανόν εἰσιν οἱ φωστῆρες, ἀλλ' ἡ φορὰ τῆς τῶν πυρωδῶν οὐσίας (39)

RESP. Tametsi luminaria sub cœlo sunt, impetus tamen agitationis, quæ ignéas substantias ciet,

(35) *Ὑπὸ τῶν*. Deest λόγων aut ῥημάτων.

(36) *Δεξαμένων τόν*. Ita Reg. Editi δεξαμένων τήν. Addendum νόμον. Mox leg. ἦν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ὁ Μωϋσῆς διαμαρτυρούμενος. Plus negotii facessit sequens lacuna. Forte legendum τῶν κατὰ νόμον λόγων. Legit Sylburgius, τὸν κατὰ πρόσταξιν λόγον.

(37) *Πιαινόμενον*. Displicet ea vox Sylburgio, qui mallet ἰαινόμενον, id est διαχεόμενον.

(38) *Τῶν μελλόντων*. Legit Sylburgius πραχτέων vel πραχθέντων. Propius ad Scripturam contextus accedemus, si μενόντων legamus. Actiones bonæ et malæ permanent, nosque in alteram vitam migrantes comitantur.

(39) *Οὐσίας*. Idem οὐσιῶν.

Digitized by Google

natura sursum tendit. Rationem ergo probabilem dederunt, qui ad conservationem firmamenti terga cœli aquis gravari dixerunt. Neque hanc solum ob causam aquæ cœli dorso incumbunt, ut a subjecta luminarium flamma servetur, verum etiam ut deorsum, vi aquarum tergo ejus incumbentium deprimatur, et violento ventorum impetu non jactetur : nec non ut summum ab eis deorsum feratur frigus, quod summo solis calori permistum aeris perficit temperiem ad conservationem animalium et plantarum, quæ in terra sunt. In consummatione autem, non in cœlo quod nunc est, et in terra quæ **478** nunc est, homines factorum referent præmia, sed in cœlo novo et in terra nova, secundum id quod dictum est : *Cœlum novum, et terra nova, quam ego facio, manet coram me, in sæcula*[6]. Et iterum : *Principio tu, Domine, terram fundasti; et opera manuum tuarum sunt cœli : et ipsi quidem peribunt, tu autem permanes : et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium convolves eos, et mutabuntur*[7]. Et rursum : *Adhuc semel ego concutio non solum terram, verum etiam cœlum*[8]. Quod autem concuti dicitur, id translationem ejus indicat : ut ea quæ non concutiuntur, permaneant immota.

A ἐνεργείας κατὰ φύσιν ἐπὶ τὰ ἄνω γίνεται, δι' εὔλογον (40) αἰτίαν ἐπιδεδώκασιν (41) οἱ εἰρηκότες πρὸς διαμονὴν τοῦ στερεώματος πεφορτῶσθαι τὰ νῶτα τοῦ οὐρανοῦ τοῖς ὕδασιν. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἐστὶν αἴτιον τοῦ εἶναι τὰ ὕδατα ἐν τοῖς νώτοις τοῦ οὐρανοῦ, τὸ ἀχείρωτον αὐτὸν εἶναι τῇ ὑποκειμένῃ φλογὶ τῶν φωστήρων, ἀλλὰ καὶ τὸ βαρεῖσθαι αὐτὸν ἐπὶ τὸ κάτω ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐν νώτοις αὐτοῦ ὑδάτων, καὶ μὴ δονεῖσθαι ὑπὸ τῆς βιαίας τῶν ἀνέμων φορᾶς, καὶ τὸ τὴν ἄκραν ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τὸ κάτω πέμπεσθαι ψυχρότητα· ἀφ' ἧς μιγείσης τῇ ἄκρᾳ τοῦ ἡλίου θερμότητι, ἀποτελεῖται τῶν ἀέρων ἡ εὐκρασία πρὸς τὴν διαμονὴν τῶν ἐπὶ γῆς ζώων τε καὶ φυτῶν. Ἐν δὲ τῇ συντελείᾳ οὐκ ἐν τῷ νῦν οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ νῦν γῇ κομίζονται τῶν πραχτέων τὰς ἀμοιβὰς οἱ ἄνθρωποι, B ἀλλ' ἐν τῷ καινῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ καινῇ γῇ κατὰ τὸ εἰρημένον, ὥσπερ τό· *Ὁ οὐρανὸς καινός· καὶ ἡ γῆ καινὴ ἣν ἐγὼ ποιῶ, μένει ἐνώπιόν μου εἰς τοὺς αἰῶνας.* Καὶ πάλιν· *Κατ' ἀρχὰς σὺ, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσιν οἱ οὐρανοί· καὶ αὐτοὶ μὲν ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγήσονται.* Καὶ πάλιν· *Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν.* Τὸ δὴ σαλευόμενον δηλοῖ τὴν αὐτοῦ μετάστασιν, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα ἀκίνητα.

QUÆST. XCIV. Si ut librum convolutum iri cœlum[9], et ut folia delapsura esse astra in terram prædicit Dominus[10], et hisce consentanea prænuntiavit propheta : quomodo non universalis firmamenti interitus per verba illa indicatur ? Quæ igitur est verborum hujusmodi sententia ? et quomodo elementorum potest astrui incorruptibilitas ?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΛΔ'. Εἰ ὡς βιβλίον τὸν οὐρανὸν ἑλίσσεσθαι, καὶ τὰ ἄστρα ὡς φύλλα πίπτειν ἐπὶ τῆς γῆς προλέγει μὲν ὁ Κύριος, καὶ ὁ προφήτης δὲ ταύτοις C προκατήγγειλε σύμφωνα· πῶς ἡ παντελὴς τοῦ στερεώματος ἀπώλεια διὰ τῶν ἐκείνων λόγων (42) οὐ δείκνυται ; Τίς οὖν ἡ τῶν τοιούτων ῥημάτων διάνοια, καὶ πῶς τὸ τῶν στοιχείων συνίστασθαι ἄφθαρτον δύναται ;

RESP. Quemadmodum firmamenti creationem sanctæ litteræ per collationem assimilarunt quandoque pellis extensioni, dicentes : *Extendens cœlum sicut pellem*[11]; aliquando fumo firmato : *Cœlum*, inquit, *veluti fumus firmatum*[12]; nonnunquam rotunditati testitudinis cameratæ : *Extendens*, inquit, *cœlum tanquam cameram*[13]; sic et ejus solutionem per comparationem assimilarunt, aliquando libro qui convolvitur, quandoque elemento quod igne solvitur, sicut ait apostolus Petrus in secunda catholica D Epistola[14] : nonnunquam vestimento veterascenti. Nam inductione melioris cœli recens facti, firmamentum tolli necesse est, tanquam id quod ad constitutionem illam nulli sit usui : ut ex ejus interitu tunc saltem jactati de ingenito et incorruptibili cœlo commenti inanitatem intelligant, qui-

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὥσπερ τοῦ στερεώματος τὴν ποίησιν παραβολικῶς ἡ θεία Γραφὴ παρείκασε, ποτὲ μὲν τῇ ἐκτάσει τῆς δέρεως, λέγουσα· *Ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέριν·* ποτὲ δὲ τῷ καπνῷ ἐστερεωμένῳ· *Ὁ οὐρανὸς*, φησὶν, *ὡσεὶ καπνὸς ἐστερεώθη·* ποτὲ δὲ τῷ περιφερεῖ τῆς καμάρας· *Ὁ τανύσας*, φησὶ, *τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν·* οὕτως καὶ τὴν ἀνάλυσιν αὐτοῦ παραβολικῶς παρείκασε, ποτὲ μὲν βιβλίῳ ἑλισσομένῳ, ποτὲ δὲ στοιχείῳ λυομένῳ πυρὶ, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος Πέτρος ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ καθολικῇ ἐπιστολῇ· ποτὲ δὲ ἱματίῳ παλαιουμένῳ. Ἀνάγκη γὰρ τῇ εἰσαγωγῇ τοῦ κρείττονος οὐρανοῦ τοῦ καινῶς γινομένου ἀναιρεῖσθαι τὸ στερέωμα, ὡς ἄχρηστον ὂν πρὸς ἐκείνην τὴν κατάστασιν, ἵνα τῇ αὐτοῦ ἀπωλείᾳ, κἂν τότε τὸ μάταιον τοῦ περὶ τῆς ἀγεννησίας καὶ ἀφθαρσίας τοῦ οὐρα-

[6] Isa. LXV, 17. [7] Psal. CI, 26. [8] Agg. II, 7. [9] Apoc. VI, 14. [10] Marc. XIII, 25. [11] Psal. CIII, 2. [12] Isa. LI, 6. [13] Isa. XL, 22: Job IX, 8. [14] II Petr. III. 10.

(40) *Δι' εὔλογον.* Sylburgius διὰ εὔλογον.

(41) *Ἐπιδεδώκασι.* Idem observat legendum potius ἀποδεδώκασι.

(42) *Διὰ τῶν ἐκείνων τῶν λόγων.* Usitatius δι' ἐκείνων τῶν λόγων. SYLBURGIUS.

Digitized by Google

νοῦ (43) φε . ". . . . . ὅσοι ἀγέννητόν τε καὶ ἄϊδιον . . . . . φρονα τοῦτον εἰρηκότες.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ιε'. Εἰ διὰ τὴν ἡμετέραν χρείαν καὶ ὠφέλειαν ἡ παραγωγὴ τῆς κτίσεως γέγονε, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν ὁμοίως χρείαν τὰ μὲν φθείρεται, τὰ δὲ ἀφθαρσίαν ἐν τῇ συντελείᾳ ἐνδύσονται· οἷον κτήνη μὲν καὶ πετεινὰ καὶ θηρία φθείρεται, οὐρανὸς δὲ καὶ ἡ γῆ φθορᾶς ἀπαλλάττεται· καὶ τὰ μὲν φθείρεται ὡς ἀνενδεοῦς ἡμῶν ἀνισταμένου τοῦ σώματος· ἐν ἀφθαρσίᾳ δὲ τὰ δηλωθέντα διαμενεῖ στοιχεῖα, τῶν πραχθέντων ἡμῖν μελλόντων ἡμῶν ἐν αὐτοῖς κομίζεσθαι τὴν ἀντίδοσιν· ἀὴρ καὶ θάλαττα, πῶς οὐκ ἄχρηστα, εἰ τότε μένει ἄφθαρτα, οὔτε εἰς ἀναπνοὰς, οὔτε εἰς ἐμπορίας, οὔτε ἰχθυοφαγίας, ἢ ἑτέρας τινὸς βοηθείας ἐξ αὐτῶν χρῃζόντων ἡμῶν διὰ τὸ ἀνενδεὲς, καθὼς ἔφην, τοῦ σώματος;

A cunque ingenitum illud et æternum stulte dixerunt.

QUÆST. XCV. Si propter usum et utilitatem nostram, creaturæ introductio facta est, et propter usum itidem nostrum quædam interibunt, et quædam in consummatione incorruptibilitatem induent, veluti pecudes quidem et volucres et feræ occident, cœlum vero et terra corruptibilitate liberabuntur; atque illa quidem disperibunt, propterea quod corpora nostra citra indigentiam omnem resurgent; in incorruptibilitate autem prædicta elementa permanebunt, eo quod in eis remunerationem factorum reportaturi sumus: quomodo aer et mare inutilia non erunt, si tum manebunt incorruptibilia: cum neque ad respirationes, neque ad mercimonia expedienda, neque ad capturam et esum

B piscium, aut ad aliquam rem aliam opus eis habituri simus, quia, ut dixi, corpus erit extra indigentiam.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ κατὰ τὸν ἀπόστολον Παῦλον παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου ὁ Θεὸς, δῆλον ὅτι ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοῦ σχήματος ἕνεκεν τοῦ κόσμου γεγονότα, συμπαραχθήσεται τῷ τοῦ κόσμου σχήματι· εἰσαχθήσεται δὲ καινὸς οὐρανὸς καὶ γῆ, ἐν οἷς μέλλουσι δίδοσθαι δικαίοις τε καὶ ἀδίκοις τῶν πρακτέων αἱ ἀμοιβαί. Τῷ δὲ ἀέρι εἰ καὶ πρὸς ἀναπνοὴν τότε οὐ χρῄζομεν, ἀλλὰ πρὸς τὴν κίνησίν τε καὶ τοπικὴν μετάστασιν ἀναγκαίως αὐτῷ χρησόμεθα. Ἁρπαγησόμεθα γὰρ, φησὶν, ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα.

RESP. Si, juxta apostolum Paulum, figuræ hujus mundi finem imponet Deus [15], liquet alia etiam omnia, quæ propter mundi figuram facta sunt, necessario cum mundi figura præteritura. Inducetur autem novum cœlum et terra, in quibus justis et injustis meritorum præmia tribuentur. **479** Aere porro etsi tunc ad respirationem non indigebimus, ad motum tamen et loci mutationem, necessario utemur. *Rapiemur namque*, inquit, *in nubibus in occursum Domini in aera* [16].

C

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ις'. Εἰ μὴ (44) κατὰ γνώμην καλοῖς παρὰ Θεοῦ ὁ ἔπαινος.... ται, οἱ παρὰ Ἡρώδου τὴν διὰ. . λαβόντες ἀναίρεσιν, καὶ τὰ ἐπὶ τοῦ... ηνίκα ἐπὶ τοῦ κτήνους καθήμενος. . κατελάμβανε τὸν ὕμνον φθεγξά... ον ἔχουσι δικαίως χρεωστούμενον ἔ... κἀκεῖνοι τὴν σφαγὴν ἣν παρὰ γνώμην ἐδέξαντο· καὶ ταῦτα οὐ γνώμῃ οἰκείᾳ, ἀλλὰ χάριτι θείᾳ ἐν Ἱερουσαλὴμ τὸν ὕμνον ἐκεῖνον ἐφθέγξαντο.

QUÆST. XCVI. Si iis, qui non ex animi sententia boni sunt, laus a Deo non debetur; infantes, qui ab Herode propter Dominum occisi sunt, et pueri, qui Salvatoris tempore, cum jumento insidens urbem ingrederetur, hymnum decantarunt, quamnam habent merito debitam laudem, si quidem hi præter animi sententiam occisi, isti non propria voluntate, sed divina gratia hymnum decantarunt?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ χάρισμα Θεοῦ ἐστι τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ πάσχειν (ἡμῖν, φησὶν, ἐχαρίσθη οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν), ἔπασχον δὲ καὶ τὰ βρέφη ὑπὲρ Χριστοῦ· θείας ἄρα ἠξιώθησαν χάριτος. Τίς οὖν οὐκ ἐπαινέσειε ταῦτα δικαίως τῇ δόσει τῆς θείας χάριτος ἐπαινεθέντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τοῦ καὶ τοῖς παρὰ γνώμην καλοῖς τὸν ἔπαινον δαψιλευομένου; Ἔτι δὲ εἰ, πρὸς τὸν ἔπαινον τῶν διὰ τὴν εὐσέβειαν θλιβομένων, ἀνταποδίδωσιν ὁ Θεὸς θλῖψιν τοῖς θλίψασιν, ἀνάγκη ἄρα καὶ τὰ βρέφη τὰ ἀναιρούμενα ὑπὸ Ἡρώδου, ἐπαινεῖσθαι τούτῳ τῷ ἐπαίνῳ τῷ διὰ τὴν ἐκδίκησιν τῶν θλίψεων. Δίκαιον,

RESP. Si donum Dei est pro Christo pati (*Nobis*, inquit, *donatum est non solum in Deum credere, sed etiam pro eo pati* [17]), passi autem etiam infantes pro Christo, divina profecto dignati fuerunt gratia. Quis igitur illos non merito laudaverit, divinæ gratiæ largitione laudatos a Deo, qui his etiam, qui

D sine libera electione boni sunt, laudem largiter tribuit? Deinde vero, si ad laudem eorum, qui propter pietatem tribulantur, rependit Deus tribulationem his, qui eos tribularunt, necesse est ut et occisi ab Herode pueri laudentur hac laude, quæ per ultionem tribulationum tribuitur. *Justum est*,

[15] I Cor. VII, 31. [16] I Thess. IV, 17. [17] Philip. I, 29.

(43) *Τοῦ οὐρανοῦ*. Explebitur lacuna si legamus post hæc verba, φερομένου δόγματος νοῶσιν ὅσοι ἀγέννητόν τε καὶ ἄϊδιον τοῦτον ἀφρόνως εἰρηκότες. Legit Sylburgius φερομένου κατ' Ἀριστοτέλην δόγματος ἀποδειχθῇ καὶ ἐξελεγχθῶσιν ὅσοι ἀγέννητόν τε καὶ ἄϊδιον εἶσι τὸν οὐρανὸν κατὰ τὸν ἄφρονα τοῦτον εἰρηκότες.

(44) *Εἰ μή*. Sic totus videtur locus posse sanari: Εἰ τοῖς μὴ κατὰ γνώμην καλοῖς παρὰ Θεοῦ ὁ ἔπαινος οὐ δέδοται, οἱ παῖδες οἱ παρὰ Ἡρώδου τὴν διὰ ξίφους (vel διὰ τὸν Κύριον) λαβόντες ἀναίρεσιν, καὶ ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡνίκα ἐπὶ τοῦ κτήνους καθήμενος τὴν πόλιν κατελάμβανε, τὸν ὕμνον φθεγξάμενα βρέφη, τίνα ἔχουσι δικαίως χρεωστούμενον ἔπαινον, εἰ, vel ἐπεί. Mox delendum videtur ἦν.

Digitized by Google

inquit apostolus Paulus, *apud Deum, retribuere tribulationem his qui vos tribulant, et vobis qui tribulamini, requiem nobiscum in regno ejus* [18].

QUÆST. XCVII. Si gratia propterea dicitur gratia, quod ad concedendam peccantibus veniam promptior lege et paratior est, quomodo quæ gratiam decent, ea magis in lege reperiuntur. Hæc enim lustrationibus quibusdam et sacrificiis animalium rationis expertium et variis baptismis peccantes quotidie absolvit vituperio; gratia autem unum tantum concedit baptisma. Quod si semel tantum peccaremus, semel tantum peccati remissione indigeremus; sed cum sæpe peccemus, liquet nos etiam sæpe venia indigere : quod quidem non gratia, sed lex his lustrationibus et aliis rebus, quas diximus, præstare novit. Quomodo ergo gratia lege in peccantes benignior ostendetur, si res ita se habeant, ut dictum est?

RESP. Lex per baptismata et sacrificia ejusmodi peccatorum remissionem concedit, quæ hominum vitæ institutum aut vitam nihil lædunt; quale est mortuum tangere aut leprosum aut aliquem ejusmodi. Cæteris autem peccatis, quæ hominum vitæ institutum aut vitam lædunt, veniam non concedit, neque per baptisma, neque per animalium rationis expertium sacrificia, sed justam et dignam his qui deliquerunt, pari repercussione pœnam rependit. *Animam*, inquit, *pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente* [19]. Ubi autem par rependere decorum non esset, ibi vel igne, vel lapidibus, vel gladio mortem his, qui lapsi sunt, infligit. Nam filiam sacerdotis, quæ fornicata est, igne consumit [20]; hominis laici, lapidibus; gladio eam quæ sub viro **480** est [21]. Nec usquam legis tanta vis est, ut ex benignitate per baptismata et sacrificia horum aliquem servet. At gratia plurimum valet in iis, qui peccaverunt, servandis. Hæc enim etiam vigente lege, nisi regem Davidem in duo mortifera peccata lapsum suscepisset, aperiens ei pœnitentiæ januam; is nequaquam in lege servatricem peccatorum humanitatem reperisset. Hæc constituit in mundo probum peccatorum medicum, pœnitentiam, quæ potest etiam septuagies septies lapsos sanare, si tantum voluerint uti pœnitentiæ proposito.

QUÆST. XCVIII. Si timorem Dominus non necessarium esse asserit, per id quod dicit : *Qui timet, non est perfectus in charitate* [22]: quomodo rursus

φησὶν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, *παρὰ τῷ Θεῷ ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίψασιν ὑμᾶς* (45) *θλίψιν· ὑμῖν δὲ τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΖ'. Εἰ ἡ χάρις διὰ τοῦτο κέκληται χάρις, διὰ τὸ τοῖς παροῦσι (46) τοῦ νόμου συγχωρεῖν ἑτοιμότερον, πῶς τὰ τῇ χάριτι πρέποντα ἐν τῷ νόμῳ μᾶλλον εὑρίσκεται; Ὁ μὲν γὰρ ῥαντισμοῖς τισι καὶ θυσίαις ἀλόγων καὶ διαφοραῖς βαπτισμάτων τοὺς πταίοντας καθ' ἑκάστην ἀπολύει τῆς μέμψεως· ἡ δὲ χάρις ἓν μόνον χαρίζεται βάπτισμα. Ἅπαξ δὲ μόνον εἰ μὲν ὑπεπίπτομεν πταίσμασιν, ἅπαξ μόνον καὶ τῆς ἀφέσεως ἐδεόμεθα. Πολλάκις δὲ ἁμαρτάνοντες, δῆλον ὅτι καὶ πολλάκις τῆς ἀφέσεως χρῄζομεν· ὅπερ οὐχ ἡ χάρις, ἀλλ' ὁ νόμος διὰ τῶν προλεχθέντων ῥαντισμῶν καὶ τῶν λοιπῶν παρέχειν ἐπίσταται. Πῶς οὖν δειχθήσεται τοῦ νόμου ἡ χάρις φιλανθρωποτέρα περὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ εἴρηται ἐχόντων τῶν πραγμάτων;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τῶν τοιούτων πταισμάτων ὁ νόμος διὰ τοῦ βαπτίσματος καὶ θυσίας δίδωσι τὴν ἄφεσιν τῶν μηδὲν συντελούντων εἰς βλάβην πολιτείας καὶ ζωῆς ἀνθρώπων· οἷον ὡς τὸ ἅψασθαι νεκροῦ, ἢ λεπροῦ, ἢ τινος τῶν τοιούτων· τῶν δὲ ἄλλων πταισμάτων γεγενημένων εἰς βλάβην πολιτείας ἢ ζωῆς ἀνθρώπων, τῶν τοιούτων πταισμάτων οὐ δίδωσι συγχώρησιν, οὔτε διὰ τοῦ βαπτίσματος οὔτε διὰ τῆς τῶν ἀλόγων θυσίας, ἀλλὰ δικαίαν τε καὶ ἀξίαν ἀμοιβὴν δίδωσι τοῖς πταίσασι διὰ τοῦ ἴσου τῆς ἀντιπλήξεως. *Ψυχὴν*, φησὶν, *ἀντὶ ψυχῆς, ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος.* Ὅπου δὲ τὸ ἴσον τῆς ἀντιδόσεώς ἐστιν ἀπρεπὲς, ἐκεῖ τὸν διὰ πυρὸς, ἢ λίθου, ἢ ξίφους θάνατον ἀνταποδίδωσι τοῖς πταίσασι. Τὴν μὲν γὰρ θυγατέρα τοῦ ἱερέως πορνεύουσαν διὰ πυρὸς ἀναλίσκει, τὴν δὲ τοῦ λαϊκοῦ ἀνδρὸς διὰ λίθου, τὴν δὲ ὕπανδρον διὰ ξίφους. Καὶ οὐδαμοῦ ἰσχὺς τῷ νόμῳ ἐκ φιλανθρωπίας διὰ βαπτισμῶν τε καὶ θυσιῶν σῶσαι τῶν τοιούτων τινά. Τῆς δὲ χάριτος πολλή τίς ἐστι πρὸς τὴν τῶν ἁμαρτανόντων (47) ἡ ἰσχύς. Αὕτη γὰρ καὶ τοῦ νόμου κρατοῦντος, εἰ μὴ κατέλαβε τὸν βασιλέα Δαβὶδ, διπλοῖς θανατηφόροις περιπεπτωκότα ἁμαρτήμασιν, ἀνοίξασα αὐτῷ τῆς μετανοίας τὴν θύραν, οὐκ ἂν εὗρε παρὰ τῷ νόμῳ σωστικὴν ἁμαρτωλῶν φιλανθρωπίαν. Αὕτη ἔταξεν ἐν τῷ κόσμῳ τῶν ἁμαρτωλῶν ἰατρὸν δόκιμον, τὴν μετάνοιαν, τὴν δυναμένην καὶ τοὺς ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ πταίοντας ἰᾶσθαι, μόνον εἰ βουληθεῖεν χρήσασθαι τῷ τῆς μετανοίας βουλήματι.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΗ'. Εἰ τὸν φόβον ὁ Κύριος οὐκ ἀναγκαῖον δι' ὧν λέγει παρίστησι· φησὶ γὰρ, *Ὁ φοβούμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ·* πῶς πάλιν ὁ

[18] II Thess. I, 6. [19] Exod, XXI, 34; Matth. V, 38. [20] Levit. XX. [21] Deut. XXII. [22] Joan IV, 18.

(45) *Ὑμᾶς*. Sylburgius posuit ὑμᾶς et mox ὑμῖν pro eo quod R. Stephani codicem ms. secutus scripserat ἡμᾶς et ἡμῖν.

(46) *Τοῖς παροῦσι*. In edit. Paris. anni 1636, legitur τοῖς παρανομοῦσι. Legendum videtur τοῖς πταίουσι.

(47) *Πρὸς τὴν τῶν ἁμαρτανόντων*. Supple σωτηρίαν, quod forte omissum ob præcedens verbum σῶσαι. Infra malim βουλεύματι.

Digitized by Google

αὐτὸς διδάσκει τοὺς μαθητὰς, *Φοβεῖσθε*, λέγων, *τὸν τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἐν γεέννῃ ἀπολέσαι δυράμενον;*

discipulos docet : *Metuite illum qui potest et animam et corpus perdere in gehenna*[23]?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Οὐκ εἴρηται μὲν τῷ Κυρίῳ τὸ, *Ὁ φοβούμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ·* εἰ καὶ ὁ εἰρηκὼς τοῦτο κατὰ Κύριον εἴρηκε· τὸ δὲ, *Φοβεῖσθε μᾶλλον τὸν δυράμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ*, οὐκ εἴρηται πρὸς ἀναίρεσιν τῆς τελείας ἀγάπης. Ὁ γὰρ τῷ μείζονι φόβῳ τοῦ Θεοῦ τὸν ἐλάττονα ἐκλύων τῶν ἀνθρώπων φόβον, τῇ ἀγάπῃ τοῦ Θεοῦ τοῦτο ποιεῖ· ὥστε εἶναι τὸν μείζονα φόβον τοῦ Θεοῦ, ἕνεκεν τοῦ μὴ ἐκπεσεῖν τῶν ἠγαπημένων. Ὅσον γὰρ τίμιόν ἐστι τὸ πιστευόμενον, τοσοῦτον ἀγαπᾶται· καὶ ὅσον ἀγαπᾶται, τοσοῦτον ὁ ἀγαπῶν τὴν ἔκπτωσιν αὐτοῦ φοβεῖται, ἕως ἂν ᾖ ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπωμένου ἀγῶνι. Λυθέντος δὲ τοῦ ἀγῶνος, σὺν ἐκείνῳ λύεται καὶ ὁ φόβος τῆς τῶν ἀγαπωμένων ἐκπτώσεως. Ὥστε ἕως τότε ἀναγκαῖός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος· οὐδὲ γὰρ ὡς τὸ μισεῖν ἀναιρετικόν ἐστι τῆς ἀγάπης (ἀδύνατον γὰρ τὸ τὸν αὐτὸν καὶ ἀγαπᾷν καὶ μισεῖν), οὕτως καὶ τὸ φοβεῖσθαι· ἐνδέχεται γὰρ τὸν αὐτὸν καὶ ἀγαπᾷν καὶ φοβεῖσθαι.

RESP. Non a Domino dictum est illud : *Qui timet, non est perfectus in charitate;* et si is qui dixit, de sententia Domini dixit. Hoc autem : *Metuite potius illum qui potest et animam et corpus perdere in gehenna*, non ad tollendam charitatem perfectam est dictum. Nam qui majore Dei timore, minorem hominum timorem abolet, charitate Dei id facit; ita ut major Dei timor sit, quia timemus ne rebus charissimis excidamus. Quo enim pretiosius est id quod credimus, eo magis amatur, et quo magis amatur, eo magis timet is qui amat, ne illo excidat, quandiu illi pro eo, quod amat, decertandum est. At certamine soluto, simul solvitur et timor, ne eo, quod amamus, excidamus. Quocirca ad id usque tempus timor Dei necessarius est; non enim sicut odium abolet charitatem (fieri enim non potest, ut eumdem et amemus et oderimus), sic etiam et timor. Possumus enim eumdem amare et metuere.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ιθ'. Εἰ τὰς τῶν ἀλόγων θυσίας ὁ Θεὸς ἐν τῷ νόμῳ προσέταξε γίνεσθαι, ὥστε ταύταις τὴν περὶ αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους τιμὴν ἐπιδείκνυσθαι, πῶς διὰ τὸ θύειν ἀνθρώπους Ἕλληνες δείκνυνται αὐτῶν ἀσεβέστεροι; ὅπερ φάσκουσιν ὑπὸ τῶν παλαιῶν γεγονέναι χάριν τοῦ πλείονος τιμῆς τοῦ παρ' αὐτοῖς (48) νομιζομένου θεοῦ μείζονος ἀξιοῦσθαι, τιμώντων αὐτὸν τῇ τῶν λογικῶν θυσίᾳ. Ὅσῳ γὰρ τοῦ ἀλόγου τὸ λογικὸν τιμιώτερον, τοσούτῳ καὶ ἡ τούτου θυσία σεμνοτέρα ἐκείνης. Καὶ τοῦτο δείκνυται ἐκ τῶν κατὰ τὸν Ἰεφθάε σαφέστερον· ὃς τὴν ἰδίαν θυγατέρα προσκομίσας θυσίαν, ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν εὐσεβῶν μνημονεύεται.

QUÆST. XCIX. Si animalium rationis expertium sacrificia Deus in lege fieri præcepit, ut his homines suum illum colendi studium significarent : quomodo Græci ob immolatos homines maximæ arguuntur impietatis : quod quidem antiquos fecisse dicunt, ut plus honoris ornato apud eos Deo haberent, dum illum ratione utentium sacrificio colunt. Quanto enim id quod ratione præditum est rationis experte præstat, tanto hujus victima pretiosior, quam illius. Atque id clarius demonstratur ex his, quæ Jephtæ evenerunt, qui cum propriam filiam obtulerit victimam, in Epistola ad Hebræos ab Apostolo[24] inter pios recensetur.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. . . . σκοπεῖν (49) τὴν κατὰ τὸν νόμον Θεῷ προσφερομένην θυσίαν, ὅτι τῶν ἀλόγων ἐστὶν αἵματα, ἀλλὰ τὸ πῶς προσεδέξατο ταύτην ὁ Θεὸς προσαγομένην αὐτῷ. Εἰ μὲν γὰρ τὸ αἷμα τῶν ἀλόγων ζώων τὸ προσφερόμενον οὕτως προσεδέξατο. . . . τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν (50) προσήνεγκεν ὁ τοῦτο. . . . δῆλον ὅτι ἡ μὲν θυσία τὴν πρώ. . . . ἀπὸ τῆς εὐδοκίας τοῦ ταύτην οὕτως προσδεξαμένου, καὶ ὁ Θεὸς τὴν πρώτην τιμήν. Ὅτι δὲ ὡς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὕτως προσέφερε τῷ Θεῷ ὁ τὸ αἷμα τῶν ἀλόγων προσενέγκας, μαρτυρεῖ ἡ θεία Γραφὴ λέγουσα· *Ἀντὶ τῆς ψυχῆς*, φησὶ, *τῶν προσφερόντων, τὸ αἷμα τῶν θυσιῶν αὐτῶν προσφέρεται εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων*. Μὴ οὖν ἀπὸ τῆς φύσεως τοῦ προσαγομένου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διαθέσεως τοῦ προσδεχομένου κριτέον τῆς θυσίας τὴν τάξιν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν τιμὴν τοῦ διὰ τὸ φείδεσθαι τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, μὴ βουληθέντος ἀναλῶσαι τοὺς ἀνθρώπους εἰς θυσίαν καθ' ἡμέραν προσαγομένους, καὶ ἀφανίσαι τὸ γένος,

RESP. In oblata Deo secundum legem victima non illud considerandum est, sanguinem esse animalium rationis expertium, sed quomodo eam sibi oblatam Deus susceperit. Nam si oblatum sanguinem animalium rationis expertium ita suscepit, quasi is qui offerebat, suam ipsius animam offerret, liquet et victimæ ex suscipientis voluntate præcipuum pretium accessisse et Deo præcipuum honorem. **481** Quod autem is, qui sanguinem animalium rationis expertium Deo offerebat, illum ut suam ipsius animam offerebat, id testatur Scriptura, dum ait : *Pro anima eorum, qui offerunt, sanguis illarum victimarum offertur in Sancta sanctorum*[25]. Non igitur ex rei oblatæ natura, sed ex suscipientis consilio et victimæ dignitas et Dei honor dijudicandus, qui quia hominum generi parcebat, homines quotidie in sacrificium oblatos consumere, et genus abolere noluit, sed hominibus quidem ut crescerent et permanerent, eorum au-

[23] Matth. x, 28. [24] Hebr. xi, 32. [25] Lev. xvii, 11.

(48) *Τοῦ παρ' αὐτοῖς*. Leg. τὸν νομιζόμενον Θεάν, et dele μείζονος.

(49) *Σκοπεῖν*. Leg. οὐ δεῖ σκοπεῖν.

(50) *Τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν*. Leg. ὡς εἰ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν προσήνεγκεν ὁ τοῦτο προσφέρων· δῆλον ὅτι ἡ μὲν θυσία τὴν πρώτην τάξιν ἔλαβεν.

Digitized by Google

tem victimis, ut maximum pretium obtinerent, concessit. Culti autem apud Græcos dii, utpote dæmones improbi hominibus infensi, victimis gaudebant, quæ genus humanum minuere et abolere poterant : quod quidem maximum argumentum est et efferatæ deorum, qui apud Græcos colebantur, inhumanitatis et Græcorum impietatis, qui generis humani abolitione prolixius, ut dictitant, vel potius turpissime deos suos colere instituebant. Cur autem Jephte inter pios numeratus sit, id causæ exstitit : Petierat Jephte victoriam ex inimicis; qua impetrata, votum grati animi causa indefinite vovit, nimirum quod sibi e domo sua prodiens ex bello cum victoriæ insignibus revertenti obviam venisset, id se victimam oblaturum. Arripiens autem diabolus indefinitum illud votum, inde machinatur Jephtæ laqueum, ut eum transgressione irretiat. Adigit filiam ejus, quæ unica erat, obviam patri cum cithara domo prodire, ut filiæ parcens Jephte votum violare cogatur. Sed tamen, laqueo posito, diabolus venatu non est potitus, quia potiorem habuit Jephte solutionem voti, quam vitam filiæ. Permisit autem Deus, ut hæc in victimæ loco offerretur, non quod sanguinis humani effusione delectaretur, sed ut venturos deinceps homines doceret nunquam Deo indefinite vovere. Multa enim absurda in indefinito ejusmodi voto occurrentia religionem incutient; quæ quidem ut averteret Deus, permisit ut victima fieret Jephtæ filia; quod primo propositum non fuit, nec Deo, nec Jephtæ, sed quodammodo indefinito voto supervenit. Quia igitur Jephte pietatis in Deum, filiæ immolatione, servantissimum se præstitit, propterea illius facta mentio in justis recensendis.

ἀλλὰ δεδωκότος τοῖς μὲν ἀνθρώποις αὐξάνεσθαί τε καὶ τὸ διαμένειν, ταῖς δὲ θυσίαις αὐτῶν τὴν μεγίστην τάξιν. Οἱ δὲ παρ' Ἕλλησι θρησκευόμενοι θεοί, ἅτε δαίμονες ὄντες πονηροί τε καὶ μισάνθρωποι, θυσίαις ἔχαιρον μειωτικαῖς τε καὶ ἀφανιστικαῖς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων· ὅπερ ἐστὶ δεῖγμα μέγιστον τῆς μὲν τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν θηριώδους ἀπανθρωπίας, τῆς δὲ τῶν Ἑλλήνων ἀθεότητος, τῷ ἀφανισμῷ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, μειζόνως, ὥς φασι, μᾶλλον δὲ αἰσχίστως πειρωμένων τιμᾶν τοὺς ἑαυτῶν θεούς. Αἰτία δὲ δι' ἣν ὁ Ἰεφθάε ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν εὐσεβῶν ἠριθμήθη, ἔστιν αὕτη· Ἠτήσατο ὁ Ἰεφθάε νίκην κατὰ τῶν ἐχθρῶν· ὑπὲρ δὲ ταύτης τῆς νίκης εὐχαριστικὴν εὐχὴν ἀορίστως ηὔξατο, τὸ προσαγαγεῖν εἰς θυσίαν τὸ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἐξερχόμενον εἰς ἀπάντησιν αὐτῷ, ἐκ τοῦ πολέμου τροπαιούχῳ ἐπανερχομένῳ. Δεξάμενος δὲ ὁ διάβολος τὸ ἀόριστον τῆς εὐχῆς, ἐμηχανᾶτο ἐξ αὐτοῦ θεῖναι τῷ Ἰεφθάε παγίδα παραβάσεως, καὶ κινεῖ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, μονογενῆ οὖσαν, μετὰ κιθάρας ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ οἴκου εἰς συνάντησιν αὐτῷ, ἵνα, φεισαμένου τοῦ Ἰεφθάε τῆς θυγατρὸς, ἀναγκασθῇ ποιήσασθαι τῆς εὐχῆς τὴν ἀθέτησιν. Ἀλλ' ὅμως παγίδα θεὶς ὁ διάβολος, τοῦ θηράματος οὐκ ἔτυχε, προτιμοτέραν ἡγησαμένου τοῦ Ἰεφθάε τῆς ζωῆς τῆς θυγατρὸς τὴν ἀπόδοσιν τῆς εὐχῆς. Συνεχώρησε δὲ ὁ Θεὸς προσενεχθῆναι αὐτὴν εἰς θυσίαν, οὐχ ὡς ἀνθρωπίνου αἵματος [ἐχχύσει (51)] τερπόμενος, ἀλλὰ πρὸς διδασκαλίαν τῶν ἐξῆς ἀνθρώπων, τοῦ μηδέποτε ἀορίστως εὔξασθαι τῷ Θεῷ. Πολλὰ γάρ ἐστιν ἄτοπα κατὰ τὴν οὕτως ἀόριστον εὐχὴν εὐλαβησόμενα· ὧν τοῦ μὴ γενέσθαι ὁ Θεὸς προνοησάμενος, συνεχώρησε θυσίαν γενέσθαι τοῦ Ἰεφθάε τὴν θυγατέρα· ὅπερ οὐκ ἦν τῆς προαιρέσεως προηγουμένως οὔτε τοῦ Θεοῦ οὔτε τοῦ Ἰεφθάε, ἀλλὰ συμβεβηκός πως τῷ ἀορίστῳ τῆς εὐχῆς. Ἐπειδὴ οὖν ὁ Ἰεφθάε τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν φυλάττων διὰ τῆς θυσίας τῆς θυγατρὸς ἀνεδείχθη, διὰ τοῦτο αὐτοῦ γέγονεν ἡ μνήμη ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν δικαίων.

QUÆST. C. Si ut constaret verum esse cultum, qui ab orthodoxis exhibetur, miraculorum gratiam eorum Ecclesiis ab initio Dominus concessit; cur postquam has Ecclesias, occupato ab hæreticis cultu, orthodoxi reliquerunt, non simul cum orthodoxis etiam divina ab Ecclesiis dona abscesserunt, sed erroris **482** cultus in Ecclesias invasit, quæ vero a Deo ad incrementum rectæ fidei concessa fuerant, ea etiam sub hæreticis eamdem in Ecclesiis efficaciam habuerunt?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ρ'. Εἰ πρὸς σύστασιν τοῦ ἀληθῆ εἶναι τὴν παρὰ τῶν ὀρθοδόξων γενομένην λατρείαν τὴν τῶν θαυμάτων χάριν ἐν ταῖς αὐτῶν Ἐκκλησίαις κατ' ἀρχὰς ὁ Δεσπότης δεδώρηται, διὰ τί, ἡνίκα αἱρετικοὶ ἐν αὐταῖς λατρεύσαντες, ἀπ' αὐτῶν τῶν ὀρθοδόξων (52) ἀπέστησαν, οὐ συναπέστη τοῖς ὀρθοδόξοις (53) ἀπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν καὶ τὰ θεῖα χαρίσματα, ἀλλ' ἡ μὲν τῆς πλάνης λατρεία ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπεισέφρησε, τὰ δὲ πρὸς τὴν αὔξησιν τῆς ὀρθοδοξίας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δωρηθέντα καὶ ἐπὶ τῶν αἱρετικῶν τὴν αὐτὴν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις εἶχεν ἐνέργειαν;

(51) *Ἐχχύσει.* Hanc vocem addidit Sylburgius ut sanaret locum corruptum.

(52) *Τῶν ὀρθοδόξων.* Legendum esse ὀρθόδοξοι patet ex sequentibus verbis et ex tota sententiæ serie.

(53) *Οὐ συναπέστη τοῖς ὀρθοδόξοις.* Manifesta est hujus scriptoris sententia, nempe orthodoxos ab ecclesiis, in quibus ministrabant hæretici, abscessisse, nec tamen fieri desiisse miracula in iisdem ecclesiis, quod quidem Pseudo-Justinus in Responsione, non eorum, quos hæreticos vocat, aut viventium aut mortuorum precibus fieri, sed apostolis, prophetis et martyribus tribuendum esse contendit. In quo quidem duo nobis observanda sunt. 1°. Orthodoxos vocat Pelagianos, hæreticos vero eos, qui pulsis Pelagianis successerunt. Nulli enim catholici episcopi hac ætate ab Ecclesiis hæreticorum dominatu oppressis discesserunt. At scriptor iste tot maculis Pelagianæ hæresis notatus, hæreticos vocare non dubitat Christi gratiæ defensores, et erroris cultum in Ecclesias inductum esse clamitat, quia summus erat populorum cum episcopis consensus. Easdem fuisse Juliani Pelagiani querelas in admonitione huic operi præfixa observavimus. 2°. Discimus ex hoc scriptore, teste hac in re minime suspecto, miracula in Ecclesiis, ex quibus Pelagiani episcopi pulsi sunt, edita fuisse, nimirum ut ibi veritas miraculis firmaretur, ubi periculum ei creaverant hæretici episcopi.

Digitized by Google

'ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ μὲν διὰ τῶν αἱρετικῶν ζώντων ἢ ἀποθανόντων ἡ θεία χάρις ἐνήργει τὰ χαρίσματα, εἶχεν ἂν τὸ γινόμενον εὔλογον ἀπορίαν· εἰ δὲ οἱ τὰ θεῖα θαύματα ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐνεργοῦντες, ἅγιοί εἰσιν ἀπόστολοι, προφῆταί τε καὶ μάρτυρες, δι' ὧν τοῖς θείοις ἔργοις (54) διαμαρτύρεται τῷ κόσμῳ ὁ Θεὸς, ἐκείνων εἶναι τὰς Ἐκκλησίας, δι' ὧν θαύματα ἐκτελεῖται, τουτέστι τῶν ὀρθοδόξων. A

RESP. Si per hæreticos vivos aut mortuos divina gratia operaretur miracula, haberet id quod evenit legitimam hærendi causam; sed si qui divina miracula in ecclesiis edunt, sancti sunt apostoli et prophetæ et martyres, divinis operibus Deus mundo testificatur eorum esse ecclesias, per quos miracula eduntur, id est, orthodoxorum.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΑ'. Εἰ μελέτῃ λογικὸς ἅπας τὴν γνῶσιν κομίζεται· γνώσεως δὲ νόμος, τῶν μειζόνων προτάσσειν (55) τὰ ἥσσονα· ὅπερ κρατῆσαν ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων σαφέστερον δείκνυται, πρότερον τὰ τοῦ νόμου, εἶθ' οὕτως τὰ Εὐαγγέλια παρειληφότων μαθήματα· πῶς ἡμεῖς οὐκ ἀνακολούθως μανθάνομεν, πρὸ τῶν ἡσσόνων τὰ μείζονα διδασκόμενοι; Λέγω δὴ τὰ τοῦ νόμου ἥσσονα, τὰ δὲ τῶν εὐαγγελίων μείζονα. Μιᾶς γὰρ ἡμῶν τε καὶ τῆς αὐτῶν φύσεως, μίαν εἶναι καὶ τὴν τάξιν ἐχρῆν τῆς μαθήσεως· ἐπειδὴ καὶ ἐὰν μὴ ἐν τοῖς μαθήμασι φθάσῃ τὰ χείρονα, τὰ ἀμείνω κωλύεται.

QUÆST. CI. Si meditando ratione præditus quisque cognitionem assequitur : et cognitionis lex est, majoribus præmittere minora, quod quidem apud Judæos usurpatum, manifestius apparet, qui legis prius, deinceps autem Evangelii acceperunt disciplinas : quomodo nos non præpostero ordine discimus qui majora prius quam minora docemur? B Dico autem ea quæ legis sunt, minora ; quæ Evangelii, majora. Cum enim una sit eorum et nostra natura, unam quoque conveniebat esse doctrinæ rationem; præsertim cum in disciplinis, nisi inferiora præcesserint, præstantiora præpediantur.

'ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Εἰ τὴν ἀνάγκην ἣν ἔχει ἐκεῖνα τὰ μαθήματα, ὧν εἰ μὴ προηγεῖται τῶν ἡσσόνων ἡ μάθησις, τὰ ἀμείνω κωλύεται, ταύτην εἶχε τὰ ἡμέτερα μαθήματα, καὶ ἀνακολούθως μαθεῖν (56) τὰ ἡμέτερα μαθήματα. Ἀλλ' ἐπειδὴ δυνατὸν τὰ ἡμέτερα μαθήματα καὶ ἀνακολούθως μαθεῖν, δῆλον ὅτι ἀπήλλακται τὰ ἡμέτερα μαθήματα ἐκείνης τῆς ἀνάγκης. Τὸ ἀνάγκης δὲ ἀπηλλαγμένον, ὡς ἂν γίνηται, ἀδιάβλητόν ἐστιν ἐπὶ τῇ ἀνακολουθίᾳ. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς πρὸς τὴν λύσιν τοῦ ἐν τῇ ἐρωτήσει σοφίσματος· πρὸς αὐτὴν δὲ τὴν ἐρώτησιν οὕτως ἀποκρινόμεθα, ὅτι οὐδὲ ἡμεῖς ἀνακολούθως διδασκόμεθα· ἀλλ' ὡς ἐμάνθανον οἱ ἀπόστολοι, πρῶτον μὲν τὰ τοῦ νόμου, ὕστερον δὲ τὰ Εὐαγγέλια, οὕτως καὶ ἡμᾶς ἐδίδαξαν. Μαρτυροῦσι δὲ τοῦτο αἱ αὐτῶν φωναὶ, ἐν αἷς κατήγγειλαν τὸ Εὐαγγέλιον. Πανταχοῦ γὰρ ἐκ τοῦ νόμου τὸν Χριστὸν κηρύξαντες, ἐκ τῶν πρώτων τὰ ὕστερα, καὶ ἐκ τῶν ἡσσόνων τὰ μείζονα (57). Τὸ γὰρ, *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν κατ' ἐμέ*· καὶ τό· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου*· καὶ, ὅτι *Οὐκ ἐγκατέλειψας τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ ἡ σάρξ μου εἶδε διαφθοράν*· φωναί εἰσι τοῦ νόμου προκαταγγείλασαι ἐν αὐταῖς τὸν Χριστόν· αἷς καὶ ὁ ἀπόστολος χρησάμενος, τοῖς Ἰουδαίοις τὸ εὐαγγέλιον ἐκήρυξε. Καὶ ὡς μὲν πρὸς τὴν μάθησιν, οὐδὲν διέστηκε τὰ εὐαγγέλια τοῦ νόμου· ὡς δὲ πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν καὶ ἀπόδοσιν, διέστηκε. Τί γάρ ἐστιν ὁ νόμος; Εὐαγγέλιον προκατηγγελμένον. Τί δὲ τὸ Εὐαγγέλιον; νόμος πεπληρωμένος. C D

RESP. Si necessitas, quæ illis inest disciplinis, in quibus nisi præcedat minorum doctrina, majora impediuntur, nostris quoque inesset institutis, nostra etiam instituta ordine præspostero edisci non possent. Sed quia instituta nostra etiam præpostero ordine edisci possunt; perspicitur ea libera esse ab illa necessitate. Quod autem a necessitate liberum est, id quocunque fiat modo, vituperari non potest ob præposterum ordinem. Atque hæc quidem ad solvendum quæstionis sophisma; ipsi autem quæstioni sic respondemus. Ne nos quidem præpostero ordine edocemur, sed ut didicerunt apostoli, primo quidem ea, quæ legis sunt, deinde Evangelia, ita et nos edocuerunt. Id autem testantur eorum voces, quibus Evangelium annuntiarunt. Ubique enim ex lege Christum prædicant, ex prioribus posteriora, ex minoribus majora. Illud enim : *Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me* [26]; item : *Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [27]; et : *Non dereliquisti animam meam in inferno, nec caro mea vidit corruptionem* [28], voces sunt legis Christum prænuntiantes, quibus etiam usus est Apostolus cum Judæis Evangelium prædicaret. Et quantum quidem ad discendi modum, nihil a lege differunt Evangelia ; quantum autem ad promissa et præstationem differunt. Quid enim est lex? Evangelium prænuntiatum. Quid autem Evangelium? lex adimpleta.

[26] Deut. xviii, 15. [27] Psal. cix, 1. [28] Psal. xv, 10.

(54) *Δι' ὧν θείοις ἔργοις*. Roberto Stephano, quem aliæ secutæ sunt editiones, minus attente codicem mss. legenti, prætermissa hæc præpositio. Sed utraque vocula videtur huc irrepsisse incuria librariorum, ex quo sententia pervertitur.

(55) *Προτάσσειν*. R. St. et codices mss. προστάσσειν.

(56) *Μαθεῖν*. Deest οὐκ ἦν aut aliquid simile.

(57) *Τὰ μείζονα*. Hic existimat Sylburgius addendum διεσάφησαν aut aliud simile. At non inusitatæ huic scriptori hæ loquendi rationes. Sic in Quæst. 100 : αἱρετικοὶ λατρεύσαντες.

Digitized by Google

QUÆST. CII. Si nihil Creator in corporis nostri compositione fecit, quod superflueret **483** aut deesset: quare ut pars inutilis, præputium a Judæis resecabatur? Quam autem ob utilitatem, non in alia parte, sed in genitali membro circumcisionem, qui ante Dominum Christum fuerunt, recepere? Cur cum eam illi ut utilem receperint, non etiam nos ejusmodi manus operatione similiter utimur?

RESP. Quoniam Abraham, cum ob suam et liberæ uxoris senectutem spem deposuisset liberorum suscipiendorum, promissum a Deo accepit prolis generandæ, ac Deo promittenti credidit se præter ætatis tempus patrem futurum illius filii, qui ei ex anu sterili genitus est; idcirco dedit ei Deus sigillum hujus fidei, circumcisionem præputii in parte inutili quidem ob senectutem facta ad liberos suscipiendos, sed idonea propter Abrahæ fidem facta ad prolem generandam. Transmisit autem illam circumcisionem in universum genus illius, qui pater præter spem factus est, ut monumentum esset non delebile et fidei Abrahæ et Dei potentiæ, *qui vivificat mortuos et vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt* [29]. Circumcidimur autem et nos circumcisione Christi per baptismum, exuentes Adam per quem peccatores facti, mortui eramus, et induentes Christum, per quem justificati resurgimus ex mortuis. *In quo*, inquit Apostolus [30], *circumcisi estis circumcisione non manu facta in expoliatione corporis vestri.*

QUÆST. CIII. Si qui jussus est ea facere, quæ in ipsius potestate sita sunt, is laudem aut vituperium faciendo aut non faciendo reportat, manifestum est eum, qui majora viribus suis non fecit, siquidem impossibilia sunt, extra reprehensionem esse. Quomodo ergo Deus ea quæ supra vires sunt præcipiens, id est, ut ne peccemus, peccantem subjicit suppliciis, cum homo legem implere non possit? Testatur hoc etiam Apostolus, dicens: *Non justificabitur ex operibus legis omnis caro* [31].

RESP. Quod omni homini impossibile est, id etiam alicui homini impossibile, veluti in aere volare instar aquilæ, impossibile est alicui homini, quia et omni homini impossibile; et rursus quod alicui homini possibile est, ut navigare, id etiam omni homini possibile. Sed si, ut ait divina Scriptura, nonnulli eorum, qui sub lege fuerunt, justitia inculpati fuere, liquet etiam omnibus, qui sub lege fuerunt, possibile fuisse simili modo secundum legis justitiam esse inculpatis. Ait enim beatus

[29] Rom. IV, 17. [30] Coloss. II, 11. [31] Rom. III, 20.

Ἐρώτησις ΡΒ'. Εἰ περιττὸν καὶ ἐν τῇ τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῇ ὁ δημιουργὸς οὐ πεποίηται, διὰ τί ὡς περιττὸν τὸ τῆς ἀκροβυστίας μέρος τῶν Ἰουδαίων ἀπετέμνετο; Εἰς τί δὲ χρήσιμον οὐκ ἐν ἑτέρῳ μέρει, ἀλλ' ἐν τῷ παιδοποιῷ μορίῳ, τὴν περιτομὴν οἱ πρὸ τῆς τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας εἰλήφασι; Διὰ τί δὲ ἐκείνων ὡς χρησίμην ταύτην λαβόντων, τῇ τοιαύτῃ χειρουργίᾳ ὁμοίως καὶ ἡμεῖς οὐ κεχρήμεθα;

Ἀποκρισις. Ἐπειδὴ διὰ τὸ γῆρας αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἐλευθέρας γαμετῆς ἐν ἀπογνώσει τοῦ παιδοποιεῖν ἐκ τῆς ἐλευθέρας καθισταμένου (58) ἐπαγγελίαν παιδοποιίας ἐδ . . τοῦ Θεοῦ (59), καὶ πιστεύσας Θεῷ παρὰ τὸν χρόνον τῆς ἡλικίας ἔσεσθαι πατὴρ τοῦ ἐκ τῆς γεγηρακυίας στείρας αὐτῷ γενομένου υἱοῦ, δι' . . . αὐτῷ (60) ὁ Θεὸς σφραγῖδα ταύτης (61) . . τὴν περιτομὴν τῆς ἀκροβυστίας μορίου τοῦ διὰ μὲν τὸ γῆρας πρὸς παιδοποιίαν ἀχρήστου γενομένου, διὰ δὲ τὴν πίστιν τοῦ Ἀβραὰμ εἰς παιδοποιίας γεγονότος χρησίμου. Παρέπεμψε δὲ ταύτην τὴν περιτομὴν εἰς ὅλον τὸ γένος τὸ ἐκ τοῦ παρ' ἐλπίδα πατρὸς γενομένου, ὑφιστάμενον εἰς ἀνεξάλειπτον μνημόσυνον τῆς τε τοῦ Ἀβραὰμ πίστεως, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, *τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.* Περιτεμνόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἐκδυόμενοι τὸν Ἀδὰμ, δι' ὃν ἁμαρτωλοὶ γεγονότες τεθνήκαμεν, καὶ ἐνδυόμενοι τὸν Χριστὸν, δι' ὃν δικαιωθέντες ἀνιστάμεθα ἐκ τῶν νεκρῶν. Ἐν ᾧ, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *περιετμήθητε* (62) *περιτομὴν ἀχειροποίητον τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος ὑμῶν.*

Ἐρώτησις ΡΓ'. Εἰ ὁ προσταχθεὶς ποιῆσαι τὰ κατὰ δύναμιν ἔπαινον ἢ μέμψιν ἐν τῷ ποιῆσαι ἢ μὴ ποιῆσαι κομίζεται, δῆλον ὅτι ὁ τὰ ὑπὲρ δύναμιν μὴ ποιήσας, ἐπεί εἰσιν ἀδύνατα, ὑπάρχει ἀνεύθυνος. Πῶς οὖν (63) ὁ . . . ὑπὲρ δύναμιν ἐπιτάττων, τουτέστι τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, τὸν ἁμαρτάνοντα ὑποβάλλει κολάσεσι, τοῦ ἀνθρώπου ἀδυνάτου ὄντος πρὸς τὴν τοῦ νόμου ἐκπλήρωσιν; μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ Ἀπόστολος· *Οὐ δικαιωθήσεται*, λέγων, *ἐξ ἔργων νόμου πᾶσα σάρξ.*

Ἀποκρισις. Τὸ παντὶ ἀνθρώπῳ ἀδύνατον τοῦτο καὶ τινὶ ἀνθρώπων (64) ὑπάρχει ἀδύνατον· οἷον τὸ πέτεσθαι ἐν τῷ ἀέρι ὡς ἀετὸς, τινὶ ἀνθρώπῳ ἀδύνατόν ἐστιν, ὅτι καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ ἐστὶν ἀδύνατον· καὶ ἀνάπαλιν, τὸ τινὶ ἀνθρώπῳ δυνατὸν, ὡς τὸ πλεῖν, καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ δυνατὸν ὑπάρχει. Ἀλλ' εἰ, καθὼς φησιν ἡ θεία Γραφὴ, τινὲς τῶν ὑπὸ τὸν νόμον δικαιοσύνῃ γεγόνασιν ἄμεμπτοι, δῆλον ὅτι καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὸν νόμον ὑπῆρχε δυνατὸν τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ κατὰ τὴν ἐκ νόμου δικαιοσύνην γενέσθαι ἀμέμπτους.

(58) *Καθισταμένου.* Illic apposita sine ratione lacuna.

(59) *Ἐδ . . . τοῦ Θεοῦ.* Liquet legendum ἐδέξατο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

(60) *Δι' . . . . αὐτῷ.* Leg. διὰ τοῦτο ἔδωκεν αὐτῷ.

(61) *Ταύτης.* Adde τῆς πίστεως. Totum hunc locum Langus eodem modo legebat.

(62) *Περιετμήθητε.* R. St. περιτμηθῆτε.

(63) *Πῶς οὖν.* Vulnus sanabitur legendo ὁ Θεὸς τά.

(64) *Τινὶ ἀνθρώπων.* Infra τινὶ ἀνθρώπῳ, quod magis Sylburgio placuit.

Digitized by Google

Λέγει γὰρ ὁ μὲν μακάριος Παῦλος ὁ ἀπόστολος περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι *κατὰ τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου γενόμενος ἄμεμπτος*. Ὁ δὲ μακάριος Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς περὶ τοῦ Ζαχαρίου (65) καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἐλισάβετ, ὅτι *ἦσαν δίκαιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου, ἄμεμπτοι*. Τί δέ ἐστι πᾶσα ἡ κατὰ τὸν νόμον δικαιοσύνη; Τὸ ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν μὲν ὑπὲρ ἑαυτὸν, τὸν πλησίον δὲ ὡς ἑαυτόν· ὅπερ οὐκ ἔστιν ἀδύνατον ἀνθρώποις βουληθεῖσι. Τὸ οὖν, *Ἐξ ἔργων νόμου μὴ δικαιωθῆναι πᾶσαν σάρκα*, οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰ ἀδύνατα λέγει, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὰ δυνατά. Τῇ γὰρ βουλήσει πρὸς τὰ δυνατὰ κεχρήμεθα, οὐ πρὸς τὰ ἀδύνατα. Τοῖς γὰρ δυνατοῖς καὶ ἐφ' ἡμῖν οὖσιν ὁ ἔπαινος ἢ ὁ ψόγος γίνεται πραχθεῖσιν ἢ μὴ πραχθεῖσι. Τοῦ δὲ (66), διὰ τὸ μὴ αἱρεῖσθαι, καὶ οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἁμαρτάνομεν ἄνθρωποι, ἔστι τοῦτο σημεῖον, τὸ μὴ πάντας ἀνθρώπους πᾶσι τοῖς τῆς ἁμαρτίας εἴδεσιν ἐμπεσεῖν, ἀλλὰ τινὰς μὲν τούτῳ τῷ εἴδει τῆς ἁμαρτίας ἐμπεσεῖν, τινὰς δὲ ἐκείνῳ· καὶ τινὰς μὲν πλείοσι, τινὰς δὲ ἐλάττοσι, τινὰς δὲ οὐδενί, κατὰ τοὺς προειρημένους δικαίους. Ὅπερ οὐκ ἂν συνέβη ἀνθρώποις, τὸ τινὶ μὲν εἴδει τῆς ἁμαρτίας ἁμαρτάνειν, τινὶ δὲ οὐδέποτε ἁμαρτάνειν, εἰ ἀδυναμίᾳ φύσεως, καὶ οὐκ ἀβουλίᾳ προαιρέσεως ἡμάρτανον οἱ ἄνθρωποι.

Ἐρώτησις ΡΔ'. Εἰ ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων χώραν μετανοίας τοῖς ἡμαρτηκόσιν ὁ νόμος οὐ δίδωσιν, ἀλλὰ κίνδυνον αὐτοῖς ἐπάγει ἀπαραίτητον, πῶς μοιχείαν καὶ φόνον ὁ προφήτης Δαβὶδ ἐργασάμενος, οὐ παρὰ τὸν νόμον συγγνώμης ἠξίωται; Καὶ εἰ μὲν ἀγαθὸν ἡ συγγνώμη, διὰ τί τὸ ἀσύγγνωστον τῷ νόμῳ συνέζευκται; εἰ δὲ φαῦλον, ὅπερ οὐκ οἶμαι, πῶς ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγὸς τὸ φαῦλον τῷ προφήτῃ κεχάρισται;

Ἀποκρισις. Εἰ ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων χώραν μετανοίας τῷ ἡμαρτηκότι ὁ νόμος οὐ δίδωσι, πῶς ἐν τῇ ἐννενηκοστῇ ἑβδόμῃ ἐρωτήσει προτέτακται τῆς χάριτος ὁ νόμος, ὥστε τις ἑτοιμότερος καὶ φιλανθρωπότερος εἰς ἄφεσιν (67) ἁμαρτημάτων τοῖς ἁμαρτάνουσιν, οὓς καθ' ἑκάστην ἡμέραν διὰ τοῦ βαπτίσματός τε καὶ τῆς τῶν ἀλόγων θυσίας, τῆς μέμψεως ἀπολύει· νῦν δὲ ἐν τῇ προκειμένῃ ἐρωτήσει ῥανὶς οὐχ ὑπολέλειπται τῷ νόμῳ φιλανθρωπίας, ἀλλὰ συνέζευκται αὐτῷ τὸ ἀσύγγνωστον, κίνδυνον ἐπάγον τῷ ἡμαρτηκότι ἀπαραίτητον; Καὶ πρὸς μὲν τὸ μὴ ἀνεπιστήμαντον καὶ τῶν ἐρωτήσεων τὴν ἐναντίωσιν εἰρήσθω ταῦτα· πρὸς δὲ τὴν ἐρώτησιν ἀποκρινούμεθα, ὅτι εἰ καὶ ὁ νόμος τὸ ἀσύγγνωστον ἔχει, ἀλλὰ καὶ ἡ χάρις μετάνοιαν δέδωκε τῷ ἡμαρτηκότι. Τὸ γὰρ, *Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις· ἀλλὰ λούσασθε καὶ*

A Apostolus de seipso [33], *secundum justitiam, quæ est ex lege, factus irreprehensibilis.* Beatus autem Lucas evangelista [33] de Zacharia et conjuge ejus Elisabet : *Erant justi ambo coram Domino, ambulantes in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela.* Quid autem est universa secundum legem justitia? Diligere Deum supra seipsum **484** et proximum sicut seipsum : quod quidem impossibile non est hominibus volentibus. Illud igitur : *Ex operibus legis non justificabitur omnis caro* [34], non ideo dicit, quod impossibilia non possimus, sed quod possibilia non velimus. Voluntate namque ad possibilia utimur, non ad impossibilia. Iis enim factis aut non factis, quæ possibilia sunt et penes nos sita, laudamur aut vituperamur. Ho-
B mines autem peccare, quia non volunt, minime vero, quia non possunt, illud argumento est, quod non omnes homines in omnia peccati genera labantur, sed quidam in hoc, alii in illud, quidam in plura, alii in pauciora, quidam in nulla, ut ii, quos jam diximus, justi. Quod quidem hominibus non eveniret, ut alii certum quoddam peccati genus committant, alii omnino non peccent; si idcirco homines peccarent, quod natura non possit, non autem quod liberum arbitrium nolit.

QUÆST. CIV. Si in criminibus locum pœnitentiæ peccantibus lex non relinquit, sed periculum ipsis infert non evitabile; quomodo propheta Da-
C vid, post adulterium et cædem, non præter legem venia donatus est? Ac si bonum est venia, quomodo legi adjunctum est ut non ignoscat? Si vero malum, quod quidem non puto, quomodo bonorum largitor Prophetæ malum concessit?

RESP. Si in criminibus locum pœnitentiæ lex peccanti non relinquit, quomodo in interrogatione 97 lex gratiæ præfertur, ut ad dimittenda delinquentibus peccata promptior et humanior, quos quotidie baptismate et animalium rationis expertium sacrificio exsolvit crimine; nunc autem in ea, quæ proponitur, interrogatione, ne gutta quidem humanitatis relinquitur legi, sed ei adjungitur non ignoscendi consuetudo, periculum inferens pec-
D canti non evitabile? Atque hæc quidem in ambigui vitium et interrogationum repugnantiam dicta sint; ipsi autem interrogationi sic respondemus : Etiamsi lex ignoscere nesciat; at gratia pœnitentiam peccanti concedit. Illud enim : *Manus vestræ sanguine plenæ sunt, sed lavamini et mundi estote. Atque etiamsi peccata vestra ut coccinum fuerint, ut nivem*

[33] Philip. III, 6. [33] Luc. I, 6. [34] Rom. III, 20.

(65) *Ζαχαρίου*. Hoc Zachariæ ejusque uxoris exemplo utebantur Pelagiani, ut probarent *posse hominem in hac vita esse sine peccato*, apud Aug., *De grat. Christi*, n. 53. Sed secum pugnat hic scriptor, qui nunc a Pelagianis non videtur discedere: at in Resp. ad Quæst. 141, solum Christum sine peccato fuisse declarat, Zachariam autem ejusque uxorem in eo inculpatos fuisse, non quod nihil omnino contra legem peccaverint, sed quod, ubi aliquid ignoscendum peccaverant, id præscriptis in lege sacrificiis expiaverint.

(66) *Τοῦ δέ*. Supplendo ὅτι, quod incuria excidit librariorum, sententiam restituimus.

(67) *Εἰς ἄφεσιν*. Præpositio, quæ deerat apud R. Stephanum et in mss. addita Sylburgio.

Digitized by Google

dealbabo [35]; item illud : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat* [36], voces sunt divinæ gratiæ peccatores vocantis ad beneficium legis, ut per pœnitentiam eorum, quæ prius peccaverunt, veniam consequantur. Bona quidem venia et divinæ gratiæ donum, nec tamen secundum legem est, nec contra legem, sed supra legem et pro lege: supra legem quidem, quia gratia ; pro lege autem, quia per pœnitentiam peccatores adducit ad beneficium legis, sicut et Davidem.

καθαροὶ γένεσθε. Καὶ, ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· καὶ τὸ, Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν, φωναί εἰσι τῆς θείας χάριτος ἁμαρτωλοὺς καλοῦσαι εἰς εὐπάθειαν τοῦ νόμου, διὰ μετανοίας εἰληφότας τῶν προημαρτημένων τὴν συγγνώμην. Ἀγαθὴ μὲν οὖν ἐστιν ἡ συγγνώμη καὶ της θείας χάριτος δῶρον· οὐκ ἔστι δὲ οὐδὲ κατὰ τὸν νόμον, οὐδὲ κατὰ τοῦ νόμου, ἀλλ' ὑπὲρ τὸν νόμον, καὶ ὑπὲρ τοῦ νόμου· ὑπὲρ τὸν νόμον μὲν, ὅτι χάρις, ὑπὲρ τοῦ νόμου δὲ, ὅτι διὰ μετανοίας ἄγει τοὺς ἁμαρτωλοὺς εἰς εὐπάθειαν τοῦ νόμου, καθάπερ καὶ τὸν Δαβίδ.

QUÆST. CV. Si omnibus hominibus necessarium est precationis auxilium propter naturæ infirmitatem, hæc autem nequaquam inest Christo Domino, utpote Domino et idoneam ad omnia potestatem habenti, cur apostolis frequentius ex Scriptura Christum discimus orasse?

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΕ'. Εἰ πᾶσι μὲν ἀνθρώποις διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως ἀναγκαία ἡ διὰ τῆς εὐχῆς ὑπάρχει βοήθεια, ταῦτα δὲ οὐ πρόσεστι τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ οἷα Δεσπότῃ καὶ ἀρκοῦσαν πρὸς πάντα κεκτημένῳ τὴν δύναμιν, διὰ τί τῶν ἀποστόλων συχνότερον ὑπὸ τῆς Γραφῆς τὸν Χριστὸν μανθάνομεν προσευχόμενον;

485 RESP. Quemadmodum esurivit Dominus et sitivit, et laboravit, et lacrymatus est, et sudavit; quamvis posset nihil horum, pro exuberante potentia, sustinere, sed ut argumentum suæ humanæ naturæ præberet, sua sponte infirmitates naturæ sustinuit: ita et oravit eamdem ob causam. Nam si, cum voluntate sua imbecillitates naturæ suæ sustinuerit, quidam dicere audent, non esse illum ejusdem ac nos naturæ: quomodo non illud ipsum dicerent uberiore cum argumento, si ei contigisset nequaquam precari Deum et Patrem? Et quia de apostolis nulla exstitit dubitatio utrum homines essent, de Salvatore autem id venturum erat in dubium; propterea illum frequentius, quam cæteros homines, etiam precatum esse Scriptura divina narravit. Nam si superior infirmitatibus carnis per resurrectionem factus, ut pontifex confessionis nostræ, intercedit pro nobis apud Deum: quomodo non magis, adhuc fragilitati carnis subjectus, valido opus habuit et vehementi clamore et lacrymis, cum quibus preces obtulit ei, qui ipsum a morte potuit servare?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὥσπερ πεινάσας ὁ Κύριος, καὶ διψήσας, καὶ κοπιάσας, δακρύσας τε καὶ ἱδρώσας, καίτοι δυνάμενος διὰ περιουσίας δυνάμεως (68) μηδὲν τούτων ὑπομένειν, διὰ δὲ τὸ παρέχειν γνώρισμα τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ φύσεως ἑκουσίως ὑπέμεινε τὰ τῆς φύσεως ἀσθενῆ, οὕτως καὶ τὸ εὔξασθαι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Εἰ γὰρ ἑκουσίως ὑπομεμενηκότος αὐτοῦ τὰ ἀσθενήματα τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, τολμῶσί τινες λέγειν μὴ ὑπάρχειν αὐτὸν τῆς ἡμετέρας φύσεως, πῶς οὐκ ἂν ἔλεγον αὐτὸ τοῦτο μετὰ τῆς περιουσίας τῆς ἀποδείξεως, εἰ συνέβη αὐτῷ μηδαμῶς αὐτὸν εὔξασθαι τῷ Θεῷ καὶ Πατρί; καὶ ἐπειδὴ περὶ τῶν ἀποστόλων οὐδεμία γέγονεν ἀμφιβολία εἰ ἄνθρωποι ἦσαν, περὶ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἔμελλε γίνεσθαι ἀμφιβολία· διὰ τοῦτο συχνότερον αὐτοῦ τοῖς λοιποῖς (69) ἀνθρώποις καὶ τὸ εὔξασθαι αὐτὸν κατήγγειλεν ἡ θεία Γραφή. Εἰ γὰρ τῶν τῆς σαρκὸς ἀσθενειῶν ἀνώτερος διὰ τῆς ἀναστάσεως γενόμενος, ὡς ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ ὑπὲρ ἡμῶν, πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἔτι ὑποκειμένου αὐτοῦ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς σαρκὸς, ἐδεῖτο μεγάλης κραυγῆς καὶ ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων μεθ' ὧν τὴν δέησιν προσέφερε τῷ δυναμένῳ ῥύσασθαι αὐτὸν ἐκ θανάτου;

QUÆST. CVI. Si hominum cunctorum unam caro, et unam anima habet essentiam, quomodo hic quidem tardi, ille autem acuti est ingenii? Quod si animus ejusmodi differentiæ causa, necesse erit existimare, variam esse animorum essentiam, pro ingeniorum varietate; sin caro, eadem in eam quadrabit ratio. At si ex chymo (seu decocto succo) quopiam, veluti arido aut liquido, vel calido aut frigido exuberante vel deficiente, alterum altero est potentius, sicut insipientia aut prudentia: undenam, et quomodo, ejusmodi quoddam invaluit

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΣ'. Εἰ πάντων τῶν ἀνθρώπων μίαν ἔχει ἡ σὰρξ, καὶ μίαν ἡ ψυχὴ οὐσίαν, πῶς ὁ μὲν ἀργὸς, ὁ δὲ περὶ τὴν νόησίν ἐστιν ὀξύτερος; ἀλλ' εἰ μὲν ἡ ψυχὴ τῆς τοιαύτης ἐστὶ διαφορᾶς αἰτία, ἀνάγκη τῶν ψυχῶν ὑπονοεῖν τὴν οὐσίαν διάφορον κατὰ τὴν διαφορὰν τῆς νοήσεως· εἰ δὲ ἡ σὰρξ, ὁ αὐτὸς καὶ περὶ αὐτῆς λόγος ἁρμόσειεν. Εἰ δὲ ἔκ τινος χυμοῦ, οἷον ξηροῦ ἢ ὑγροῦ, ἢ θερμοῦ ἢ ψυχροῦ πλεονασμοῦ ἢ ἐλλείψεως, τοῦ θατέρου τὸ ἕτερον ἐπικρατέστερον γίνεται, οἷον ἀφροσύνη ἢ φρόνησις, πόθεν, ἢ ὅπως γέγονέ τις τοιαύτης ποιότητος ἡ ἐπικράτεια, ἡ παρα-

[35] Isa. I, 15. [36] Ezech. XXXIII, 11.

(68) *Διὰ περιουσίας τῆς δυνάμεως.* Mallet Sylburgius διὰ περιουσίαν δυνάμεως. Sed nihil necesse est mutare: sensus enim est Christum, utpote omnipotentem, hæc incommoda vitare potuisse.

(69) *Αὐτοῦ τοῖς λοιποῖς.* Idem legit αὐτῶν τε καὶ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων.

Digitized by Google

σκευάσασα τὸ ἔννουν ἢ ἄνουν ἐν ἡμῖν πλεονάζειν;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τῆς τοῦ νοεῖν ὀξύτητος ἢ νωθρότητος αἰτίαν ἀποδεδώκασί τινες, τῶν τε στοιχείων ἐξ ὧν σύγκειται τὰ ἡμέτερα σώματα, τὴν εὐκρασίαν καὶ τὴν δυσκρασίαν, καὶ τῶν ὀργανικῶν μορίων τὴν συμμετρίαν, καὶ δοκοῦσιν ὀρθῶς ἀποδεδωκέναι τούτων τὰς αἰτίας. Εἰσὶ γάρ τινες ἐν μέν γε νεότητι (70) γενητικοί (71) τε καὶ ἐπιδεκτικοὶ ὀξεῖς (72) νοημάτων τυγχάνοντες· ἐν δὲ τῷ γήρᾳ, εἰς τὸ ἐναντίον μεταβαλλόμενοι, γίνονται περὶ τὸ νοεῖν ἀργοί. Ἔτι δὲ τούτοις (73) σημεῖον, τοῦ τὴν εὐκρασίαν τε καὶ δυσκρασίαν εἶναι αἰτίαν τῆς τοιαύτης μετοχῆς (74). Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λίαν μεγαλοκέφαλοι, λεγόμενοι βαρυκέφαλοι, διὰ τὸ μὴ σώζειν σύμμετρον ἀναλογίαν πρὸς τὰ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος δι' ὑπερβολὴν μικρότητος ἢ μεγέθους, καὶ αὐτοὶ ἀνεπιτήδειοί εἰσι τοῦ δύνασθαι εἶναι γενητικοί τε καὶ ἐπιδεκτικοὶ νοημάτων. Γίνονται δὲ καὶ ἄλλοι πρὸς τὴν κατάληψιν τῶν τῇ φύσει συνεστώτων πραγμάτων ὀξεῖς τε καὶ ἕτοιμοι, καὶ ἀπὸ τῆς θείας χάριτος, ὡς τό· *Ὁ Κύριος ἔδωκε τῷ Σολομῶντι πλάτος καρδίας ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης*· καὶ ὡς τό· *Οἷς δέδοται μὲν διὰ Πνεύματος λόγος σοφίας, ἄλλοις δὲ λόγος γνώσεως.*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΖ'. Εἰ ὑπὸ τῶν ἀπίστων πρὸς ἀπάτην εὑρέθη τὰ ᾄσματα, τοῖς δὲ ἐν νόμῳ εἰσηγήθη διὰ φρενῶν νηπιότητα, οἱ τῆς χάριτος τέλεια καὶ τῶν ῥηθέντων τρόπων ἀλλότρια παρειληφότες μαθήματα, διὰ τί ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις κατὰ τοὺς ἐν τῷ νόμῳ νηπίους τοῖς ᾄσμασι κέχρηνται;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Οὐ τὸ ᾄσαι ἁπλῶς ἐστι τοῖς νηπίοις ἁρμόδιον, ἀλλὰ τὸ μετὰ τῶν ἀψύχων ὀργάνων ᾄσαι, καὶ μετὰ ὀρχήσεως καὶ κροτάλων· διὸ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις προαίρεται (75) ἐκ τῶν ᾀσμάτων ἡ χρῆσις τῶν τοιούτων ὀργάνων καὶ τῶν ἄλλων τῶν νηπίοις ὄντων ἁρμοδίων, καὶ ὑπολέλειπται τὸ ᾄσαι ἁπλῶς. Ἡδύνει γὰρ τὴν ψυχὴν πρὸς ζέοντα πόθον τοῦ ἐν τοῖς ᾄσμασιν ἡδομένου (76)· κοιμίζει τὰ ἐκ τῆς σαρκὸς ἐπανιστάμενα πάθη· τοὺς ὑπὸ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν ἐμβαλλομένους ἡμῖν λογισμοὺς πονηροὺς ἀπωθεῖται· ἀρδεύει τὴν ψυχὴν πρὸς καρποφορίαν θείων ἀγαθῶν· γενναίους πρὸς τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς καρτερίαν τοὺς ἀγωνιστὰς ἐρνάζεται τῆς εὐσεβείας· πάντων τῶν ἐν τοῖς βιωτικοῖς λυπηρῶν ἰαματικὸν γίνεται τοῖς εὐσεβέσι. Μάχαιραν τοῦ Πνεύματος τοῦτο ὁ Παῦλος ὀνομάζει, ἐν ᾧ κατὰ τῶν ἀοράτων πολεμίων ὁπλίζει τοὺς ὁπλίτας τῆς εὐσεβείας. Ῥῆμα γάρ ἐστι Θεοῦ τὸ καὶ ἐνθυμούμενον καὶ ᾀδόμενον, καὶ ἀνα-

A discrimen, quod in nobis efficit ut ingenii exuberet vel acumen vel hebetudo?

RESP. Ingenii acuminis vel tarditatis causam quidam conferunt in elementorum, ex quibus corpora nostra constant, temperiem et intemperiem, et aptam instrumentalium partium compositionem: recteque illi horum causam retulisse videntur. Sunt enim nonnulli, qui in juventute quidem ad inveniendum atque intelligendum acres, in senecta vero in contrarium mutati, hebeti sunt ingenio. Quod indicio est, inæqualitatis ejuscemodi temperiem et intemperiem causam esse. Similiter vero, qui nimium gravi sunt capite, et grandicipites vocantur, propterea quod aptam convenientemque aliis corporis partibus, propter parvitatem aut magnitudinem præcellentem, proportionem non servant, minus quoque ipsi appositi sunt ad inveniendum et acute cogitandum. Porro alii etiam, ad rerum, quæ natura consistunt, cognitionem, prompti et acuti per divinam fiunt gratiam, juxta illud: *Concessit Dominus Salomoni latitudinem cordis, quasi arenam quæ est ad labrum* (seu *littus*) *maris* [37]; et illud: *Quibusdam datur per Spiritum sermo sapientiæ, aliis autem sermo scientiæ* [38].

486 QUÆST. CVII. Si ab infidelibus ad seductionem inventa carmina, iis autem, qui sub lege fuerunt, ob animi imbecillitatem concessa: qui sub gratia sunt et perfecta atque ab iis, quod dixi, moribus aliena accepere instituta, quomodo in Ecclesiis, more eorum, qui sub lege fuerunt, parvulorum, canticis utuntur?

RESP. Non canere simpliciter parvulis convenit, sed cum inanimis instrumentis canere, et cum saltatione et crotalis: quare in ecclesiis resecatur ex canticis usus ejusmodi instrumentorum atque aliorum parvulis convenientium, ac simplex relictus est cantus. Excitat enim animam ad fervens desiderium illius, quod in canticis celebratur: sedat exsurgentes ex carne vitiosos appetitus: malas cogitationes repellit, quæ nobis injiciuntur ab invisibilibus hostibus: irrigat animam ut ferax sit bonorum divinorum; fortes et generosos ad constantiam in rebus adversis efficit athletas pietatis: omnium vitæ molestiarum medicina fit piis hominibus. Vocat hoc Paulus [39] gladium Spiritus, quo adversus invisibiles hostes armat milites pietatis. Verbum enim Dei est, quod et cogitatum et cantatum et auditum vim habet pellendorum dæmonum, et quæ ad animam in virtutibus pietatis propriis

[37] III Reg. IV, 29. [38] I Cor. XII, 8. [39] Ephes. VI, 17.

(70) *Ἐν μέν γε νεότητι.* Sic scripsit Sylburgius pro eo quod habebat R. Steph. ἐν μὲν γενεότητι.

(71) *Γενητικοί.* Idem hoc loco et infra legit γεννητικοί.

(72) *Ὀξεῖς.* Idem hanc vocem expunxit, eamque e margine in textum venisse putat; infra enim deest in loco gemello. Wolfius legendum proposuerat ὀξέων.

(73) *Τούτοις.* Idem Sylburgius legit τοῦτο.

(74) *Μετοχῆς.* Idem a Wolfio monitus proponit μεταβολῆς.

(75) *Προαίρεται.* Sylburgius monitu Wolfii legit παρῄρηται.

(76) *Ἡδομένου.* Idem ᾀδομένου.

Digitized by Google

perficiendam conducunt, ea canticis ecclesiasticis pii consequuntur.

ἀρεταῖς, διὰ τῶν ᾀσμάτων τῶν ἐκκλησιαστικῶν τοῖς εὐσεβέσι προσγινόμενα.

QUÆST. CVIII. Si veniam involuntaria habet ignorantia, quemadmodum a Scriptura edocemur, quomodo et veteres Judæi, qui Christum ex ignorantia crucifixerunt, plurima et intolerabilia experti sunt mala, et qui nunc ex eadem gente in Christum increduli sunt, patria sua expulsi in universam terram dispersi sunt, ac gentibus in turpem servitutem traditi, ut res ipsæ qualibet columna clarius clamitant? Utrorumque ignorationem astruit nunc quidem Dominus dicens : *Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt* [40]; nunc autem Apostolus, qui ait : *Nam si cognovissent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent* [41]. Atque hæc quidem de antiquis Judæis; de præsentibus autem : *Testimonium illis perhibeo*, inquit, *quod zelum Dei habent, sed non secundum scientiam* [42].

RESP. Quando involuntaria ignoratio videtur esse ignorantibus cognitio, tunc eventus rei per ignorationem gestæ demonstrat vel revera cognitionem esse, vel errorem et ignorantiam. Ubi autem opinatam cognitionem ex eventu apparuerit ignorationem rei esse; si is, qui ignorat, in eadem ignoratione permaneat, nullam habet venlam, sed supplicium ineluctabile. Ac Christum quidem a Judæis ita crucifixum fuisse, ut eum Deo adversarium esse sibi perspicere viderentur, ac Deum illius neci suffragantem habere, omnibus manifestum est. Neque enim illum crucifixissent, si futurum novissent, ut eum post mortem Deus ex mortuis resuscitaret. Resuscitatus **487** autem ex mortuis a Deo demonstravit opinatam Judæorum cognitionem Christi, vere ignorationem fuisse. Quoniam autem, postquam suscitatus a mortuis demonstravit nec Deum Judæis in Christi nece suffragatum esse, nec Christum sine resurrectione permanere in morte secundum exspectationem eorum, qui illum crucifixerant, adhuc tamen Judæi in incredulitate permanserunt; propterea venia digni non fuerunt. Nam pecunia illius rerurrectionem redimere, eamque furtum existimare, ac prohibere apostolos quominus in ejus nomine divina opera perficiant, quæ in virtute Spiritus sancti eduntur, non est involuntariæ ignorantiæ, quæ veniam habet, sed cogi-

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΗ'. Εἰ συγγνώμην ἡ ἀκούσιος ἐφέλκεται ἄγνοια, καθὼς ὑπὸ τῆς Γραφῆς διδασκόμεθα, πῶς οἱ μὲν πάλαι Ἰουδαῖοι τὸν Χριστὸν ἐξ ἀγνοίας σταυρώσαντες, πλείστων καὶ ἀνυποίστων δεινῶν ἐπειράθησαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀλώσεως λόγοις μαρτυρεῖ ὁ Ἰώσηπος· οἱ δὲ νῦν τῷ Χριστῷ ἀπειθοῦντες αὐτῶν, τῆς μὲν οἰκείας πατρίδος ἀπελαθέντες, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐλικμήθησαν, τοῖς δὲ ἔθνεσιν εἰς δουλείαν ἐξεδόθησαν ἄτιμον, ὡς τὰ πράγματα στήλης βοᾷ περιφανέστερον; Τὴν δὲ ἐν ἑκατέροις αὐτῶν συνίστησιν ἄγνοιαν ποτὲ μὲν ὁ Κύριος, *Πάτερ*, λέγων, *ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι*· ποτὲ δὲ ὁ Ἀπόστολος, φάσκων· *Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.* Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν πάλαι Ἰουδαίων· περὶ δὲ τῶν νῦν, *Μαρτυρῶ*, φησὶν, *αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.*

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ὅταν ἡ ἀκούσιος ἄγνοια τοῖς ἀγνοοῦσι νομισθῇ γνῶσις, τότε ἡ ἀπόδασις (79) τοῦ κατ' ἄγνοιαν πραττομένου πράγματος δείκνυσι κατ' ἀλήθειαν οὖσαν γνῶσιν, ἢ κατὰ πλάνην καὶ ἄγνοιαν. Δειχθείσης δὲ τῆς νομιζομένης γνώσεως διὰ τῆς ἀποδάσεως, ἀγνοίας ὑπαρχούσης τοῦ πράγματος, ἂν ἐμμένῃ τῇ αὐτῇ ἀγνοίᾳ ὁ ἀγνοήσας, οὐδεμίαν ἐφέλκεται συγγνώμην, ἀλλὰ τιμωρίαν ἀπαραίτητον. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὕτως ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Χριστὸν ὡς γινώσκοντες αὐτὸν ἀντίθεον (80) . . . φον ἔχοντες τὸν Θεὸν ἐν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ, παντί που δῆλον. Οὐκ ἂν γὰρ αὐτὸν ἐσταύρωσαν εἰ ἦσαν γινώσκοντες, ὅτι μετὰ τὸν θάνατον αὐτὸν (81) ὁ Θεὸς ἐγερεῖ ἐκ τῶν νεκρῶν. Ἐγερθεὶς δὲ ἐκ τῶν νεκρῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔδειξε τὴν νομιζομένην κατὰ Χριστοῦ γνῶσιν τῶν Ἰουδαίων κατὰ ἀλήθειαν ἄγνοιαν οὖσαν. Ἐπειδὴ οὖν μετὰ τὸ ἀναστῆναι τὸν Κύριον ἐκ νεκρῶν, καὶ δειχθῆναι μήτε τὸν Θεὸν σύμψηφον γεγονότα τοῖς Ἰουδαίοις ἐν τῷ θανάτῳ τοῦ Χριστοῦ, μήτε τὸν Χριστὸν ἀνεγέρτως μένειν ἐν τῷ θανάτῳ κατὰ τὴν προσδοκίαν τῶν αὐτὸν σταυρωσάντων, ἔτι τοὺς Ἰουδαίους ἐν τῇ ἀπειθείᾳ μένειν (82), διὰ τοῦτο οὐκ ἦσαν συγγνώμης ἄξιοι. Τὸ γὰρ ἐξαργυρίζειν αὐτοῦ τὴν ἀνάστασιν, καὶ κλοπὴν ταύτην νομίζειν, καὶ κωλύειν τοὺς ἀποστόλους ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μὴ ἐκτελεῖν θεῖα ἔργα ἐν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος γινόμενα, οὐκ ἔστιν ἀκουσίου ἀγνοίας συγγνώμην ἐφελκο-

[40] Luc. XXIII, 34. [41] I Cor. II, 8. [42] Rom. X, 2.

(77) *Ἀνακρουόμενον* Idem recte observat legendum ἀκουόμενον, quippe cum verbum illud ἀνακρούομενον, *pulsatum*, instrumenta musica designet, quæ ab hoc scriptore vituperantur, ut minus digna Christianis ac omnino in ecclesiis inusitata.

(78) *Τὰ τελειωτικά*. Nihil videtur deesse præter conjunctionem καί. Illud προσγινόμενα idem valet ac προσγίνονται. Sæpe eodem modo participia usurpat hic scriptor, ut jam observavi ad quæst. 101.

(79) *Ἀποδασις*. Sylburgius in contextum induxit hanc vocem. R. Stephanus et mss. habent ἀπώμασις.

(80) *Ἀντίθεον*. Adde καὶ σύμψηφον, ut infra, et vulnus sanabitur. Sic etiam emendandum vidit Sylburgius.

(81) *Αὐτόν*. Sic emendavit Sylburgius. R. Stephanus et mss. αὐτοῦ.

(82) *Ἔτι τοὺς... μένειν*. Subintelligendum συνέδη. In quæst. 140, eadem sententia de ignoratione statuitur, accommodate ad Pelagianas opiniones.

Digitized by Google

μένης, ἀλλ' ἐγνωσμένης ἑκουσίου θεομαχίας τιμωρίαν ἐφελκομένης. Εἰ μὲν γὰρ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι ἐσταύρωσαν τὸν Χριστὸν οἱ Ἰουδαῖοι, τοῦ μὴ κρατῆσαι τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, καὶ τοῦ μὴ λυθῆναι τὸν Ἰουδαϊσμὸν, πῶς οὐκ ἔστιν ἀμφοτέρων ἀποτυχία λυτικὴ τῆς Ἰουδαίων κατὰ Χριστοῦ ἀκουσίου ἀγνοίας; Τὸ δέ· *Σὺ Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι*, κατὰ ταύτην εἴρηται τὴν ἔννοιαν, Ὅτι γνόντες, ὅτι κατ' ἄγνοιάν με ἐσταύρωσαν, καὶ αἰτοῦντες (83) λύτρον τῶν πλημμελειῶν αὐτῶν, παράσχοις αὐτοῖς. Οὐ γὰρ δίδοται ἄφεσις τῷ νομίζοντι τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν μὴ εἶναι ἁμαρτίαν, ἀλλὰ δικαιοσύνην. Καὶ τὸ εἰρημένον τῷ Παύλῳ, τὸ, *Μαρτυρῶ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν*, πεφεισμένως εἴρηται τῇ τοῦ λόγου συγκαταβάσει. *Ἀσθενὴς τοῖς ἀσθενέσι γινόμενος*, ἵνα κατὰ τὸ εἰρημένον σώσῃ τοὺς ἀσθενεῖς.

A tatæ et voluntariæ cum Deo pugnæ, quæ supplicium non effugit. Nam si hac spe ducti Christum crucifixerunt Judæi, fore ut illius doctrina non prævaleret, neque aboleretur Judaismus: an non utriusque spei contrarius exitus nihil loci relinquit involuntariæ Judæorum Christi ignorationi? Illud autem : *Tu Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt* [45], in hanc dictum est sententiam : Quia agnoscent per ignorantiam fecisse se ut me crucifigerent, petentque facinorum suorum expiationem, hanc illis concede. Non enim datur remissio existimanti suum ipsius peccatum non peccatum esse, sed justitiam. Illud autem Pauli : *Testimonium eis perhibeo, quod zelum Dei habent, sed non secundum scientiam* [46], parcendo dictum est quadam B accommodatione sermonis. *Infirmis factus infirmus* [47], ut, quemadmodum ipse ait, infirmos salvaret.

Ἐρώτησις ΡΘ'. Εἰ τὸ τῆς ἀναστάσεως δῶρον πᾶσι τοῖς θανοῦσιν ὁ Θεὸς διδόναι ὑπέσχετο, καὶ πάντες ἐκ τῶν τάφων ἀναστάντες τῷ κριτῇ παρίστασθαι μέλλουσι, πῶς πληρωθήσεται τὸ κρίνειν νεκροὺς καὶ ζῶντας τὸν Κύριον; Πῶς δὲ νεκροὶ κριθῆναι δυνήσονται, ὧν τὰ μὲν σώματα ἐν μνήμασιν ἔρριπται, αἱ δὲ ψυχαὶ τῶν σωμάτων κεχωρισμέναι εἰσίν;

Ἀποκρισις. *Οὐ πάντες*, φησὶ, *κοιμηθησόμεθα*. Κρινεῖ οὖν ζῶντας μὲν τοὺς τότε ζῶντας, νεκροὺς δὲ τοὺς ἀνισταμένους ἐκ τῶν νεκρῶν. *Ἔρχεται*, φησὶν, *ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε πάντες οἱ ἐν τοῖς μνήμασιν ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξέρχονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως*. Ἐχρῆν οὖν κατὰ τὸ πιστὸν τοῦ λόγου θεωρεῖν τὸ δυνατὸν τοῦ πράγματος, καὶ μὴ ἀπορεῖν τὴν ἄλογον ἀπορίαν.

QUÆST. CIX. Si resurrectionis donum omnibus mortuis Deus daturum se promisit, ac omnes e sepulcro resurgentes coram Judice prodituri sunt : quomodo implebitur illud, Dominum judicare vivos et mortuos? Quomodo autem mortui judicari poterunt, quorum corpora in monumentis projecta, animæ vero a corporibus segregatæ?

RESP. *Non omnes*, inquit, *dormiemus* [48]. Judicabit ergo vivos quidem, qui tunc vivent, mortuos autem, qui resurgent e mortuis. *Venit*, ait, *hora, et nunc est, quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei, et exibunt qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala, in resurrectionem judicii* [49]. Horum igitur fide et auctoritate C verborum credendum erat rem fieri posse, nec dubitatio præter rationem instituenda.

Ἐρώτησις ΡΙ'. Εἰ τοῖς καταλιμπάνουσι πατέρα ἢ μητέρα ἢ τέκνα καὶ τὰ ἑξῆς ἑκατονταπλασίονα ἐπηγγείλατο διδόναι ὁ Κύριος, ἆρα καὶ γυναῖκας ἑκατὸν οἱ τοιοῦτοι ἀντιλήψονται; Πῶς δὲ, πολλῶν τὰ εἰρημένα διὰ τὴν ἐντολὴν καταλιπόντων, ἐν πτωχείᾳ καὶ μονότητι καὶ ἐρημίᾳ τελευτησάντων, οὐ διέψευσται ἡ τοιαύτη ὑπόσχεσις;

QUÆST. CX. Si relinquentibus patrem aut matrem aut filios et quæ sequuntur, centuplum se daturum Dominus promisit [50], num et uxores centum talibus reddentur? Quomodo autem, cum multi, iis, quæ recensuimus, propter præceptum relictis, in paupertate et orbitate et solitudine mortui sint, non exitu caret talis promissio?

Ἀποκρισις. Ὥσπερ πατέρας καὶ μητέρας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς λέγει, τοὺς κατ' οἰκειωτικὴν διάθεσιν προσλαμβανομένους τὸν Χριστὸν, καταλείψαντας (84) πατέρα τε καὶ μητέρα, ἀδελφούς τε καὶ D ἀδελφάς· οὕτως καὶ γυναῖκα λέγει τὴν ἐν καιρῷ τῆς διὰ Χριστὸν ἐγκαταλείψεως προνοουμένην τοῦ καταλείψαντος τὴν φύσει γυναῖκα. Ἡ δὲ Ἐκκλησία τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ἡ ἐξ ἀρχῆς τοῦ Χριστιανικοῦ κηρύγματος ὑπὸ τῶν αὐτῇ ἀντικειμένων Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων διωκομένη καὶ ἁρπαζομένη πολυχρονίως, πόθεν ἔν τε τοῖς πνευματικοῖς καὶ ἐν τοῖς ἀν-

RESP. Quemadmodum patres et matres et fratres et sorores vocat eos, qui affectus cognatione Christum assumunt, ac patrem et matrem et fratres et sorores reliquerunt; ita et uxorem dicit eam, quæ illius, a quo relicta 488 est, propter Christum naturalis uxor, curam gerit. Domini autem Christi Ecclesia, quæ ab initio Christianæ prædicationis ab adversariis suis Græcis et Judæis diff vexata et direpta fuit, unde in donis spiritualibus et in humanis tantum accepisset incrementum, quantum videmus, nisi divina et viva Salvatoris vox, quæ mul-

[45] Luc. xxiii, 34. [46] Rom. x, 2. [47] I Cor. ix, 22. [48] I Cor. xv, 51. [49] Joan. v, 25. [50] Matth. xix, 28.

(83) *Αἰτοῦντες*. R. Stephanus scripsit αἰτοῦσι in textu et ad calcem αἰτοῦντες.

(84) *Καταλείψαντας*. Conjunctionem δέ addi posse existimat Sylburgius, sed hic minime necessaria. — Corruptus locus sanari potest legendo προσλαμβανομένους τὸν διὰ Χριστὸν καταλείψαντα πατέρα τε καὶ μητέρα. *Quemadmodum patres et matres et fratres et sorores vocat eos, a quibus affectus cognatione assumitur is, qui propter Christum patrem et matrem, fratres et sorores reliquit; ita*, etc.] — *Ex Addendis et Emendandis.*

Digitized by Google

tiplicatam remunerationem promisit, ipsam remunerationem in ea effecisset? Unde autem divites homines et mulieres bona sua afferentes in desertum, anachoretas illic degentes quæsierunt, eorumque egestatem expleverunt, id quod discimus ex historia priscorum hominum sanctorum, nisi quia Dominus Christus per eos proprium promissum ad exitum perduxit?

A θρώποις (85) τοσαύτην ἣν ὁρῶμεν ἐπίδοσιν ἐδέξατο, μὴ τῆς θείας τε καὶ ζώσης τοῦ Σωτῆρος φωνῆς τῆς κατὰ πολυπλασιασμὸν (86) ὑποσχομένης, καὶ τὴν ἀντίδοσιν ἐνεργησάσης ἐν αὐτῇ; Πόθεν δὲ πλούσιοι ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, τὰς ἑαυτῶν ὑπάρξεις ἐπιφερόμενοι, ἐν τῇ ἐρήμῳ τοὺς ἐκεῖσε ἀναχωρητὰς ἐζήτησαν, καὶ τούτων τὰ ὑστερήματα ἐπλήρωσαν, καθὰ ἔγνωμεν ἐκ τῆς ἱστορίας τῶν ἁγίων ἀρχαίων ἀνδρῶν, μηδὲ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ δι' αὐτῶν τὴν ἰδίαν ὑπόσχεσιν ἀγαγόντος εἰς πέρας;

QUÆST. CXI. Si ad asserendam corporum resurrectionem, seminis exemplo, in Epistola ad Corinthios, ut apto et commodo, usus est Apostolus, quomodo qui frustatim dissecantur, aut comburuntur, resurgent, cum semina post sectionem aut ustionem non germinent, sed omnino intereant?

ἘΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΑ'. Εἰ πρὸς σύστασιν τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως ὡς καιρίῳ τῷ κατὰ τὰ σπέρματα ὑποδείγματι ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐχρήσατο, πῶς οἱ τεμνόμενοι ἢ καιόμενοι ἀναστήσονται, τῶν σπερμάτων μετὰ τομὴν ἢ καῦσιν οὐ βλαστάB νόντων, ἀλλὰ εἰς τὸ παντελὲς φθειρομένων;

RESP. Cum natura ita perficiat quæ ex seminibus nascuntur, ut demensa facultate a Deo donata, necesse est ut apta sint semina ad ea efficienda, quæ ex ipsis nascuntur. Quare si urantur aut concidantur, inutilia fiunt naturæ ad effectionem eorum, quæ ex ipsis nascuntur. Deus autem non habet demensam potestatem; quapropter nihil ei non idoneum est ad ea quæ vult efficienda omnia, nec dissectione aut adustione corporum prohibetur, quominus eorum efficiat resurrectionem. Non enim lege et mensura naturæ operatur Deus, sed summa potestate voluntatis, quam nulla difficultas moratur in iis quæ vult efficiendis. Usus est autem Apostolus seminum exemplo, astruendæ causa resurrectionis C mortuorum, ut ex collatione fidem faciat resurrectionis doctrinæ; quia quemadmodum minime dubitamus, quin semen germinaturum sit, quamvis illud in terra mortuum esse et naturam seminis amisisse videamus, ita non debemus mortuorum resurrectionem increduli rejicere. Nam Deus, qui dedit naturæ, ut semine operetur germen, multo magis ipse potest a morte excitare defunctos.

ἈΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τῆς φύσεως οὔσης τῆς ἐργαζομένης τὰ ἐκ τῶν σπερμάτων γιγνόμενα, ὡς ἔμμετρον λαβούσης παρὰ τοῦ δημιουργοῦ τὴν δύναμιν, ἀνάγκη ἐπιτήδεια εἶναι τὰ σπέρματα πρὸς ποίησιν τῶν ἐξ αὐτῶν γιγνομένων. Διὸ ἐὰν καῇ ἢ τμηθῇ τὰ σπέρματα, ἄχρηστα γίγνεται τῇ φύσει πρὸς ποίησιν τῶν ἐξ αὐτῶν γιγνομένων. Ὁ δὲ Θεὸς οὐκ ἔμμετρον ἔχει τὴν δύναμιν· διὰ τοῦτο οὐδὲν αὐτῷ (87) ἐστιν ἀνεπιτήδειον πρὸς ποίησιν πάντων ὧν βούλεται, οὐδὲ κωλύεται ὑπὸ τῆς τομῆς καὶ καύσεως τῶν σωμάτων, τοῦ ποιήσασθαι αὐτῶν τὴν ἀνάστασιν. Οὐ γὰρ νόμῳ καὶ μέτρῳ φύσεως ἐργάζεται ὁ Θεὸς, ἀλλ' αὐθεντίᾳ βουλῆς τῆς ἐν μηδενὶ ἀπορουμένης πρὸς ποίησιν ὧν C βούλεται ποιεῖν. Ἐχρήσατο δὲ ὁ Ἀπόστολος τῷ κατὰ τὰ σπέρματα ὑποδείγματι εἰς πίστωσιν τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως, ἵνα κατὰ ἀναλογίαν πιστώσηται τῆς ἀναστάσεως τὸν λόγον· ὅτι ὥσπερ οὐκ ἀπιστοῦμεν τὴν βλάστησιν τοῦ σπέρματος, ὁρῶντες ἐν τῇ γῇ ἀποθανόντος καὶ ἀποβεβληκότος (88) τοῦ σπέρματος τὴν φύσιν· οὕτως οὐκ ὀφείλομεν ἀπιστεῖν τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν. Ὁ γὰρ Θεὸς ὁ δεδωκὼς τῇ φύσει τὸ διὰ τοῦ σπέρματος ἐργάσασθαι τὴν βλάστην, πολὺ μᾶλλον αὐτὸς δύναται ἐκ τοῦ θανάτου ἐγεῖραι τοὺς νεκρούς.

QUÆST. CXII. Si regnum Israelis gloriam et delicias et remissionem terrenam existimaverunt apostoli, ut nonnulli dixere: cur Dominus ea de re ab illis interrogatus non modo eos non castigavit, D sed etiam eorum astrinxit ignorantiam, dum eis dixit: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*[49]? Hæc ipsa responsio eorum confirmat interrogationem.

ἘΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΒ'. Εἰ τὴν βασιλείαν τοῦ Ἰσραὴλ δόξαν καὶ τρυφὴν καὶ ἄνεσιν ἐπίγειον οἱ ἀπόστολοι ὑπελάμβανον, καθά τινες ἔφασαν, διὰ τί ὁ Κύριος περὶ ταύτης πρὸς αὐτῶν ἐρωτώμενος, οὐ μόνον αὐτοὺς οὐ διωρθώσατο, ἀλλὰ καὶ ἐπέσφιγξεν αὐτῶν τὴν ἄγνοιαν, φήσας πρὸς αὐτούς· *Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ*; Αὕτη δὲ ἡ ἀπόκρισις βεβαιοῖ τὴν ἐκείνων ἐρώτησιν.

RESP. Et hoc ipsum ex eis unum est, quæ ab apostolis ante adventum Spiritus sancti cognosci

ἈΠΟΚΡΙΣΙΣ. Καὶ τοῦτο ἓν ἐστι τῶν πρὸ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος μὴ δυναμένων γνω-

[49] Act. I, 7.

(85) *Ἐν τοῖς ἀνθρώποις*. Observat Sylburgius legendum ἀνθρωπικοῖς.

(86) *Κατὰ πολυπλασιασμόν*. Leg. καὶ τὸν πολυπλασιασμόν.

(87) Αὐτῷ. Sic emendavit Sylburgius. R. Stephanus et mss. αὐτῶν.

(88) *Ἀποβεβληκότος*. Multa ejusmodi dicta in hoc Scriptore occurrunt, nec necesse est quidquam emendare. Infra in resp. ad quæst. 113, ὁ Θεὸς μὴ ποιήσας πλείονας κόσμους .... ἀτελὴς ἐκ τούτου ἐδείχθη ἡ τελειότης αὐτοῦ.

Digitized by Google

σθῆναι ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ἐκεῖνο ὁδηγήσει ὑμᾶς πρὸς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.* Μαθόντες δὲ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τὸ, *Τὴν κοιλίαν καὶ τὰ βρώματα ὁ Θεὸς καταργεῖ*· ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς ὑπολήψεως εἰς τὴν ἔννοιαν μετηνέχθησαν τὴν πρέπουσαν τῇ καταστάσει τῶν ἀνισταμένων ἐκ τῶν νεκρῶν, ἐν ᾗ οὔτε βρῶσις, οὔτε πόσις, οὔτε γάμος, ἀλλὰ ἰσάγγελοι ἔσονται οἱ τῆς ἀναστάσεως υἱοί. Τὸ οὖν, *Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ*, οὐκ ἔχει σχῆμα βεβαιωτικὸν ἐρωτησάντων ἐν τῇ κατ' ἄγνοιαν ὑπολήψει, ἀλλὰ ἀπορητικὸν ἀμφοτέρων, τῆς τε κατὰ τὸν χρόνον καὶ τῆς κατὰ τὸν τρόπον ὑπολήψεως τῶν ἐρωτησάντων. Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος τὸν τρόπον ἐκείνης τῆς καταστάσεως, ἐν οἷς λέγει, *Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.*

A non potuerunt, pro eo atque dictum est: *Multa habeo quæ vobis dicam; sed non potestis portare modo: cum autem venerit ille Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem*[80]. Ubi vero a Spiritu sancto edocti sunt illud: *Et ventrem et escas Deus abolebit*[81]; **489** ex opinione Judaica ad sensum translati sunt, statui eorum qui ex mortuis resurgunt, convenientem: in quo neque esca neque potio, neque matrimonium est; sed angelis Dei similes erunt resurrectionis filii. Hoc ergo: *Non vestrum est, nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*[82]; non eo spectat, ut confirmentur qui opinione ducti non scienter suscepta interrogaverant, sed ut utraque interrogantium et de tempore et de modo opinio in angustias conjiciatur. Declarat vero B et Paulus status illius modum, cum dicit: *Non est regnum Dei, cibus et potus, sed justitia et pax, et gaudium in Spiritu sancto*[83].

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΓ'. Εἰ τέλειον τότε νοοῦμεν τὸ τέλειον (89) ὅτε πάντα κέκτηται τέλεια, τέλειον δὲ ἄκρως τὸ καθ' ὁτιοῦν προσθήκην ἢ αὔξησιν μὴ δεχόμενον, πῶς ὁ Θεὸς μὲν προϋπάρχων τῆς κτίσεως, ὕστερον δὲ τὴν κτίσιν ποιησάμενος, οὕτω Θεὸς τὸ δημιουργὸς ὀνομά τε καὶ πρᾶγμα προσέλαβε, καὶ ἐκ τοῦ Θεὸς εἰς τὸ καὶ δημιουργὸς εἶναι τὴν αὔξησίν τε καὶ τὴν γένεσιν δέδεκται;

QUÆST. CXIII. Si perfectum esse tum demum intelligimus id quod perfectum est, cum omnia habet suis absoluta numeris, perfectum autem id summe est, quod nullam prorsus accessionem vel incrementum recipit: quomodo Deus, qui ante creationem fuit, et postea creationem perfecit, ita opificis et nomen et rem recepit, et cum esset Deus, opifex factus est atque hoc titulo auctus?

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Ἄλλο τὸ αὐτὸ εἶναι, καὶ ἄλλο τὸ ἄλλου εἶναι. Ἄσχετον μὲν τὸ αὐτὸ εἶναι, σχετικὸν δὲ C τὸ ἄλλου εἶναι. Ἐπειδὴ οὖν τὸ τέλειον τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ αὐτὸ εἶναι, διὰ τοῦτο οὐκ αὔξει αὐτὸν τὸ ἄλλου εἶναι. Καὶ καθάπερ τὸ ἀρχὴν εἶναι ἀριθμοῦ οὐδὲν συντελεῖ τῷ ἑνὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ τελειότητα (καὶ γὰρ μὴ ὄντος αὐτοῦ ἀρχῆς ἀριθμοῦ, τέλειον ἦν· καὶ γινομένου αὐτοῦ ἀρχῆς ἀριθμοῦ, οὐκ ηὐξήθη)· οὕτως καὶ ὁ Θεὸς πρὸ τῆς κτίσεως ἦν τέλειος, καὶ μετὰ τὴν κτίσιν οὐκ ηὐξήθη. Οὐδὲν οὖν τῶν διὰ τῆς κτίσεως αὔξει Θεόν (*Σὺ* γάρ, φησὶν, *ὁ αὐτὸς εἶ*)· ἀλλὰ τὴν σχέσιν ἣν ἔχει πρὸς τὴν κτίσιν πολυτρόπως (*Σφόδρα*, φησὶν, *ὑπερυψώθης ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς*)· καὶ γὰρ ὡς Πατὴρ, καὶ Δεσπότης, καὶ κριτὴς, καὶ ποιμὴν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Καὶ καθάπερ ὁ Θεὸς μὴ ποιήσας πλείονας κόσμους (90), τὸ καὶ δύναται ποιεῖν, οὐκ ἀτελὴς ἐκ τούτου ἐδείχθη ἡ αὐτοῦ τελειότης εἰς τὸ D ὑπὲρ . . . . ον· εἰ δὲ μὴ ποιήσας πλείονας κόσμους ὁ Θεὸς οὐκ ἐμειώθη, οὐδ' ἄρα ποιήσας ἕνα κόσμον ηὐξήθη.

RESP. Aliud est idem esse, et aliud, alterius esse. Atque idem quidem esse relationem non admittit; alterius autem esse, relationem admittit. Porro cum perfectio Dei in eo sit, quod idem sit, propterea non auget eum id quod alterius est. Et quemadmodum unitati nihil confert ad perfectionem ejus, quod principium sit numeri (nam etiamsi numeri principium non esset, perfecta tamen esset; et principium numeri facta, non aucta tamen est), sic Deus quoque ante creationem perfectus erat, et post creationem auctus non est. Non igitur quidquam eorum quæ per creationem sunt, Deum adauget (*Tu enim*, inquit, *idem es*[84]), sed relationem quam ad creaturam obtinet multifariam (*Nimis*, inquit, *exaltatus es super omnes deos*[85]), tanquam Pater scilicet, et Dominus, et judex, et pastor, et quæ sunt his similia. Et quemadmodum quia non plures condidit mundos Deus, quod quidem facere potest, non idcirco illius manca perfectio quominus superexaltetur, ita nec uno mundo condito adauctus est, si minime imminutus quia plures non condidit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΡΙΔ'. Εἰ τὸ εἶναι τῇ δυνάμει τοῦ εἶναι τῇ ἐνεργείᾳ καθέστηκεν ἔλαττον, πῶς ὁ τοῦ κόσμου ποιητὴς, πρὸ τῆς τοῦ κόσμου ποιήσεως ποιητὴς ὢν

QUÆST. CXIV. Si potestate esse minus est quam actu esse, quomodo mundi conditor, cum ante mundum conditum potestate conditor fuerit, non

[80] Joan. XVI, 12. [81] I Cor. VI, 13. [82] Act. I, 7. [83] Rom. XIV, 17. [84] Psal. LI, 28. [85] Psal. XCVI, 9.

(89) *Τὸ τέλειον*. Hic apposita fuerat lacuna, sed prorsus immerito, cum sensus sit absolutus.

(90) *Κόσμους*. Neque etiam hic lacunam ferre potui. Forte legendum ὁ καὶ δύναται. Infra leg. εἰς τὸ ὑπερυψωθῆναι αὐτόν.

Digitized by Google

actu, non huic incommodo subjectus est, ut minus de eo dicatur?

RESP. Quorum operandi potestas naturali quadam necessitate constat, eorum potestas minor est quam actus. Cujus autem potestas operandi non naturali necessitate, sed propria voluntate constat, in eum minus non cadit. *Cogitasti*, inquit, *et omnia tibi adsunt.*

QUÆST. CXV. Si genu flectere in precibus magis Deo precantes commendat, quam stantes precari, ac magis divinam misericordiam conciliat: cur Dominicis diebus et a Pascha usque ad Pentecosten, genu non flectunt qui precantur? Unde autem et hæc in ecclesias ingressum habuit consuetudo?

Aliud. Si æquale nosci non potest inæquali ignorato: quomodo nosci potest corpus, incorporeo non cognito?

Aliud. Si corporea omnia instar formæ in corpore sunt, anima autem ut ratione utens, quomodo anima incorporea non est?

Aliud. Si anima instar mentis operari potest, operatur autem anima instar mentis, cum seipsam a sensu omni segregat: quomodo in seipsa non est anima?

QUÆST. VI. 5. Quomodo differt Deus ab anima?

RESP. Ut opifex et dominus ab eo differt, quod opificem et dominum habet, et ab ente id quod supra ens est.

QUÆST. VII. 10. Si voluntate Deus facit, num instrumento utens, aut sine instrumento?

RESP. Non indiget Deus ulla re, quæ extra ipsius naturam sit, atque ut absque instrumento vult, ita et absque instrumento facit. Si enim simulatque vult aliquid, id exsistit eo volente, quomodo instrumentorum creatorum supervacaneus non sit usus?

QUÆST. VIII. 11, 12. Si sine voluntate facit Deus, utrum citra rationem facit sine cogitatione et consideratione, an cum aliquo judicio? Et si cum judicio, quanam re indiget ut ei opus sit judicio? Si sine judicio, qua tandem ratione?

RESP. Si nota sunt Deo opera ejus, quæ autem nota sunt, ratione nota sunt: quomodo non ratione Deus cognoscit ea quæ facit? Porro cum cogitatione et consideratione et judicio aliquid facere, nostrorum est artificum, qui per hæc ad eorum, quæ faciunt, finem meliorem pertingunt; Deus vero, cui neque ad cognitionem quidquam accedit, neque decedit, nulla harum rerum indiget.

QUÆST. IX. 13. Si id quod omnino genitum est, incorruptibile esse potest, quanam id ratione?

RESP. Quorum incorruptibilitas ex alterius de-

(28) *Τό τε εἶναι.* Ita emendavit Sylburgius quod apud Stephanum legebatur ποτὲ εἶναι.

(29) *Ἡ χρῆσις.* In margine codicis Clarom. legitur ἡ φύσις, et in ipso contextu χρῆσις. Stephanus scripsit ἡ φύσις.

Digitized by Google

pendet voluntate, ea nequeunt ingenite esse incorruptibilia : quapropter solum Deum dicimus habere immortalitatem, quia ex sua ipsius natura, non ex alterius voluntate, hæc illi adest.

Aliud. Deus si supra incorruptibilia est, tanquam eorum conditor, supra ingenitum autem non est : non enim est ingenitorum opifex : proinde si quid incorruptibile est, necessario non consequitur ut id etiam ingenitum sit.

Aliud. Si incorruptibilis Deus est sua ipsius natura, incorruptibilis vero et anima, opificis voluntate : quomodo in tanta incorruptibilitatis differentia ex sententia vestra sequitur, ut quod incorruptibile est, etiam ingenitum sit?

541 *Aliud.* Si quid ergo confert ad constitutionem corruptibilium, quomodo rebus corruptibilibus incorruptibiles non subserviunt, cum causa incorruptibilitatis earum ad hujusmodi ipsas adducat ministerium? Sed si ita est, liquet fieri posse ut aliquis incorruptibilis sit ob aliquam utilitatem, ingenitus vero nequaquam. Quod enim ingenitum est, id absque ulla prorsus utilitatis causa oportet esse ingenitum.

Aliud. Si primum quidem corpus est elementum, secundum autem corpus, id quod est ex elementis, id autem corpus, quod ex elementis est, non potest esse ingenitum : nihil enim ingenitum posterius esse potest genito : quomodo, si ea, quæ ex elementis sunt, corpora, incorruptibilia sunt, genita non erunt incorruptibilia?

Aliud. Si omnia elementa genita sunt, quomodo nugatorium non est, ea quæ ex elementis sint, ingenita dicere? Nam si materia per se ipsam neque elementum est, neque substantia; qualitate tamen et quantitate accepta, elementum fit et substantia : quomodo ea, quæ ex hujusmodi perficiuntur elementis, esse etiam possunt ingenita, si illis contingat ut sint incorruptibilia?

Aliud. Si aliud est corpus, et aliud incorruptibile corpus, et aliud corruptibile corpus : ob differentiam autem incorruptibilitatis et corruptibilitatis corpus dividitur in incorruptibile et corruptibile corpus : quomodo necesse non est, proprium illius esse quod dividitur corporis, ut genitum sit aut ingenitum? Sin horum nihil proprium illius est quod dividitur corporis, annon corpus quod dividitur, neque genitum erit, neque ingenitum? At enim si hoc impossibile est, ut quod dividitur corpus, neutrum istorum sit, necesse profecto erit ut, quod dividitur corpus, id statuatur esse incorruptibile corpus et corruptibile; in hæc enim dividitur id quod dividitur corpus.

QUÆST. X. 14. Si id interit, quod a Deo factum est, cujus pravitate interit, an factoris, an ejus quod factum est, aut etiam alicujus externi, qui factoris sit adversarius?

RESP. Neque ex Creatoris, neque ex adversarii

(30) *Ἑαυτοῦ.* Id prorsus expungendum.

A λῆς ἐξήρτηται, ταῦτα οὔ δύναται ἀγενήτως ἄφθαρτα εἶναι· διὸ μόνον τὸν Θεὸν λέγομεν ἔχειν ἀθανασίαν, ὅτι ἐκ τῆς οἰκείας φύσεως, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἑτέρου βουλῆς, πρόσεστιν αὐτῷ ταῦτα.

Ἄλλο. Ὁ Θεὸς εἰ ὑπὲρ μὲν τοὺς ἀφθάρτους ἐστὶν, ὡς τούτων ποιητὴς, ὑπὲρ δὲ τὸ ἀγένητον οὐκ ἔστιν· οὐδὲ γάρ ἐστιν τῶν ἀγενήτων δημιουργός· οὐκ ἄρα ἕπεται τῷ ἀφθάρτῳ τὸ ἀγένητον.

Ἄλλο. Εἰ ἄφθαρτός ἐστιν ὁ Θεὸς τῇ αὐτοῦ φύσει, ἄφθαρτος δὲ καὶ ἡ ψυχὴ τῇ ἑαυτοῦ (30) βουλήσει τοῦ δημιουργοῦ· πῶς ἐν τοσαύτῃ ἀφθαρσίας διαφορᾷ ἕπεταί καθ' ἡμᾶς (31) τῷ ἀφθάρτῳ τὸ ἀγένητον;

B Ἄλλο. Εἰ οὖν πρὸς σύστασιν τῶν φθαρτῶν, πῶς οὐκ εἰσὶ τῶν φθορίμων πραγμάτων τὰ ἄφθαρτα ὑπουργικὰ, τῇ αἰτίᾳ τῆς ἀφθαρσίας αὐτῶν πρὸς τὴν τοιαύτην ἀφέλειαν αὐτὰ ὑπάρχειν; Ἀλλ' εἰ τοῦτο, δῆλον, ὅτι ἄφθαρτα μὲν γένοιτο χρείαν τινὰ δύναταί τις ἔχειν, ἀγεννησίαν δὲ οὐχέτι· τὸ γὰρ ἀγένητον, χωρὶς πάσης χρειώδους αἰτίας, δεῖ ὑπάρχειν ἀγένητον.

Ἄλλο. Εἰ πρῶτον μὲν σῶμα τὸ στοιχεῖον, δεύτερον δὲ σῶμα τὸ ἐκ στοιχείων· τὸ δὲ ἐκ στοιχείων σῶμα οὐκ ἐνδέχεται εἶναι ἀγένητον· οὐδὲν γὰρ ἀγένητον ὕστερόν εἶναι δύναται γενητοῦ. Πῶς, εἰ ἔστι τὰ ἐκ στοιχείων σώματα ἄφθαρτα, οὐ γενητὰ ἔσονται ἄφθαρτα;

C Ἄλλο. Εἰ γενητὰ πάντα τὰ στοιχεῖα, πῶς οὐκ ἔστι ληρῶδες τὸ τὰ ἐκ στοιχείων λέγειν ἀγένητα; Ἐπεὶ γὰρ ἡ ὕλη καθ' ἑαυτὴν μὲν οὐκ ἔστιν οὔτε στοιχεῖον οὔτε οὐσία, προσλαβοῦσα δὲ ποιότητά τε καὶ ποσότητα, στοιχεῖον γίνεται καὶ οὐσία· πῶς τὰ ἐκ τῶν τοιούτων στοιχείων ἀποτελούμενα δύναται εἶναι καὶ ἀγένητα, εἰ συμβαίη αὐτοῖς εἶναι ἄφθαρτα;

Ἄλλο. Εἰ ἄλλο τὸ σῶμα, καὶ ἄλλο τὸ ἄφθαρτον σῶμα, καὶ ἄλλο τὸ φθαρτὸν σῶμα· κατὰ δὲ τὴν διαφορὰν ἀφθαρσίας τε καὶ φθορᾶς διαιρεῖται τὸ σῶμα εἰς ἄφθαρτόν τε καὶ φθαρτὸν σῶμα· πῶς οὐκ ἔστιν ἀνάγκη ἴδιον εἶναι τοῦ διαιρουμένου σώματος τὸ γενητὸν ἢ τὸ ἀγένητον; Εἰ δὲ οὐδὲν τούτων ἴδιόν ἐστι D τοῦ διαιρουμένου σώματος, πῶς οὐκ ἔσται τὸ διαιρούμενον σῶμα οὔτε γενητὸν οὔτε ἀγένητον; Εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον τὸ μηδέτερον εἶναι τὸ διαιρούμενον σῶμα, ἀνάγκη ἄρα ἐστὶ τεθῆναι τὸ διαιρούμενον σῶμα, τοῦτο εἶναι τὸ ἄφθαρτον σῶμα καὶ τὸ φθαρτὸν, εἰς ἃ διαιρεῖται τὸ διαιρούμενον σῶμα.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ. Εἰ φθείρεται τὸ γινόμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τίνος κακίᾳ φθείρεται· τοῦ ποιήσαντος, ἢ τοῦ γεγονότος, ἢ τινος ἔξωθεν ὑπεναντίου γινομένου τῷ ποιήσαντι;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. Οὔτε ἐκ τῆς τοῦ πεποιηκότος κακίας

(31) *Καθ' ἡμᾶς.* Leg. καθ' ὑμᾶς.

Digitized by Google

οὔτε ἐκ τῆς τοῦ ὑπεναντίου φθείρεται τὰ φθειρόμενα, ἀλλὰ τῷ ὅρῳ τοῦ δημιουργοῦ τοῦ ἐργαζομένου ἐν μὲν τοῖς καθέκαστον τὴν φθορὰν, ἐν δὲ τοῖς καθόλου τὴν ἀφθαρσίαν. Εἰ γὰρ ἐκ τῶν εἰρημένων τινὸς κακίας ἐφθείρετο τὰ φθειρόμενα, ὅλον ἂν τὸ γένος ἔφθείρετο, καὶ τὸ καθέκαστον καὶ τὸ καθόλου. Εἰ γὰρ δῶμεν ἐκ τινος κακίας εἶναι τὴν φθορὰν, οὐκ ἂν διεσώθη ἐν τοῖς φθειρομένοις τὸ γένος τῶν γινομένων ἄφθαρτον (32), εἷς κακίας ὥσπερ τοῦ καθέκαστον, οὕτω καὶ τοῦ καθόλου κυριευούσης. Εἰ δέ τινος κακίᾳ τὸ καθόλου φθαρῆναι ἀδύνατον, οὐδ' αὖ τὸ καθέκαστον τινὸς φθείρεται κακίᾳ, ἀλλὰ τῷ ὅρῳ τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς οὖσι κακία τις δυναμένη κωλῦσαι τὴν γένεσιν, οὐδ' ἄρα ἐστὶν ἐν τοῖς οὖσι κακία τις ἡ φθείρουσα τὸ γένος.

A vitio corrumpuntur, quæ corrumpuntur, sed opificis fit præscripto, qui in singulis corruptionem, in universis autem incorruptibilitatem efficit. Nam si alicujus eorum, quæ dicta sunt, vitio corrumperentur quæ corrumpuntur, genus totum interiret, et singulorum, et universorum. Si enim concederemus corruptionem ex alicujus esse vitio, non conservaretur eorum quæ gignuntur in pereuntibus genus incorruptibile, pravitate sicut in singulos, ita quoque in universos imperium habente. Quod si alicujus vitio universa corrumpi non possunt, neque etiam singula alicujus vitio corrumpuntur, sed Dei præscripto. Nam si nulla in rebus vitiositas, quæ generationem prohibere possit, neque etiam ulla est, quæ genus corrumpat.

B

ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ

πρὸς τὰς προρρηθεῖσας ἐρωτήσεις περὶ αὐτῆς.

α'. Τὸ τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἢ γενέσθαι ἰχθυόβρωτον, καὶ τὸν ἰχθὺν ἀνθρωποβρῶτον, οὔτε τὸν ἄνθρωπον εἰς ἰχθὺν ἀναλύει οὔτε τὸν ἰχθὺν εἰς ἄνθρωπον· ἀλλ' ἑκατέρου ἡ ἀνάλυσις γίνεται εἰς τὰ στοιχεῖα ἐξ ὧν τὴν ἀρχὴν συνετέθησαν. Εἰ καὶ ὁ τρόπος τῆς ἑτέρων (33) ἀναλύσεως γίνεται διὰ τῆς ὑπ' ἀλλήλων βρώσεως· ἀλλὰ πάσης ἀναλύσεως τῆς καθ' οἱονδήποτε τρόπον γιγνομένης τὸ τέλος ἐστὶ τὸ εἰς τὰ στοιχεῖα χωρεῖν τὰ ἀναλυόμενα. Οὐ χρὴ οὖν διὰ τὴν ὑπ' ἀλλήλων βρῶσιν ἀνθρώπου καὶ ἰχθύος σεσοφισμένην κατασκευάζειν ἀπορίαν ἀναιρετικὴν ἀναστάσεως, ἀλλὰ πρὸς τὴν δύναμιν ἀφορᾶν τοῦ Θεοῦ, τοῦ μὴ μόνον ἐπαγγελλομένου ποιεῖν τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἤδη ἠργμένης ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ βεβαίαν παρεσχηκότος ἡμῖν ταύτης τὴν πίστιν. Ἀλλ' εἰ τὰ στοιχεῖα ὑπόκειται εἰς τὴν κτίσιν τῶν γινομένων καὶ εἰς ἀνάκτισιν τῶν φθαρέντων, πῶς, εἰ ἄπιστον καὶ ἀδύνατον ἡγεῖται ὃν τὴν ἀνάκτισιν τῶν φθαρέντων, οὐκ ἄπιστος καὶ ἀδύνατος ἔσται καὶ ἡ κτίσις τῶν γινομένων τὴν ἀρχήν; Ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον.

15. RESPONSIONES DE RESURRECTIONE

ad eas quæ de ipsa propositæ sunt quæstiones.

1. Quod homo sit aut fiat esca piscium, et piscis esca hominum, neque hominem in piscem, **542** neque piscem in hominem resolvit, sed utriusque resolutio in elementa ea transit, unde est primitus utrumque compositum. Quamvis modus partium resolutionis in eo positus sit, quod alter alterum comedat; at omnis resolutionis, quocunque tandem modo fiat, finis est ut quæ resolvuntur abeant in elementa. Minime ergo oportet, eo quod ab invicem comedantur homo et piscis, per cavillationem instituere dubitationem, quæ resurrectionem tollat; sed ad potentiam Dei respiciendum, qui non modo C mortuos se resuscitaturum esse pollicetur, verum etiam per eam, quæ jam præcessit, Salvatoris nostri Christi resurrectionem, certam nobis illius fidem suppeditavit. Porro si elementa subjiciuntur ad eorum quæ generantur creationem, et ad eorum quæ intereunt restitutionem: quomodo, si incredibilis atque impossibilis esse eorum, quæ intereunt, existimatur restitutio, non incredibilis atque impossibilis etiam erit eorum quæ fiunt creatio? Quod quidem absurdum.

β'. Οὔτε τὴν κτίσιν τοῦ κόσμου οὔτε τὴν ἀνάκτισιν αὐτοῦ πιστεύουσιν Ἕλληνες. Ἀλλ' εἰ μὲν ἀληθεύουσι τὸ πρῶτον, οὕτως ἂν γένοιτο δῆλον. Λέγουσι γὰρ τὸν χρόνον εἶναι ἀΐδιον. Ἀλλ' εἰ μὲν ὁ χρόνος ἐστὶν ἀΐδιος, ἀνάγκη ἄρα καὶ τὰ μέρη τοῦ χρόνου εἶναι ἀΐδια, τουτέστι, τάς τε ὥρας, καὶ τὰς ἡμέρας, τούς τε μῆνας, καὶ τὸν ἐνιαυτόν. Εἰ δὲ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀΐδια διὰ τὸ εἶναι ἐν αὐτοῖς τὰ μὲν πρότερα, τὰ δὲ ὕστερα, οὐδὲ ἄρα ὁ κόσμος, ὢν ἐν τῷ χρόνῳ, δύναται εἶναι ἀγένητος.

2. Nec creationem mundi nec restitutionem credunt Græci. An autem merito primum rejiciant, hoc modo perspicuum fiat. Dicunt namque tempus esse æternum. Sed si tempus æternum est, tempo- D ris quoque partes æternas esse necesse est, hoc est horas et dies et menses et annum. Sin hæc æterna non sunt, propterea quod in eis quædam priora, quædam posteriora sint, neque mundus utique, qui in tempore est, ingenitus esse potest.

γ'. Διὰ δύο πράγματα χρὴ ἀπιστεῖν τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, ἢ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν ἐγείρειν τοὺς νεκροὺς, ἢ διὰ τὸ μὴ λυσιτελεῖν τοῖς ἀνι-

3. Duabus de causis oportet homines non credere mortuorum resurrectionem: vel quod Deus non possit resuscitare defunctos, vel quod utile non sit

(32) *Οὐκ ἂν διεσώθη ἐν τοῖς φθειρομένοις τὸ γένος τῶν γινομένων ἄφθαρτον.* Multo aptius legeremus ἐν τοῖς γινομένοις τὸ γένος τῶν φθειρομένων ἄφθαρτον. *Non conservaretur in iis qui nascuntur, genus pereuntium incorruptibile.* — *Ex Addendis et Emendandis.*

(33) *Ἑτέρων.* Vitiosam esse hanc scripturam subodoratus est Sylburgius, pro qua proponit ἑκατέρων. Sed sensus non videtur hac emendatione melior futurus. Itaque legendum potius existimem μελῶν vel μερῶν.

Digitized by Google

resurgentibus esse incorruptibilibus. Horum autem alterum impium est, alterum ridiculum. Quod si ita est, quomodo non ex impietate et risu constat eorum disputatio, qui mortuorum non credunt resurrectionem?

4. Quæ Deus creat suapte vi et sponte, ea jussione sua creat: ejusque jnssioni coætanea est eorum, quæ ab ipso creantur, exsistentia. *Considerasti*, inquit, *et produxisti*. Sed si hoc convenienter de Deo dicitur; quomodo qui resurrectionem non credit, non is etiam Deo credere detrectat, talem ipsi inesse potestatem? Non enim ulla re alia resurgentes ex mortuis egent quam jussu Dei.

5. Si verum est illud, *Eorum, quæ præter opinionem sunt, perficiendorum rationem reperit Deus*, sicuti profecto verum est: quomodo id falsi non arguit, qui mortuorum non credit resurrectionem?

6. Si facta restitutione, necessario omnis de opifice mundi et operibus ejus inter homines tollitur dissensio: quomodo mundi restitutio non pulchrior erit mundi creatione? Nam propter restitutionem pulchra est ipsa etiam **543** creatio. Illa vero ut impossibili rejecta, quomodo non deterrima erit mundi creatio?

7. Aliud est quod omnino est impossibile, et aliud quod alicui est impossibile. Omnino impossibile est diametrum ejusdem cum latere esse mensuræ. Alicui impossibile est, ut naturæ, absque satu animal procreare. Utri igitur impossibilium istorum resurrectionem subjiciunt, qui eam non credunt? Si priori, falsa ratio, non enim restitutionis nomine repugnat diametri cum latere æqualitas; resurgentes autem per restitutionem resurgunt. Sin posteriori: at Deo omnia possibilia sunt, quæ alicui impossibilia sunt.

8. Si in præsenti vita pius ab impio sola spe differt: quomodo, qui futurorum spem tollit, non etiam pii et impii tollit differentiam?

9. Si absque singulis non potest esse universitas: quomodo, si singula sint creata, non quoque creata erit universitas? At hoc si ita est, quomodo falsum non est, hominem, et partes creaturæ reliquas Deo esse coæternas, veluti si creatus Plato, quomodo non creatus homo?

10. Quomodo Græci, dum supponunt æternum esse mundum, ea statuerunt, quæ necessario ex hac re supposita sequuntur? Sed si, ut volunt, æternus

σταμένοις εἶναι αὐτοὺς ἀφθάρτους. Τούτων δὲ τὸ μὲν ἔστιν ἀσεβὲς, τὸ δὲ γελοῖον. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, πῶς οὐκ ἐκ τῆς ἀσαφείας (34) καὶ γέλωτος συνέστηκεν ὁ λόγος τῶν ἀπιστούντων τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν;

δ'. Ἃ ποιεῖ ὁ Θεὸς αὐτουργικῶς, ταῦτα προστάγματι ποιεῖ· σύγχρονος δὲ τῷ προστάγματι τοῦ Θεοῦ ἡ ὕπαρξις τῶν ὑπ' αὐτοῦ ποιουμένων. *Διεγοήθης*, φησὶ, *καὶ παρέστης* (35). Ἀλλ' εἰ τοῦτο ἁρμοδίως εἴρηται περὶ τοῦ Θεοῦ, πῶς ὁ ἀπιστῶν τὴν ἀνάστασιν οὐκ ἀπιστεῖ καὶ τῷ Θεῷ τὸ ἔχειν τὴν τοιαύτην δύναμιν; Οὐδὲ γὰρ ἑτέρου τινὸς δέονται οἱ ἀνιστάμενοι ἐκ τῶν νεκρῶν, πλὴν τοῦ προστάγματος τοῦ Θεοῦ.

ε'. Εἰ ἀληθές ἐστι τὸ, *Τῶν ἀδοκήτων* (36) *πόρον εὗρε Θεὸς*, καθάπερ οὖν καὶ ἀληθὲς, πῶς οὐ ψευδῆ τὸν λόγον ποιεῖ ὁ τῶν νεκρῶν ἀπιστῶν τὴν ἀνάστασιν;

ς'. Εἰ, γινομένης τῆς ἀνακτίσεως, ἐξ ἀνάγκης ἀναιρεῖται πᾶσα ἡ περὶ τοῦ δημιουργοῦ τοῦ κόσμου κατὰ τῶν ἔργων (37) αὐτοῦ ἐν ἀνθρώποις διχόνοια, πῶς οὐκ ἔσται τοῦ κόσμου ἡ ἀνάκτισις καλλίων τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως; Διὰ γὰρ τὴν ἀνάκτισιν καλὴ καὶ ἡ κτίσις· ἐκείνης δὲ ἀπιστουμένης ὡς ἀδυνάτου, πῶς οὐ κάκιστος (38) ἔσται ἡ τοῦ κόσμου κτίσις;

ζ'. Ἄλλο τὸ πάντη ἀδύνατον, καὶ ἄλλο τὸ τινὶ ἀδύνατον. Πάντη μὲν ἀδύνατόν ἐστιν ὡς τῇ διαμέτρῳ τὸ σύμμετρον εἶναι τῇ πλευρᾷ· τινὶ δὲ ἀδύνατόν ἐστιν ὡς τῇ φύσει τὸ χωρὶς σπέρματος ποιεῖν ζῶον. Τίνι τούτων τῶν ἀδυνάτων ὑποβάλλουσι τὴν ἀνάστασιν οἱ ταύτην ἀπιστοῦντες; Ἀλλ' εἰ μὲν τῷ πρώτῳ, ψευδὴς ἐστιν ὁ λόγος· οὐ γὰρ κατὰ ἀνάκτισιν ἀσύμμετρος (39) γίνεται ἡ διάμετρος τῇ πλευρᾷ· οἱ δὲ ἀνιστάμενοι κατὰ ἀνάκτισιν ἀνίστανται. Εἰ δὲ τῷ τινὶ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ πάντα δυνατὰ τὰ τινὶ ἀδύνατα.

η'. Εἰ ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου ὁ εὐσεβὴς τοῦ ἀσεβοῦς ἐλπίδι μόνῃ διαφέρει, πῶς ὁ ἀναιρῶν τῶν μελλόντων τὴν ἐλπίδα οὐκ ἀναιρεῖ εὐσεβοῦς τε καὶ ἀσεβοῦς τὴν διαφοράν;

θ'. Εἰ χωρὶς τοῦ καθέκαστον ἀδύνατόν ἐστιν ὑπάρχειν τὸ καθόλου, πῶς, εἰ κτιστὸν τὸ καθέκαστον, οὐ κτιστὸν ἔσται καὶ τὸ καθόλου; Ἀλλ' εἰ τοῦτο, πῶς οὐκ ἔστι ψευδὲς τὸ συναΐδιον εἶναι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς κτίσεως τῷ Θεῷ; οἷον, εἰ κτιστὸς ὁ Πλάτων, πῶς οὐ κτιστὸς ὁ ἄνθρωπος;

ι'. Πῶς οἱ Ἕλληνες, ὑποθέμενοι τὸ ἀΐδιον εἶναι τὸν κόσμον, τὰ τῇ ὑποθέσει ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα ἐδογμάτισαν; Ἀλλ' εἰ μὲν ἦν κατ' αὐτοὺς ἀΐδιος ὁ κόσμος,

(34) *Ἀσαφείας*. Sylburgius et Langus probe viderunt legendum esse *ἀσεβείας*.

(35) *Καὶ παρέστης*. Existimat Sylburgius legendum *πάρεστι* ut in Resp. ad Quæst. 114. His autem verbis Pseudo-Justinum respicere putat ad illud Psalmi CXIII : *Omnia quæcunque voluit fecit.*

(36) *Τῶν ἀδοκήτων*. Versus Euripidis, ut monet Sylburgius, ex epilogo Alcestidis et Medeæ.

(37) *Κατὰ τῶν ἔργων*. Langus et Sylburgius καὶ τῶν ἔργων.

(38) *Κάκιστος*. Miror hanc vocem displicere Sylburgio, qui mallet ἄκτιστος vel ἄπιστος. Infra idem docet, nempe si nulla sit futura resurrectio, multo futurum fuisse præclarius nos omnino non esse. — Lege κακίστη. Edit. Patrol.

(39) *Ἀσύμμετρος*. Langus legit σύμμετρος. Sed prorsus immerito.

Digitized by Google

εὐλόγως ἂν ἔλεγον μὴ ἔσεσθαι τοῦ κόσμου τὴν ἀνάκτισιν. Τοῦ γὰρ κτιστοῦ κόσμου ἐστὶν ἡ ἀνάκτισις, καὶ οὐχὶ τοῦ ἀκτίστου· ὅτι δὲ οὐκ ἔστιν ἄϊδιος ὁ κόσμος, δῆλον ἐκ τοῦ μὴ εἶναι τὸν ἄνθρωπον συναΐδιον τῷ Θεῷ. Εἰ γὰρ συναΐδιον τῷ Θεῷ τὸ καθόλου, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ καθέκαστον· εἰ δὲ μὴ τὸ καθέκαστον, οὐδὲ τὸ καθόλου.

A esset mundus, merito negarent futuram mundi restitutionem. Nam creati mundi restitutio est, non increati. Mundum autem non esse æternum, ex eo patet, quod homo non sit Deo coæternus. Si enim Deo coæterna essent universa, necessario et singula. Si minus singula, neque etiam universa.

ια'. Τὸ ἐφάπαξ πάντας τοὺς ἀνθρώπους διὰ τῆς ἀνακτίσεως εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀφθάρτους μεταγαγεῖν, πολὺ θειωδέστερον ὑπάρχει κατὰ μ (40). . . . . τοῦ αὐτοὺς εἰς τὴν θνητὴν ταύτην κατάστασιν, ἐν ᾗ νῦν ἐσμεν, εἰσάγειν. Ἐφύλαττε δὲ ἡμῖν τὸ κατάλληλον καὶ θειωδέστερον ὡς ὕστερον (41), ὡς ἐν αὐτῷ τότε τῆς ἡμῶν ὑποστάσεως κείμενον· οὗ εἰ ἀπεστερημένοι ἦμεν κατὰ τοὺς ἀπιστοῦντας τὴν ἀνάστασιν, πόσῳ μᾶλλον ἂν ἦν κάλλιον τὸ μὴ εἶναι τοῦ εἶναι ἡμᾶς; Ἄχρηστον γὰρ πᾶν τὸ στερούμενον τοῦ οἰκείου τέλους.

11. Semel omnes homines per restitutionem in eum statum transferre, in quo incorruptibiles sint, multo divinius et convenientius est, quam eos in mortalem hunc statum, in quo nunc sumus, adducere. Servavit autem nobis in posterum id quod conveniens et divinius est, quippe cum in eo positus sit nostræ constitutionis finis. Quo quidem si privaremur, secundum eos qui resurrectionem non B credunt: quanto præclarius foret nos non esse, quam esse? Inutile enim quidquid proprio fine privatur.

ιβ'. Εἰ δυνατόν[7] τινι ὑπὲρ τοῦ μὴ ὄντος πράγματος τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς προτιμῆσαι τὸν θάνατον, πῶς, εἰ καθ' ὑμᾶς οὐκ ὄντος ἀληθοῦς τοῦ περὶ τῆς ἀναστάσεως δόγματος, ὑπὲρ τούτου τῆς ἑαυτῶν ζωῆς προετίμησαν οἱ μάρτυρες τὸν ἑαυτῶν θάνατον; Ποίας δὲ ἄλλης θρησκείας πολυτρόποις βασάνοις τε καὶ θανάτοις ἐβεβαιώθη τὸ δόγμα τῆς ἑαυτῶν θρησκείας, λέγω δὴ τῶν Χριστιανῶν περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως;

12. Si nemo pro re commentitia mortem vitæ suæ anteponere potest, quomodo, si ut vultis vera non est resurrectionis doctrina, pro ea vitæ suæ martyres mortem prætulerunt? Quænam autem alia religio est, cujus doctrina variis cruciatibus et mortibus confirmata fuerit, nisi Christianorum de mortuorum resurrectione?

ιγ'. Εἰ ἃ μὴ πιστεύουσιν Ἕλληνες, ταῦτα οὔτε ἐστὶν οὔτε ἔσται· ἐν τῇ γνώσει ἄρα τῶν Ἑλλήνων κεῖται τῶν ὄντων ἡ ὕπαρξις. Πῶς οὖν ἐν τοῖς πλείστοις τῶν κυριωτάτων δογμάτων ἑαυτοῖς τε καὶ ἀλλήλοις μαχόμενοι δείκνυνται; Ἡ γὰρ τοιαύτη μάχη οὐκ ἐᾷ κεῖσθαι ἐν τῇ γνώσει τῶν Ἑλλήνων τῶν ὄντων τὴν ὕπαρξιν.

13. Si, quæ Græci non credunt, ea nec sunt, nec erunt, in Græcorum profecto cognitione posita est rerum exsistentia. Quomodo ergo in plerisque præ- C cipuarum opinionum et secum ipsi et inter se pugnare reperiuntur? Non enim ejusmodi pugna patitur in Græcorum cognitione positam esse rerum exsistentiam.

ιδ'. Εἰ τῇ παραδόσει θεασαμένων τὸν ἀρχηγὸν τῆς ἀναστάσεως ἀναστάντα ἐκ τῶν νεκρῶν εἰς ἀθάνατον ζωὴν ἀπιστοῦσιν· ἀλύτῳ δὲ ἀποδείξει λύειν τὸ τῆς ἀναστάσεως δόγμα ἀσθενοῦσι. Τὸ γὰρ ἰχθυόβρωτον γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον ἀπορίαν ἔχει, ἀπόδειξιν δὲ οὔ. Ἀδύνατον γὰρ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα καὶ θεότητι ὑποπεσεῖν (42) ὡς γεγονός· τοῦ δὲ πράγματος τῇ οὐσίᾳ δυνάμει (43) ἀποδεδειγμένου, οὐδεὶς συλλογισμὸς δύναται ποιήσασθαι τὴν ἀνατροπήν.

544 14. Si eorum traditioni, qui auctorem resurrectionis ex mortuis ad vitam immortalem resurrexisse viderunt, fidem non habent; at certe invicta demonstratione resurrectionis dogma refellere non valent. Nam quod homo piscibus esca fiat, quæstionem quidem habet, demonstrationem autem minime. Fieri enim non potest, ut eadem res et sub oculos, ut facta, cadat, et incredibilis esse demonstretur. Re autem ex eo, quod evenerit, possibili demonstrata; nulla illam ratiocinatio potest evertere.

ιε'. Ὁ ἥλιος ὅτε ἐστὶν ὑπὲρ τὴν γῆν, ὑπὸ τὴν γῆν οὐκ ἔστι· καὶ ὅτε ἐστὶν ὑπὸ τὴν γῆν, ὑπὲρ τὴν γῆν οὐκ ἔστι. Πῶς οὖν ἄϊδιος καθ' ὑμᾶς οὗτος, τὸ εἶναι αὐτὸν ὑπὲρ τὴν γῆν ἢ ὑπὸ τὴν γῆν ἀϊδίως οὐκ ἔχων; Εἰ δὲ τὸν οὐκ ἀΐδιον ὡς ἀΐδιον ὑπολαμβάνουσιν Ἕλ- D

15. Sol quando supra terram est, sub terra non est: et quando sub terra est, supra terram non est. Quonam ergo modo is, secundum vos, æternus est: cum æternus ei non sit vel supra terram, vel sub terra status? Quod si eum, qui æternus non

[7] Leg. ἀδύνατον, et mox πῶς οὖν.

(40) *Κατὰ. . . μ.* Explet hanc lacunam Sylburgius legendo κατὰ μέγεθος vel κατὰ μεγαλειότητα. Sed cum mox legatur, ἐφύλασσε δὲ ἡμῖν τὸ κατάλληλον καὶ θειωδέστερον, hic etiam legendum videtur θειωδέστερον ὑπάρχει καὶ κατάλληλον. Confirmat hanc lectionem Claromontanus codex, cujus ad marginem legitur κατὰ μέλη ἢ κατὰ μᾶλλον.

(41) *Ὡς ὕστερον.* Legit Sylburgius εἰς ὕστερον, et mox τὸ τέλος.

(42) *Καὶ θεότητι ὑποπεσεῖν.* Corruptissimus locus fortasse sanabitur, si legamus θέᾳ τε ὑποπεσεῖν. Sed manca adhuc erit ratiocinatio, nisi expleamus quæ exciderunt, id quod in interpretatione sum conatus. Eodem fere modo Gelenius: *Fieri enim non potest, ut eadem res et impossibilis demonstretur et facta ostendatur.*

(43) *Οὐσίᾳ δυνάμει.* Hæc quoque corruptissima sunt. Ita reddidi quasi scriptum esset τῇ παρουσίᾳ δυνατοῦ.

Digitized by Google

est, æternum opinantur Græci: quomodo fide digni erunt legislatores, dum futuram non esse resurrectionem mortuorum sanciunt?

16. Quod nunc supra, nunc infra est, id ex eorum numero est, quæ aliquando non sunt, nec supra videlicet nec infra. Quomodo igitur sol æternus, qui antequam supra esset aut infra, non fuit? Qui ergo solem natura sua genitum ignorant, iis mortuos resurgere negantibus quomodo non absurde illi crederent, quorum resurrectionis auctor jam illorum primogenitus resurrectione factus est?

17. Cum valida est effectoris potentia, tum et materia ad effectionem operis idonea. Sed si quis mortuus Deo idoneus est ad resuscitationem, necessario et omnis. At si non omnis, nemo prorsus. Non sunt autem cogitationibus nostris metienda opera Dei. Nam supra mentem et sensum et rationem sunt opera Dei. In quibus hoc quoque est, ut etiam voratus a piscibus mortuus necessario in vitam redeat, quamvis ei ab aliquo corrumpi contigerit.

18. Quomodo verum esse potest, Dominum et vivis dominari et mortuis, cum ex sententia vestra potentiam non habeat alterum in alterum transmutandi?

19. Si deteriorum quidem Deus conditor, meliorum autem non item, quomodo id non est infirmitatis Dei indicium? quod sane dictu impium. Sin æqua Dei potestas est ad utrumque condendum, cur resurrectionem non creditis mortuorum, qui ad incorruptibilitatem resurgunt?

20. Si Deo ad efficiendum potestas est, nobis autem accipere utile est, ut nos ex hac calamitosa et corruptibili vita ad beatum et incorruptibilem statum per resurrectionem potius perducat, quam ut ex laboriosa philosophorum vita, in ærumnosum laborem formicarum, Græcos philosophos transferat per metempsychosim: quid magis ridiculum, quam hoc quidem testimoniis comprobatum non credere, illud autem, cum subsistere nequeat, fide complecti, et statuere Platonem, qui olim Athenis philosophatus, tandem formicam fieri?

545 21. Si secundum Græcos Deus, quia est, et non quia vult, homines efficit: quomodo Plato aliquando est animal ratione præditum et homo, aliquando animal rationis expers et formica per metempsychosim? Quod si ex eo quod Deus sit, sequitur Platonem hominem fieri, necesse erit ut Platone ex homine formica facto, Deus etiam ab eo quod est mutetur. Sin Plato quidem transmutatur, Deus vero ab eo quod est non transmutatur, quomodo quia est, et non quia vult Deus homines efficit?

22. Si opus Dei non interit, homo autem interit; non ergo erit homo Dei opus ex eorum, qui hoc dicunt, sententia.

23. Si genus nostrum ad id ut sit producitur per generationem, et ab eo quod est abducitur per corruptionem, quomodo fieri potest ut Deus non vo-

A ληνες, πῶς ἔσονται ἀξιόπιστοι νομοθέται τοῦ μὴ ἔσεσθαι τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν;

ις'. Τὸ ποτὲ μὲν ἄνω, ποτὲ δὲ κάτω, τῶν ποτὲ οὐκ ὄντων ἐστὶν, οὔτε ἄνω, οὔτε κάτω. Πῶς οὖν ἀΐδιος ὁ ἥλιος, ὁ πρὸ τοῦ εἶναι ἄνω ἢ κάτω οὐκ ὤν; Τοῖς οὖν τὸν ἥλιον κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν γεννητὸν ὄντα μὴ ἐπισταμένοις, πῶς οὐκ ἄτοπον τούτοις πιστεύειν περὶ τοῦ μὴ ἀνίστασθαι τοὺς νεκροὺς, ὧν ὁ ἀρχηγὸς τῆς ἀναστάσεως πρωτότοκος αὐτῶν ἤδη γέγονεν ἐκ τῆς ἀναστάσεως;

ιζ'. Ὅτε ἡ δύναμις ἰσχύει τοῦ ποιοῦντος, τότε καὶ ἡ ὕλη ἐπιτήδειος πρὸς τὴν ποίησιν τοῦ γινομένου. Ἀλλ' εἴ τις νεκρὸς ἐπιτήδειός ἐστι τῷ Θεῷ πρὸς ἔγερσιν, ἐξ ἀνάγκης καὶ πᾶς· καὶ εἰ μὴ καὶ πᾶς, οὐδείς. Οὐ χρὴ δὲ τοῖς ἡμετέροις ἐνθυμήμασι μετρεῖν τοῦ Θεοῦ τὰ ἔργα. Ὑπὲρ νοῦν γὰρ καὶ αἴσθησιν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ τὰ ἔργα· ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸν ἰχθύβρωτον νεκρὸν ἀνάγκῃ πάλιν εἰς τὸ εἶναι ἐλθεῖν, εἰ καὶ συνέβη αὐτὸν φθαρῆναι ὑπό τινος.

ιη'. Πῶς ἐστιν ἀληθὲς τὸ ζώντων καὶ νεκρῶν κυριεύειν τὸν Κύριον, καθ' ὑμᾶς οὐκ ἔχοντα δύναμιν θατέρου εἰς ἕτερον μεταποιητικήν;

ιθ'. Εἰ ποιητὴς τῶν μὲν χειρόνων ἐστὶν ὁ Θεὸς, τῶν δὲ βελτιόνων οὐκ ἔστι, πῶς οὐκ ἔστι τοῦτο δεῖγμα τῆς τοῦ Θεοῦ ἀσθενείας; ὅπερ ἐστὶν ἀσεβὲς λέγειν. Εἰ δὲ ἴση ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις πρὸς ποίησιν ἑκατέρου, διὰ τί ἀπιστεῖτε τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν τῶν εἰς ἀφθαρσίαν ἀνισταμένων;

κ'. Εἰ Θεῷ μὲν πρὸς τὸ ποιεῖν ἐστιν οὐκ ἀδύνατον, ἡμῖν δὲ πρὸς τὸ γενέσθαι ἐστὶ λυσιτελὲς τὸ ἐκ τῆς πολυστενάκτου τε καὶ ἐμφθάρτου ζωῆς ἀγαγεῖν ἡμᾶς εἰς μακαρίαν τε καὶ ἄφθαρτον κατάστασιν διὰ τῆς ἀναστάσεως μᾶλλον ἢ ἐκ τῆς τῶν φιλοσόφων φιλοπονίας εἰς τὴν τῶν μυρμήκων φιλοπονίαν ἀναγαγεῖν τοὺς φιλοσοφοῦντας Ἕλληνας διὰ τῆς μετεμψυχώσεως, τί γελοιωδέστερον τοῦ ἐκείνῳ μὲν μεμαρτυρημένῳ ἀπιστεῖν, τοῦτο δὲ ἀσυστάτως πιστεύειν καὶ δογματίζειν· ὥστε τὸν πάλαι Ἀθηναΐζοντα φιλόσοφον Πλάτωνα ὕστερον μυρμηκίζειν;

κα'. Εἰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας τῷ εἶναι, καὶ οὐ τῷ βούλεσθαι ποιεῖ ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους, πῶς ὁ Πλάτων ποτὲ μὲν ἔστι ζῶον λογικὸν καὶ ἄνθρωπος, ποτὲ δὲ ζῶον ἄλογον καὶ μύρμηξ διὰ τῆς μετεμψυχώσεως; Εἰ μὲν ἕπεται τῷ Θεῷ τὸ γενέσθαι τὸν Πλάτωνα ἄνθρωπον, ἀνάγκη, μεταγομένου τοῦ Πλάτωνος ἐκ τοῦ εἶναι αὐτὸν ἄνθρωπον εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν μύρμηκα, μεταγενέσθαι καὶ τὸν Θεὸν τοῦ εἶναι ὃ ἐστιν· εἰ δὲ ὁ Πλάτων μὲν μεταφέρεται, ὁ δὲ Θεὸς τοῦ εἶναι ὃ ἐστιν οὐ μεταφέρεται, πῶς τῷ εἶναι, καὶ οὐ τῷ βούλεσθαι ὁ Θεὸς ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους;

κβ'. Εἰ τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ οὐ φθείρεται, ὁ δὲ ἄνθρωπος φθείρεται, οὐκ ἄρα ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος ἔργον τοῦ Θεοῦ κατὰ τοὺς τοῦτο λέγοντας.

κγ'. Εἰ τὸ γένος ἡμῶν εἰς τὸ εἶναι εἰσάγεται διὰ τῆς γενέσεως, καὶ τοῦ εἶναι ἐξάγεται διὰ της φθορᾶς, πῶς ἐνδέχεται τὸν Θεὸν τοῦ εἶναι καὶ τοῦ μὴ

Digitized by Google

εἶναι αἴτιον εἶναι, οὐ τῷ βούλεσθαι, ἀλλὰ τῷ εἶναι αὐτόν; A

κδ'. Εἰ τὰ ἐκ τῶν στοιχείων πάλιν στοιχεῖα, τί ἄτοπον ἢ ἀδύνατον φαίνεται τὸ πάλιν εἶναι τὰ ἐκ τῶν στοιχείων;

κε'. Εἰ οὐκ ἔστιν ὑπὸ τὸν ὅρον ὁ Θεὸς, ἀλλὰ παντὸς ὅρου ὑπάρχει δεσπότης, πῶς τοῦ μὲν γενέσθαι καὶ φθείρεσθαι τοὺς ἀνθρώπους δεσπόζει Θεὸς, τοῦ δὲ γίνεσθαι καὶ μὴ φθείρεσθαι ἡμᾶς οὐ δεσπόζει;

κς'. Εἰ ἀνακτίζων ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς ἀφθαρσίαν, ἐκ μεταμελείας καθ' ὑμᾶς τοῦτο ποιεῖ, πῶς οὐ μᾶλλον ἐκ μεταμελείας συνεχώρει (44) εἶναι ἀεί;

κζ'. Εἰ ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα τοῦ Θεοῦ, ἐχαρίσατο δὲ ἡμῖν τὸ εἶναι ἡμᾶς, πῶς οὐ τὸν ἐξ ἀρχῆς περὶ ἡμᾶς πληροῖ σκοπὸν ὁ Θεὸς ἀνακτίζων B ἡμᾶς εἰς ἀφθαρσίαν;

κη'. Κατὰ τοὺς πιστεύοντας τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ καὶ ἀποθνήσκομεν καὶ ἀναζωοποιούμεθα· ἐκεῖνο μὲν τῇ τοῦ ἀνθρώπου παρακοῇ, τοῦτο δὲ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ὑπακοῇ. Παρ' οἷς οὖν ἄγνωστον τὸ αἴτιον τοῦ θανάτου, παρὰ τούτοις καὶ ὁ τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου δημιουργὸς ἐστιν ἄγνωστος. Ἀγνοούντων δὲ αὐτῶν τὸ αἴτιον τοῦ θανάτου καὶ τὸν δημιουργὸν τῆς φύσεως ἀνθρώπου, πῶς οὐκ ἐξ ἀγνοίας λέγουσι τὸ μὴ εἶναι τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν;

κθ'. Ἄλλο τὸ πάντη μὴ ὄν, καὶ ἄλλο τὸ τοιόνδε μὴ ὄν· οἷον ἄλλο τὸ τὴν ἀρχὴν μὴ γενέσθαι ἄνθρωπον, καὶ ἄλλο τὸ μετὰ τὸ γενέσθαι αὐτὸν φθαρῆναι. Καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἔστι τῷ Θεῷ ἔργον ἔργου ἐργωδέστερον, C πῶς οὐκ ἔστιν ἄλογον τὸ πιστεύειν μὲν Θεῷ ἐπὶ τῇ ποιήσει τῶν πάντη οὐκ ὄντων, ἀπιστεῖν δὲ αὐτῷ ἐπὶ τῇ μεταποιήσει τῶν φθαρέντων;

λ'. Εἰ, ὥσπερ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ὁ ἄνθρωπος δυνάμει ἦν ἐν τοῖς στοιχείοις ἐξ ὧν γέγονεν, οὕτω καὶ μετὰ τὸ φθαρῆναι αὐτὸν, ἔστι δυνάμει ἐν τοῖς στοιχείοις, πῶς ἀπιστοῦσιν οἱ Ἕλληνες Θεῷ, ἐπαγγειλαμένῳ, ἀναστήσειν τοὺς νεκροὺς, ὡς ἐπ' ἀδυνάτῳ πράγματι, τοῦ ἀνθρώπου δυνάμει ὄντος ἐν τοῖς στοιχείοις, ὥσπερ πάλαι κτιζομένου, οὕτως καὶ νῦν ἀνακτιζομένου;

λα'. Εἰ οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς ἀφθάρτους ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους, δῆλον ὅτι οὐδὲ νῦν δύναται. D Εἰ δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἔσχε δύναμιν τοῦτο ποιῆσαι ἡμᾶς ἀφθάρτους, καὶ οὐκ ἀπέβαλε ταύτην, πῶς οὐκ ἔστιν ἄλογον τὸ, ὡς ἐπ' ἀδυνάτῳ πράγματι πίστιν (45) Θεῷ ἐπαγγειλαμένῳ καθ' ὁμοίωσιν τοῦ ἐγερθέντος ἐκ τῶν νεκρῶν ὑπ' αὐτοῦ εἰς ἄφθαρτον ζωὴν, ἀφθάρτους ποιεῖν καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους;

λβ'. Δυνάμει τὸ ζῶον ἐν τῷ σπέρματι τῇ φύσει· δυνάμει κλίνη ἐν τῷ ξύλῳ τῇ τέχνῃ· δυνάμει οἱ ἀνιστάμενοι ἐν τοῖς στοιχείοις τῷ Θεῷ. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, πῶς οὐκ ἔστιν ἄτοπον τὸ πιστεύειν μὲν τῇ φύσει τὰ

lendo, sed quia ipse est, in causa sit cur simus et non simus?

24. Si quæ ex elementis sunt, rursus elementa fiunt: num absurdum aut impossibile videtur ea denuo esse, quæ ex elementis facta sunt?

25. Si sub fine Deus non est, sed finis cujusque dominus est: quomodo ut homines fiant et corrumpantur dominus est, ut autem fiamus nec corrumpamur dominus non est?

26. Si Deus nos in incorruptibilitatem restituens ex pœnitentia, ut vultis, id facit: quomodo non potius ex pœnitentia ut semper simus non concedit?

27. Si Dei dona sine pœnitentia sunt, dedit autem nobis Deus ut essemus: quomodo primum de nobis consilium non adimplet, dum in incorruptibilitatem nos restituit?

28. Secundum eos, qui mortuorum resurrectionem credunt, justo Dei judicio et morimur et reviviscimus: ac illud quidem propter hominis inobedientiam, hoc vero propter hominis obedientiam. Quibus ergo mortis ignota causa est, iis et naturæ hominis conditor ignotus. Cum autem et mortis causam, et naturæ hominis conditorem ignorent, quomodo non tribuendum ignorationi, quod dicunt mortuorum resurrectionem non esse?

29. Aliud est omnino non esse et aliud tale non esse; velut aliud est hominem nullatenus fieri, et aliud, postquam factus est, corrumpi. Et quia non est Deo opus opere operosius: quomodo non a ratione alienum est Deo quidem, quod spectat ad eorum, quæ omnino non erant, creationem credere; quod autem ad eorum, quæ corrupta sunt, restitutionem, ei non credere?

30. Si, quemadmodum antequam fieret homo, potestate erat in elementis, ex quibus factus est, ita et postquam corruptus est, potestate est in elementis: quomodo Græci non credunt Deo, mortuos se resuscitaturum promittenti, quasi res sit impossibilis, cum homo, ut olim creandus, ita et nunc restituendus, potestate in elementis sit?

546 31. Si non potuit Deus ab initio homines incorruptibiles creare, perspicuum est ne nunc quidem posse. Sin ab initio ea fuit præditus potentia, ut nos crearet incorruptibiles, eamque non abjecit: quomodo non a ratione alienum, ut in re impossibili, Deo non credere pollicenti se ad similitudinem illius, quem ex mortuis ad incorruptibilem vitam resuscitavit, cæteros quoque homines incorruptibiles facturum?

32. Animans in semine potentia est naturæ: lectus in ligno potentia est arti: potentia resurgentes in elementis sunt Deo. At hoc si verum est, quomodo absurdum non est, credere naturæ in re-

(44) *Συνεχώρει.* Lego οὐ συνεχώρει, quia nimirum major esset pœnitentiæ significatio in destruendo opere quam in restituendo.

(45) *Πίστιν.* Recte observat Sylburgius legendum ἀπιστεῖν.

Digitized by Google

bus naturalibus, et arti in rebus artificialibus, Deo autem non credere in divinis?

33. Divinæ potestati nihil resistit. Si mare et terra mandato divino ea olim dedere quæ non acceperant: quomodo nunc non magis quæ accepere reddent, Deo mandante?

34. Si, ut neque natura e semine corrupto animantem procreare, neque ars e ligno corrupto lectum facere potest, ita nec Deus ex homine corrupto hominem incorruptibilem facere potest; demensa scilicet erit potentia Dei, ut naturæ et artis. Sed si hoc dictu absurdum est, absurdum profecto quoque erit Deo non credere, ex homine corrupto hominem ab eo fieri incorruptibilem.

35. Si, ut hominibus incredulis fieri non posse videtur ut sit resurrectio, ita impossibile Deo est efficere resurrectionem : nihil profecto homine hac in re præstat Deus. At si infinite præstat, ut profecto præstat, quomodo non absurdum Deo non credere illum ea facturum, quorum habet faciendorum potestatem?

36. Quos Deus supra naturam condere valet, eos non credere ab eo supra naturam restitui posse annon absurdum est?

37. Si quod non secundum naturam genitum est, illius incredibilis et impossibilis judicanda generatio: quomodo non etiam primi hominis, qui non secundum naturam genitus est, incredibilis erit et impossibilis creatio? Non potest enim homo ex homine gigni, nisi primus homo supra naturam genitus fuerit.

38. Nisi rursus fiam quod eram, quomodo accipiam virtutis aut vitii mercedem, quam in præsenti vita nactus non sum? Nam si non fit mortuorum resurrectio: quomodo æquales sibi invicem non erunt, et qui martyrii agones intulerunt et qui sustinuerunt? Quod si hoc iniquum est, quomodo non iniquum est non esse mortuorum resurrectionem; in qua sola evenire potest eorum, qui injuriam fecerunt, et eorum, qui passi sunt, discrimen pro honoris et pœnæ discrimine?

39. Nisi quid fuerit homo et quid sit elabatur quodammodo Dei cognitioni eo mortuo, non repugnat ut iterum sit quod erat. Nam opera Dei nota illi sunt et possibilia : aut si non possibilia, certe nec nota.

40. Si præclarum est, nos esse in præsenti **547** vita mortales, præclarius autem, nos esse in futura immortales, quomodo absurdum non est dictu, Deum efficere posse quod præclarum est, non vero posse quod præclarius?

41. Si non potest Deus mortale corpus efficere immortale: quomodo non erit mors Deo fortior, qui morti eripere non possit, quos illa sibi subjecit?

2. Si Deus potentia præditus est mortuorum vi-

A φυσικὰ, καὶ τῇ τέχνῃ τὰ τεχνητὰ, ἀπιστεῖν δὲ Θεῷ τὰ θεῖα;

λγ'. Τῇ θείᾳ αὐθεντίᾳ οὐδέν ἐστιν ἀπειθές. Εἰ ἡ θάλασσα καὶ ἡ γῆ τῷ θείῳ προστάγματι πάλαι δέδωκεν ἃ οὐκ ἔλαβε, πῶς οὐ νῦν μᾶλλον δώσει ἃ ἔλαβε, προστάξαντος τοῦ Θεοῦ;

λδ'. Εἰ, ὥσπερ ἡ φύσις ἐκ τοῦ φθαρέντος σπέρματος οὐ δύναται ποιεῖν τὸ ζῶον, καὶ ἡ τέχνη ἐκ τοῦ φθαρέντος ξύλου οὐ δύναται ποιεῖν τὴν κλίνην, οὕτως οὐδὲ ὁ Θεὸς δύναται ἐκ τοῦ φθαρέντος ἀνθρώπου ἄφθαρτον ποιεῖν ἄνθρωπον· ἔμμετρος ἄρα ἔσται ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ τῆς φύσεως καὶ τῆς τέχνης. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον λέγειν, ἄτοπον ἄρα καὶ τὸ ἀπιστεῖν Θεῷ ποιεῖν ἐκ τοῦ φθαρέντος ἀνθρώπου ἄφθαρτον ἄνθρωπον.

B λε'. Εἰ, ὥσπερ ἀπίστοις ἀνθρώποις ἀδύνατον φαίνεται γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν, οὕτως ἀδύνατόν ἐστι τῷ Θεῷ τὸ ποιεῖν τὴν ἀνάστασιν· οὐδὲν ἄρα κατὰ τοῦτο διαφέρει Θεὸς ἀνθρώπου. Εἰ δὲ ἀπειράκις διαφέρει, ὥσπερ οὖν καὶ διαφέρει, πῶς οὐκ ἔστιν ἄτοπον τὸ ἀπιστεῖν Θεῷ τὴν ποίησιν (46) ὧν ἔχει τοῦ ποιεῖν τὴν δύναμιν;

λς'. Ὧν ἰσχύει Θεὸς τὴν ὑπὲρ φύσιν ποίησιν, τούτων πῶς οὐκ ἔστιν ἄτοπον τὸ ἀπιστεῖν αὐτῷ τὴν ὑπὲρ φύσιν μεταποίησιν;

λζ'. Εἰ τὸ μὴ κατὰ φύσιν γινόμενον, τούτου ἄπιστον καὶ ἀδύνατον τὴν ποίησιν χρὴ ὑπολαμβάνειν, πῶς οὐκ ἔσται καὶ τοῦ πρώτου γεγονότος ἀνθρώπου ἄπιστος καὶ ἀδύνατος ἡ ποίησις, μὴ κατὰ φύσιν γεγενημένου; Ἀδύνατον γὰρ γενέσθαι ἐξ ἀνθρώπου C ἄνθρωπον κατὰ φύσιν, μὴ πρῶτον τοῦ ἀνθρώπου γινομένου ὑπὲρ φύσιν.

λη'. Εἰ μὴ γίνομαι πάλιν ὅπερ ἤμην, πῶς ἀπολαμβάνω τῆς ἀρετῆς ἢ τῆς κακίας τὰς ἀμοιβὰς, ὧν ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐκ ἔτυχον; Εἰ γὰρ οὐ γίνεται τῶν νεκρῶν ἡ ἀνάστασις, πῶς οὐκ ἔσονται ἴσοι ἀλλήλοις οἵ τε δρῶντες τοὺς μαρτυρικοὺς ἀγῶνας καὶ οἱ ὑπομένοντες; Εἰ δὲ ἄδικον τοῦτο, πῶς οὐκ ἄδικον τὸ μὴ γίνεσθαι τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, ἐν ᾗ μόνῃ ἐνδέχεται γίνεσθαι τῶν πεποιηκότων τὰ ἄδικα, καὶ τῶν ὑπομεμενηκότων τὴν διάκρισιν, κατὰ τὴν διαφορὰν τιμῆς τε καὶ τιμωρίας;

λθ'. Εἰ τὸ τί ἦν ὁ ἄνθρωπος καὶ ἔστι, πῶς προεχώρησεν ἀποθανὼν τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, οὐκ ἀπέστη D τὸ εἶναι αὐτὸν πάλιν ὃ ἦν. Τὰ γὰρ ἔργα τοῦ Θεοῦ, γνωστὰ αὐτῷ καὶ δυνατά· καὶ εἰ μὴ δυνατὰ αὐτῷ, οὐδὲ γνωστὰ αὐτῷ.

μ'. Εἰ καλὸν μὲν τὸ εἶναι ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι θνητοὺς, κάλλιον δὲ τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀθανάτους ἐν τῷ μέλλοντι· πῶς οὐκ ἔστιν ἄτοπον τὸ λέγειν τὸν Θεὸν δυνατὸν μὲν πρὸς ποίησιν τοῦ καλοῦ, ἀδύνατον δὲ πρὸς ποίησιν τοῦ καλλίονος;

μα'. Εἰ ἀδύνατον τῷ Θεῷ τὸ θνητὸν σῶμα ποιῆσαι ἀθάνατον, πῶς οὐκ ἔσται ὁ θάνατος ἰσχυρότερος τοῦ Θεοῦ, ἐξ αὐτοῦ μὴ δυναμένου ῥύσασθαι τοὺς αὐτῷ ὑποκειμένους;

μβ'. Εἰ ὁ Θεὸς ἔχει δύναμιν ζωοποιητικὴν τῶν νε-

(46) *Τὴν ποίησιν.* Idem .egit τὴν βούλησιν, sed sine causa.

Digitized by Google

κρῶν, πῶς οὐκ εἰσὶν ἐπιτήδειοι πρὸς ἀνάστασιν οἱ ἀνιστάμενοι; τοῦ Θεοῦ δὲ πρὸς τὸ ἀνιστᾷν τοὺς νεκροὺς δυνατοῦ ὑπάρχοντος, καὶ τῶν ἀνισταμένων ἐπιτηδείων πρὸς τὸ ἀνίστασθαι ὑπαρχόντων, ποίαν ἔχει χώραν ἡ ἀπιστία τῶν ἀπιστούντων τὴν ἀνάστασιν;

μγ'. Εἰ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ μὴ εἶναι ἡμᾶς δεσπόζει Θεὸς, πῶς οὐκ ἔσται ἀπὸ τῆς αὐτῆς αὐτοῦ δεσποτείας τὸ γίνεσθαι ἡμᾶς ἀθανάτους; Εἰ δὲ τὸ γενέσθαι ἡμᾶς ἀθανάτους, ἔξωθεν τῆς τοῦ Θεοῦ δεσποτείας καθέστηκε, πῶς οὐκ ἔσται Θεὸς τοῦ μὴ εἶναι ἡμᾶς μὴ δεσπόζων;

μδ'. Εἰ ἣν ἔχουσι φύσιν τὰ ἀθάνατα καὶ τὰ θνητὰ, ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ ἔχουσι βουλήσεως, πῶς οὐκ ἔστι δυνατὸν τὸ ἀθανατίζεσθαι τοὺς νεκροὺς βουληθέντος τοῦ Θεοῦ;

με'. Ὧν τὰ ἀνθιστάμενα ἀσθενεῖ, τούτων ἡ σύστασις βεβαία. Ἀλλ' εἰ, παντὶ ἀντιστάσεως τρόπῳ κεχρημένοι οἱ Ἕλληνες πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ τῆς ἀναστάσεως δόγματος, ἀναιρεῖν τοῦτο οὐκ ἴσχυσαν, τῇ τοῦ ποιοῦντος τὴν ἀνάστασιν Θεοῦ δυνάμει ἀσάλευτον ἐν ταῖς πολυτρόποις ἀντιστάσεσι φυλαττόμενον τὸ δόγμα· κατά τί ἄπιστος τῶν νεκρῶν ἡ ἀνάστασις, τοῦ περὶ ταύτης δόγματος μήτε ὑπὸ χειρῶν μήτε ὑπὸ γλώσσης σαλευομένου;

μς'. Εἰ μέγιστόν ἐστι δεῖγμα τῆς τοῦ Θεοῦ ἀηττήτου καὶ ἀπεριγράπτου δυνάμεως τὸ εἶναι (47) πάντων τῶν ἀνθρώπων ζώντων τε καὶ νεκρῶν τάς τε ἰδέας καὶ τὰς πράξεις ἀγαθάς τε καὶ φαύλας· πῶς οὐκ ἔστι τῶν νεκρῶν ἡ ἀνάστασις ἀπόδειξις τῆς τοῦ Θεοῦ ἀπεριγράπτου δυνάμεώς τε καὶ γνώσεως, δι' ἧς εἰς τὸ εἶναι πάλιν ἀποκαθιστᾷ τοὺς ἀνθρώπους; Ἀλλ' εἰ τοῦτο, πῶς οὐκ ἔσται ἀποστερῶν τὸν Θεὸν τῆς τοιαύτης ἀποδείξεως ὁ ἀποστερῶν τοὺς νεκροὺς τῆς ἀναστάσεως;

μζ'. Εἰ ἐλπίσαντες Ἕλληνες ἀναιρεῖν διὰ τῆς οἰκείας ἀντιστάσεως τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως δόγμα, ἀπέτυχον τῆς ἐλπίδος, πῶς οὐκ ἔσονται ἀποτυγχάνοντες πάλιν τῆς ἐλπίδος, ἐλπίζοντες πάλιν μὴ ἔσεσθαι τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν;

μη'. Ἐχρῆν τοὺς Ἕλληνας, μαχεσαμένους κατὰ τοῦ περὶ τῆς ἀναστάσεως δόγματος, ἢ μὴ ἡττᾶσθαι ἐν τῇ μάχῃ, ἢ, ἡττηθέντας, μὴ ἀπιστεῖν τὴν ἀνάστασιν. Εἰ δὲ μή γε, ἔσται αὐτῶν ἡ πρώτη ματαιοπονία ἔλεγχος τῆς ἀλόγου αὐτῶν ἀπιστίας.

vificatrice: quomodo resurgentes ad resurrectionem rapti non sunt? Porro cum Deus ad excitandos mortuos potens, et resurgentes ad resurgendum appositi sint: quid habet loci eorum incredulitas, qui resurrectionem non credunt?

43. Si penes Deum situm est, ut simus et non simus, quomodo penes eum situm non erit, ut simus immortales? Sin ut simus immortales extra Dei potestatem situm est, quomodo non Deus minime dominus erit, ut non simus?

44. Si, quam habent immortalia et mortalia naturam, eam ex voluntate Dei habent: quomodo fieri non possit ut mortui immortales fiant, Deo volente?

45. Quibus opponuntur infirma, eorum valida asseveratio. Sed si omni impugnandi modo utentes Græci ad evertendam resurrectionis doctrinam, evertere illam non valuerunt, quia Dei, qui resurrectionem facit, potestate inconcussa in variis oppugnationibus servata est: cur incredibilis sit mortuorum resurrectio, cum doctrina, quæ illam asserit, nec manibus nec lingua concussa fuerit?

46. Si maximum est Dei insuperabilis et incircumscriptæ potentiæ signum, quod omnium hominum, vivorum et mortuorum, norit formas et actiones bonas et malas, quomodo mortuorum resurrectio, Dei incircumscriptæ potentiæ et scientiæ demonstratio non est, per quam denuo ut homines sint, restituit? At si res ita se habet: quomodo Deum demonstratione ejusmodi non defraudat, qui resurrectione mortuos defraudat?

47. Si Græci, dum sperant se argumentis suis resurrectionis doctrinam eversuros, spe exciderunt, quomodo non rursum spe excident, dum rursum sperant nullam fore mortuorum resurrectionem?

48. Oportebat ut Græci, dum resurrectionis doctrinam oppugnant, vel non vincerentur in pugna, vel victi resurrectionem non rejicerent; sin minus, primi eorum laboris inanitas argumentum est eorum incredulitatis a ratione alienæ.

(47) *Τὸ εἶναι.* Legendum videtur τὸ εἰδέναι, atque ita legebat Langus.

ADMONITIO

In Confutationem quorumdam Aristotelis Dogmatum.

548 *Non longa opus est oratione, ut hoc opus eidem scriptori adjudicetur, cui superiores tum ad orthodoxos, tum Christianorum ad Græcos, et Græcorum ad Christianos quæstiones tribuimus. Idem prorsus stylus, iidem nominativi, sive accusativi absoluti, ut videre est n.* 2, 28, 45, 57, *ac initio Præfationis, eadem disputandi ratio in his omnibus scriptis ac eædem sententiæ.*

In Præfatione, quæ dogmatum Aristotelicorum confutationi præfixa est miracula vocantur « *divina opera,* » *ut in Responsione ad Quæst.* 100 *Orthodox. Quæ de generis cujusque principibus ibidem dicuntur, similia sunt iis quæ in Resp. ad Quæst.* 44 *Orthodox. habemus. Cœlum et cœlestia incorruptibilia esse docet eodem*

Digitized by Google

bus naturalibus, et arti in rebus artificialibus, Deo autem non credere in divinis?

33. Divinæ potestati nihil resistit. Si mare et terra mandato divino ea olim dedere quæ non acceperant: quomodo nunc non magis quæ accepere reddent, Deo mandante?

34. Si, ut neque natura e semine corrupto animantem procreare, neque ars e ligno corrupto lectum facere potest, ita nec Deus ex homine corrupto hominem incorruptibilem facere potest; demensa scilicet erit potentia Dei, ut naturæ et artis. Sed si hoc dictu absurdum est, absurdum profecto quoque erit Deo non credere, ex homine corrupto hominem ab eo fieri incorruptibilem.

35. Si, ut hominibus incredulis fieri non posse videtur ut sit resurrectio, ita impossibile Deo est efficere resurrectionem: nihil profecto homine hac in re præstat Deus. At si infinite præstat, ut profecto præstat, quomodo non absurdum Deo non credere illum ea facturum, quorum habet faciendorum potestatem?

36. Quos Deus supra naturam condere valet, eos non credere ab eo supra naturam restitui posse annon absurdum est?

37. Si quod non secundum naturam genitum est, illius incredibilis et impossibilis judicanda generatio: quomodo non etiam primi hominis, qui non secundum naturam genitus est, incredibilis erit et impossibilis creatio? Non potest enim homo ex homine gigni, nisi primus homo supra naturam genitus fuerit.

38. Nisi rursus fiam quod eram, quomodo accipiam virtutis aut vitii mercedem, quam in præsenti vita nactus non sum? Nam si non fit mortuorum resurrectio: quomodo æquales sibi invicem non erunt, et qui martyrii agones intulerunt et qui sustinuerunt? Quod si hoc iniquum est, quomodo non iniquum est non esse mortuorum resurrectionem; in qua sola evenire potest eorum, qui injuriam fecerunt, et eorum, qui passi sunt, discrimen pro honoris et pœnæ discrimine?

39. Nisi quid fuerit homo et quid sit elabatur quodammodo Dei cognitioni eo mortuo, non repugnat ut iterum sit quod erat. Nam opera Dei nota illi sunt et possibilia: aut si non possibilia, certe nec nota.

40. Si præclarum est, nos esse in præsenti **547** vita mortales, præclarius autem, nos esse in futura immortales, quomodo absurdum non est dictu, Deum efficere posse quod præclarum est, non vero posse quod præclarius?

41. Si non potest Deus mortale corpus efficere immortale: quomodo non erit mors Deo fortior, qui morti eripere non possit, quos illa sibi subjecit?

2. Si Deus potentia præditus est mortuorum vi-

A φυσικὰ, καὶ τῇ τέχνῃ τὰ τεχνητὰ, ἀπιστεῖν δὲ Θεῷ τὰ θεῖα;

λγ'. Τῇ θείᾳ αὐθεντίᾳ οὐδέν ἐστιν ἀπειθές. Εἰ ἡ θάλασσα καὶ ἡ γῆ τῷ θείῳ προστάγματι πάλαι δέδωκεν ἃ οὐκ ἔλαβε, πῶς οὐ νῦν μᾶλλον δώσει ἃ ἔλαβε, προστάξαντος τοῦ Θεοῦ;

λδ'. Εἰ, ὥσπερ ἡ φύσις ἐκ τοῦ φθαρέντος σπέρματος οὐ δύναται ποιεῖν τὸ ζῶον, καὶ ἡ τέχνη ἐκ τοῦ φθαρέντος ξύλου οὐ δύναται ποιεῖν τὴν κλίνην, οὕτως οὐδὲ ὁ Θεὸς δύναται ἐκ τοῦ φθαρέντος ἀνθρώπου ἄφθαρτον ποιεῖν ἄνθρωπον· ἔμμετρος ἄρα ἔσται ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ τῆς φύσεως καὶ τῆς τέχνης. Εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον λέγειν, ἄτοπον ἄρα καὶ τὸ ἀπιστεῖν Θεῷ ποιεῖν ἐκ τοῦ φθαρέντος ἀνθρώπου ἄφθαρτον ἄνθρωπον.

B λε'. Εἰ, ὥσπερ ἀπίστοις ἀνθρώποις ἀδύνατον φαίνεται γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν, οὕτως ἀδύνατόν ἐστι τῷ Θεῷ τὸ ποιεῖν τὴν ἀνάστασιν· οὐδὲν ἄρα κατὰ τοῦτο διαφέρει Θεὸς ἀνθρώπου. Εἰ δὲ ἀπειράκις διαφέρει, ὥσπερ οὖν καὶ διαφέρει, πῶς οὐκ ἔστιν ἄτοπον τὸ ἀπιστεῖν Θεῷ τὴν ποίησιν (46) ὧν ἔχει τοῦ ποιεῖν τὴν δύναμιν;

λς'. Ὧν ἰσχύει Θεὸς τὴν ὑπὲρ φύσιν ποίησιν, τούτων πῶς οὐκ ἔστιν ἄτοπον τὸ ἀπιστεῖν αὐτῷ τὴν ὑπὲρ φύσιν μεταποίησιν;

λζ'. Εἰ τὸ μὴ κατὰ φύσιν γινόμενον, τούτου ἄπιστον καὶ ἀδύνατον τὴν ποίησιν χρὴ ὑπολαμβάνειν, πῶς οὐκ ἔσται καὶ τοῦ πρώτου γεγονότος ἀνθρώπου ἄπιστος καὶ ἀδύνατος ἡ ποίησις, μὴ κατὰ φύσιν γεγενημένου; Ἀδύνατον γὰρ γενέσθαι ἐξ ἀνθρώπου C ἄνθρωπον κατὰ φύσιν, μὴ πρῶτον τοῦ ἀνθρώπου γινομένου ὑπὲρ φύσιν.

λη'. Εἰ μὴ γίνομαι πάλιν ὅπερ ἤμην, πῶς ἀπολαμβάνω τῆς ἀρετῆς ἢ τῆς κακίας τὰς ἀμοιβάς, ὧν ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐκ ἔτυχον; Εἰ γὰρ οὐ γίνεται τῶν νεκρῶν ἡ ἀνάστασις, πῶς οὐκ ἔσονται ἴσοι ἀλλήλοις οἵ τε δρῶντες τοὺς μαρτυρικοὺς ἀγῶνας καὶ οἱ ὑπομένοντες; Εἰ δὲ ἄδικον τοῦτο, πῶς οὐκ ἄδικον τὸ μὴ γίνεσθαι τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, ἐν ᾗ μόνῃ ἐνδέχεται γίνεσθαι τῶν πεποιηκότων τὰ ἄδικα, καὶ τῶν ὑπομεμενηκότων τὴν διάκρισιν, κατὰ τὴν διαφορὰν τιμῆς τε καὶ τιμωρίας;

λθ'. Εἰ τὸ τί ἦν ὁ ἄνθρωπος καὶ ἔστι, πῶς προεχώρησεν ἀποθανὼν τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, οὐκ ἀπέστη D τὸ εἶναι αὐτὸν πάλιν ὃ ἦν. Τὰ γὰρ ἔργα τοῦ Θεοῦ, γνωστὰ αὐτῷ καὶ δυνατά· καὶ εἰ μὴ δυνατὰ αὐτῷ, οὐδὲ γνωστὰ αὐτῷ.

μ'. Εἰ καλὸν μὲν τὸ εἶναι ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι θνητοὺς, κάλλιον δὲ τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀθανάτους ἐν τῷ μέλλοντι· πῶς οὐκ ἔστιν ἄτοπον τὸ λέγειν τὸν Θεὸν δυνατὸν μὲν πρὸς ποίησιν τοῦ καλοῦ, ἀδύνατον δὲ πρὸς ποίησιν τοῦ καλλίονος;

μα'. Εἰ ἀδύνατον τῷ Θεῷ τὸ θνητὸν σῶμα ποιῆσαι ἀθάνατον, πῶς οὐκ ἔσται ὁ θάνατος ἰσχυρότερος τοῦ Θεοῦ, ἐξ αὐτοῦ μὴ δυναμένου ῥύσασθαι τοὺς αὐτῷ ὑποκειμένους;

μβ'. Εἰ ὁ Θεὸς ἔχει δύναμιν ζωοποιητικὴν τῶν νε-

(46) *Τὴν ποίησιν.* Idem legit τὴν βούλησιν, sed sine causa.

Digitized by Google

κρῶν, πῶς οὐκ εἰσὶν ἐπιτήδειοι πρὸς ἀνάστασιν οἱ ἀνιστάμενοι; τοῦ Θεοῦ δὲ πρὸς τὸ ἀνιστᾷν τοὺς νεκροὺς δυνατοῦ ὑπάρχοντος, καὶ τῶν ἀνισταμένων ἐπιτηδείων πρὸς τὸ ἀνίστασθαι ὑπαρχόντων, ποίαν ἔχει χώραν ἡ ἀπιστία τῶν ἀπιστούντων τὴν ἀνάστασιν;

μγ'. Εἰ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ μὴ εἶναι ἡμᾶς δεσπόζει Θεὸς, πῶς οὐκ ἔσται ἀπὸ τῆς αὐτῆς αὐτοῦ δεσποτείας τὸ γίνεσθαι ἡμᾶς ἀθανάτους; Εἰ δὲ τὸ γενέσθαι ἡμᾶς ἀθανάτους, ἔξωθεν τῆς τοῦ Θεοῦ δεσποτείας καθέστηκε, πῶς οὐκ ἔσται Θεὸς τοῦ μὴ εἶναι ἡμᾶς μὴ δεσπόζων;

μδ'. Εἰ ἣν ἔχουσι φύσιν τὰ ἀθάνατα καὶ τὰ θνητὰ, ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ ἔχουσι βουλήσεως, πῶς οὐκ ἔστι δυνατὸν τὸ ἀθανατίζεσθαι τοὺς νεκροὺς βουληθέντος τοῦ Θεοῦ;

με'. Ὧν τὰ ἀνθιστάμενα ἀσθενεῖ, τούτων ἡ σύστασις βεβαία. Ἀλλ' εἰ, παντὶ ἀντιστάσεως τρόπῳ κεχρημένοι οἱ Ἕλληνες πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ τῆς ἀναστάσεως δόγματος, ἀναιρεῖν τοῦτο οὐκ ἴσχυσαν, τῇ τοῦ ποιοῦντος τὴν ἀνάστασιν Θεοῦ δυνάμει ἀσάλευτον ἐν ταῖς πολυτρόποις ἀντιστάσεσι φυλαττόμενον τὸ δόγμα· κατὰ τί ἄπιστος τῶν νεκρῶν ἡ ἀνάστασις, τοῦ περὶ ταύτης δόγματος μήτε ὑπὸ χειρῶν μήτε ὑπὸ γλώσσης σαλευομένου;

μς'. Εἰ μέγιστόν ἐστι δεῖγμα τῆς τοῦ Θεοῦ ἀηττήτου καὶ ἀπεριγράπτου δυνάμεως τὸ εἶναι (47) πάντων τῶν ἀνθρώπων ζώντων τε καὶ νεκρῶν τάς τε ἰδέας καὶ τὰς πράξεις ἀγαθάς τε καὶ φαύλας· πῶς οὐκ ἔστι τῶν νεκρῶν ἡ ἀνάστασις ἀπόδειξις τῆς τοῦ Θεοῦ ἀπεριγράπτου δυνάμεώς τε καὶ γνώσεως, δι' ἧς εἰς τὸ εἶναι πάλιν ἀποκαθιστᾷ τοὺς ἀνθρώπους; Ἀλλ' εἰ τοῦτο, πῶς οὐκ ἔσται ἀποστερῶν τὸν Θεὸν τῆς τοιαύτης ἀποδείξεως ὁ ἀποστερῶν τοὺς νεκροὺς τῆς ἀναστάσεως;

μζ'. Εἰ ἐλπίσαντες Ἕλληνες ἀναιρεῖν διὰ τῆς οἰκείας ἀντιστάσεως τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως δόγμα, ἀπέτυχον τῆς ἐλπίδος, πῶς οὐκ ἔσονται ἀποτυγχάνοντες πάλιν τῆς ἐλπίδος, ἐλπίζοντες πάλιν μὴ ἔσεσθαι τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν;

μη'. Ἐχρῆν τοὺς Ἕλληνας, μαχεσαμένους κατὰ τοῦ περὶ τῆς ἀναστάσεως δόγματος, ἢ μὴ ἡττᾶσθαι ἐν τῇ μάχῃ, ἢ, ἡττηθέντας, μὴ ἀπιστεῖν τὴν ἀνάστασιν. Εἰ δὲ μή γε, ἔσται αὐτῶν ἡ πρώτη ματαιοπονία ἔλεγχος τῆς ἀλόγου αὐτῶν ἀπιστίας.

A vificatrice: quomodo resurgentes ad resurrectionem rapti non sunt? Porro cum Deus ad excitandos mortuos potens, et resurgentes ad resurgendum appositi sint: quid habet loci eorum incredulitas, qui resurrectionem non credunt?

43. Si penes Deum situm est, ut simus et non simus, quomodo penes eum situm non erit, ut simus immortales? Sin ut simus immortales extra Dei potestatem situm est, quomodo non Deus minime dominus erit, ut non simus?

44. Si, quam habent immortalia et mortalia naturam, eam ex voluntate Dei habent: quomodo fieri non possit ut mortui immortales fiant, Deo vo-
B lente?

45. Quibus opponuntur infirma, eorum valida asseveratio. Sed si omni impugnandi modo utentes Græci ad evertendam resurrectionis doctrinam, evertere illam non valuerunt, quia Dei, qui resurrectionem facit, potestate inconcussa in variis oppugnationibus servata est: cur incredibilis sit mortuorum resurrectio, cum doctrina, quæ illam asserit, nec manibus nec lingua concussa fuerit?

46. Si maximum est Dei insuperabilis et incircumscriptæ potentiæ signum, quod omnium hominum, vivorum et mortuorum, norit formas et actiones bonas et malas, quomodo mortuorum resurrectio, Dei incircumscriptæ potentiæ et scientiæ de-
C monstratio non est, per quam denuo ut homines sint, restituit? At si res ita se habet: quomodo Deum demonstratione ejusmodi non defraudat, qui resurrectione mortuos defraudat?

47. Si Græci, dum sperant se argumentis suis resurrectionis doctrinam eversuros, spe exciderunt, quomodo non rursum spe excident, dum rursum sperant nullam fore mortuorum resurrectionem?

48. Oportebat ut Græci, dum resurrectionis doctrinam oppugnant, vel non vincerentur in pugna, vel victi resurrectionem non rejicerent; sin minus,
D primi eorum laboris inanitas argumentum est eorum incredulitatis a ratione alienæ.

(47) *Τὸ εἶναι.* Legendum videtur τὸ εἰδέναι, atque ita legebat Langus.

ADMONITIO

In Confutationem quorumdam Aristotelis Dogmatum.

548 *Non longa opus est oratione, ut hoc opus eidem scriptori adjudicetur, cui superiores tum ad orthodoxos, tum Christianorum ad Græcos, et Græcorum ad Christianos quæstiones tribuimus. Idem prorsus stylus, iidem nominativi, sive accusativi absoluti, ut videre est n.* 2, 28, 45, 57, *ac initio Præfationis, eadem disputandi ratio in his omnibus scriptis ac eædem sententiæ.*

In Præfatione, quæ dogmatum Aristotelicorum confutationi præfixa est miracula vocantur « divina opera, » ut in Responsione ad Quæst. 100 *Orthodox. Quæ de generis cujusque principibus ibidem dicuntur, similia sunt iis quæ in Resp. ad Quæst.* 44 *Orthodox. habemus. Cœlum et cœlestia incorruptibilia esse docet eodem*

Digitized by Google

sensu, quo eadem res asseritur in confut. Resp. 5 Græcorum n. 2. In ipso opere tam multæ occurrunt ratiocinationes iis, quas in superioribus Quæstionibus animadvertimus, plane gemellæ, ut qui triplex illud opus perlegerit, unius et ejusdem parentis fetum facile agnoscat.

Nuncupatum est hoc opus Paulo presbytero, quem hic scriptor religionis defendendæ studio inflammatum esse testatur, seque libenter hujus scripti operam suscepisse, ut morem illi gereret. Fortasse idem est qui et nostro scriptori auctor fuit, ut Græcorum responsiones refelleret, supra col. 1403 et Græcorum nomine, supra col. 1466, n. 14, loquitur in iis referendis quæ Græci adversus resurrectionem obtrudere solebant. Nam is qui hoc munere fungitur, Christianum se esse profitetur, et saxea corda eos appellat, qui resurrectionis doctrinam increduli oderunt.

Commemoratur a Photio, cod. 125, « Justini tractatus contra primum et secundum librum Physicæ Auscultationis (Aristotelis) sive contra Materiam et Formam et Privationem Epicheremataticæ et validæ et perutiles disputationes, necnon contra quintum illud corpus et motum sempiternum, quem Aristoteles vi ratiocinationum peperit. » Sed quia non duo solum priores physicæ Auscultationis libri, sed etiam plures alii ab hoc scriptore oppugnantur, nonnulli exstare negant opus a Photio memoratum. At multo satius est cum Grabio mutilum Photii codicem suspicari. Inde enim, ut idem observat, errandi librariis nasci potuit occasio, quod cum num. 12 citentur nonnulla ex libris de cœlo, quæ sub distinctis numeris 13, 14, 15, apposita sunt, librarius aliud agens assilire potuit ad ea quæ num. 46 ex libris de cœlo repetuntur, iis omissis, quæ ex libris 3, 4, 5, 9 Physicæ Auscultationis excerpuntur. Forte etiam ipse Photius deceptus fuit, hunc librum celeriter potius evolvendo quam accurate legendo; et cum videret ea quæ ex libris de cœlo petuntur, citari num. 13, 14 15, reliquam disputationem in libris de cœlo refellendis versari existimavit.

ΑΝΑΤΡΟΠΗ

ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΤΙΝΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΙΚΩΝ.

—

QUORUMDAM

ARISTOTELIS DOGMATUM CONFUTATIO.

—

549 Ex iis, quæ humano studio ad Deum colendum præclare ab hominibus fiunt, nihil tam gratum Deo, quam pro viribus contendere, ut meliores homines fiant. Quod quidem studium cum in vobis, digne omni honore, presbyter Paule, valde ferveat; quod mihi præcepisti, ut breviter selecta Græcorum de Deo et de creatione dogmatum capita excerperem, id libenter exsequendum suscepi, non ut veri aliquid ex eis ediscas (quomodo enim, qui cœlitus per prophetas ab ipso creationis auctore Deo doctrinam his de rebus accepisti?), sed ut scias Græcos constante demonstrationibus scientia, ex qua se de Deo et de creatione profitentur disputare, nequaquam id perfecisse, sed conjiciendo quidquid placet definire. Ex iis, qui de Deo et de creatione disputarunt, alii ab ipso auctore creationis Deo doctrinam de Deo et creatione accepere per prophetas, Dei ad eam rem ministros, quos primum divinis operibus, quæ per eos fiebant, fide dignos demonstravit, atque ita postmodum de rebus illos, qui ab eis edocebantur, latentibus doctrinam suppeditavit; alii vero prophetarum sermonibus increduli, propriis ratiocinationibus commiserunt Dei cognitionis inventionem. Atque apud illos quidem, qui edocti discrimen Dei et rei creatæ noverunt, unus est Deus, utroque sensu ingenitus, nec deos nec deum ante se aut post habens, nec coæternum, nec subjectum, nec adversarium; cujus nec

A Τῶν κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην σπουδὴν εἰς θεραπείαν τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων γινομένων καλῶν, οὐδὲν οὕτως ἐστὶ δεκτὸν τῷ Θεῷ, ὡς τὸ κατὰ δύναμιν σπουδάζειν βελτίους ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους. Ταύτην οὖν τὴν προθυμίαν ἐν ὑμῖν, ὦ τιμιώτατε πρεσβύτερε Παῦλε, σφόδρα οὖσαν διάπυρον, ἑτοίμως ὑμῖν ὑπήκουσα περὶ ὧν ἐνετείλασθέ μοι βραχεῖάν τινα ποιήσασθαι τὴν ἐκλογὴν τῶν Ἑλληνικῶν περὶ Θεοῦ καὶ κτίσεως δογμάτων· οὐχ ἵνα τι γνῷς ἀληθὲς ἐξ αὐτῶν· πῶς γὰρ ἄν, ὁ ἄνωθεν ἔχων τὴν διὰ τῶν προφητῶν περὶ τούτων διδασκαλίαν, παρ' αὐτοῦ τοῦ τὴν κτίσιν πεποιηκότος Θεοῦ; ἀλλ' ἵνα γνῷς, μὴ κατὰ τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην, καθ' ἣν ἐπαγγέλλονται Ἕλληνες περὶ Θεοῦ τε καὶ κτίσεως τοὺς λόγους ποιεῖν, τοῦτο πεποιηκότας, ἀλλ' εἰκασμῷ τὸ B δοκοῦν διορισαμένους. Τῶν περὶ Θεοῦ καὶ κτίσεως τοὺς λόγους πεποιημένων ἀνθρώπων, οἱ μὲν παρ' αὐτοῦ τοῦ τὴν κτίσιν πεποιηκότος Θεοῦ τὴν διδασκαλίαν ἐδέξαντο περὶ Θεοῦ καὶ κτίσεως διὰ τῶν προφητῶν τῶν πρὸς τοῦτο ὑπουργησάντων τῷ Θεῷ· οὓς πρῶτον θείοις ἔργοις τοῖς δι' αὐτῶν γιγνομένοις ἀξίοις τοῦ πιστεύεσθαι (48) ἀνέδειξεν, εἶθ' οὕτω περὶ τῶν τοῖς διδασκομένοις ἀδήλων τὴν διδασκαλίαν παρέσχεν· οἱ δὲ τοῖς διὰ τῶν προφητῶν ἀπιστήσαντες λόγοις, τοῖς οἰκείοις αὐτῶν λογισμοῖς ἐπέτρεψαν θεογνωσίας τὴν εὕρεσιν. Καὶ κατ' ἐκείνους μὲν τοὺς ἐκ διδασκαλίας Θεοῦ καὶ κτίσεως ἐγνωκότας τὴν διαφορὰν εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, καθ' ἑκάτερον τὸν τῆς ἀγεννη-

(48) *Τοῦ πιστεύεσθαι.* Articulus additus ex Reg. 1.

Digitized by Google

σίας τρόπον ἀγέννητος ὤν· Θεὸν δὲ (49) ἢ Θεοὺς οὔτε πρὸ αὐτοῦ, οὔτε μεθ' αὐτὸν ἐσχηκὼς, συναΐδιον οὐκ ἔχων οὔτε ὑποκείμενον οὔτε ἀντικείμενον, ἄφθαρτον ἔχων τὴν οὐσίαν, καὶ ἀνεμπόδιστον τὴν ἐνέργειαν, δημιουργὸς ὢν τοῦ κόσμου παντὸς, ἀρχὴν ἔχοντος τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ τὶ εἶναι, καὶ τοῦ πῶς διαμένειν, τὴν ἐκείνου θέλησιν. Ἡ γὰρ ἐν ἀφθαρσίᾳ διαμένει τὰ μέρη τοῦ κόσμου, ὡς ὁ οὐρανὸς καὶ τὰ οὐράνια σώματα (50), καὶ αἱ ἀόρατοι δυνάμεις· ἢ ἐν τῷ γίνεσθαί τε καὶ φθείρεσθαι, ὡς τὰ ἐπὶ γῆς ζῶά τε καὶ φυτά. Καὶ ὥσπερ τὸ γεγονὸς οὐκ ἂν ἐγένετο μὴ ἐκείνου προστάξαντος, *γενηθήτω*· οὕτως οὐδ' ἂν διέμεινε μὴ ἐκείνου θεμένου τὸ πρόσταγμα, τοῖς μὲν ἀφθάρτοις τοῦ ἑστάναι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, τοῖς δὲ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ τοῦ, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν*. Πρὸς ἔνδειξιν δὲ τῆς θείας αὐτοῦ δυνάμεως, καὶ τοῦ μὴ νόμῳ φύσεως αὐτὸν δουλεύειν, ἀλλὰ αὐθεντίᾳ βουλήσεως τὸ δοκοῦν ἐργαζόμενον, τὰ μὲν ἐν ἀρχῇ τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ φύσεως ἐκ τῆς γῆς καὶ τῶν ὑδάτων ἐποίησε, προστάξας· *Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος, καὶ φυτὰ ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς τὸ σπέρμα, καὶ ξύλα ποιοῦντα καρπούς*. Καὶ πάλιν· *Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος*· τὰ δὲ ἐκ τῶν γεναρχῶν γεγενημένα, ἐκ τῆς καταβολῆς τοῦ σπέρματος γενέσθαι ὡρίσατο. Καὶ περὶ τούτων πάντες οἱ παρὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἀποσταλέντες προφῆται ταὐτὰ φρονοῦντες διετέλουν, καὶ διαφωνία ἐν αὐτοῖς γέγονεν οὐδεμία. Κατὰ δὲ τοὺς ἀπιστήσαντας μὲν τοῖς τῶν προφητῶν λόγοις, οἰκείῳ δὲ εἰκασμῷ περὶ Θεοῦ καὶ κτίσεως τὸ δοκοῦν διορισαμένους, πολλή τίς ἐστιν ἡ πρὸς ἀλλήλους τε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς διαφωνία ἐν τοῖς περὶ τῶν ὄντων καὶ τῆς τούτων ἀρχῆς κατ' οὐσίαν τε, καὶ ἀριθμὸν, καὶ κίνησιν, καὶ πέρας· καθὼς δείκνυται ἐκ τοῦ πρώτου λόγου *τῆς Φυσικῆς Ἀκροάσεως* Ἀριστοτέλους, μετὰ τοῦ μηδὲν αὐτὸν ἀληθεύειν περὶ ὧν διείληφε διορίσασθαι πραγμάτων.

A essentia corrumpi, nec operatio interpellari potest; opifex totius mundi, qui cur sit et cur talis sit et cur talis permaneat, causam habet illius voluntatem. Vel enim in incorruptione permanent mundi partes, ut cœlum et cœlestia corpora, et invisibiles potestates; vel in generatione et corruptione, ut in terra animalia et plantæ. Et quemadmodum quod factum est factum non fuisset, nisi illi præcepisset, *fiat;* ita nec permaneret, nisi præceptum posuisset, incorruptibilibus quidem ut stent in sæculum sæculi, iis autem, quæ in generatione et corruptione versantur, *Crescite et multiplicamini, et replete terram* [8]. Ut autem divinam suam potestatem ostenderet, seque legibus naturæ non servire, sed voluntatis imperio quidquid vult efficere, ex iis, quæ in generatione et corruptione naturæ versantur, alia initio ex terra et aquis effecit, præcipiens: *Educat terra animam viventem juxta genus suum et plantas habentes in se ipsis semen et ligna facientia fructus* [9]. Et rursus: *Educant aquæ animam viventem juxta genus suum* [10]: alia autem ex generis principibus genita ex seminis jactu nasci voluit. Ac de his quidem omnes missi a Deo ad omnes homines prophetæ idem sentiendo perseverarunt, nec dissensio inter **550** eos ulla exstitit. Apud eos autem, qui rejectis prophetarum sermonibus, propria conjectura de Deo et de re creata quidquid libet definierunt, plurima est inter eos et secum ipsis dissensio de rebus earumque principiis secundum substantiam et numerum et motum et finem, quemadmodum ostenditur ex primo Aristotelis libro *Naturalis Auscultationis*, præterquam quod nihil veri loquitur de iis, quæ definienda suscepit.

B

C

D

I. Ἐκ τοῦ πρώτου λόγου τῆς Φυσικῆς Ἀκροάσεως Ἀριστοτέλους.

« Ἀεὶ γάρ ἐστί τι ὃ ὑπόκειται, ἐξ οὗ γίνεται τὸ γινόμενον· οἷον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῶα ἐκ σπέρματος. Γίγνεται δὲ τὰ γιγνόμενα ἁπλῶς, τὰ μὲν μετασχηματίσει, οἷον ἀνδριάς· τὰ δὲ προσθέσει, οἷον τὰ αὐξανόμενα· τὰ δὲ ἀφαιρέσει, οἷον ἐκ τοῦ λίθου ὁ Ἑρμῆς· τὰ δὲ συνθέσει, οἷον οἰκία· τὰ δὲ ἀλλοιώσει, οἷον τὰ τρεπόμενα κατὰ τὴν ὕλην. Πάντα δὲ τὰ οὕτω γινόμενα, φανερὸν, ὅτι ἐξ ὑποκειμένων γίνεται. Καὶ τοῦτο διττόν (51)· ἢ γὰρ τὸ ὑποκείμενον, ἢ τὸ ἀντικείμενον. Λέγω δὲ ἀντικεῖσθαι μὲν τὸ ἄμουσον (52), ὑποκεῖσθαι δὲ τὸν ἄνθρωπον. »

Εἰ πρῶτόν ἐστι τὸ σπεῖρον σπέρμα, καὶ ὕστερον τὸ ἐκ σπέρματος γιγνόμενον, καὶ γενητὰ ἀμφότερα,

1. *Ex libro I naturalis Auscultationis Aristotelis*, lib. I, c. 7, p. 130 edit. J. Bekker. (Berol. 1831, in-4°), p. 190.

« Semper enim est aliquid quod subjicitur unde fit id quod fit: ut plantæ et animantes e semine. Fiunt autem omnino quæ fiunt, quædam transformatione, ut statua: nonnulla accessione, ut ea quæ crescunt: aliqua decessione, ut e saxo Mercurius: alia compositione, ut domus: alia alteratione, ut ea quæ secundum materiam mutantur. Quæ autem ita fiunt, ea manifestum est ex subjectis omnia fieri. Atque illud quidem duplex est; vel enim subjectum est, vel oppositum. Dico autem opponi non musicum, subjici vero hominem. »

Si primum est quod semen seminat, et postea id quod e semine fit, et utraque genita sunt: ejus

[8] Gen. I, 28. [9] Ibid. 12. [10] Ibid. 20.

(49) *Θεὸν δέ.* Deest vocula in Reg. 1.

(50) *Σώματα.* Hanc vocem suppeditavit Reg. 1.

(51) *Καὶ τοῦτο διττόν.* Ante has voces nonnulla ex ipso Aristotelis textu inseruerat Sylburgius, quæ cum minime necessaria sint ad propositum hujus nostri scriptoris, videntur ab eo de industria fuisse prætermissa.

(52) *Τὸ ἄμουσον.* Hæc apposita sunt ad sententiam Aristotelis, qui cum privationem inter principia numeret, utitur exemplo hominis non musici, qui musicus fit, et hominem subjectum esse statuit, contrarium autem, sive privationem, non musicum.

Digitized by Google

sensu, quo eadem res asseritur in confut. Resp. 5 *Græcorum n.* 2. *In ipso opere tam multæ occurrunt ratiocinationes iis, quas in superioribus Quæstionibus animadvertimus, plane gemellæ, ut qui triplex illud opus perlegerit, unius et ejusdem parentis fetum facile agnoscat.*

Nuncupatum est hoc opus Paulo presbytero, quem hic scriptor religionis defendendæ studio inflammatum esse testatur, seque libenter hujus scripti operam suscepisse, ut morem illi gereret. Fortasse idem est qui et nostro scriptori auctor fuit, ut Græcorum responsiones refelleret, supra col. 1403 *et Græcorum nomine, supra col.* 1466, *n.* 14, *loquitur in iis referendis quæ Græci adversus resurrectionem obtrudere solebant. Nam is qui hoc munere fungitur, Christianum se esse profitetur, et saxea corda eos appellat, qui resurrectionis doctrinam increduli oderunt.*

Commemoratur a Photio, cod. 125, « *Justini tractatus contra primum et secundum librum Physicæ Auscultationis (Aristotelis) sive contra Materiam et Formam et Privationem Epicherematicæ et validæ et perutiles disputationes, necnon contra quintum illud corpus et motum sempiternum, quem Aristoteles vi ratiocinationum peperit.* » *Sed quia non duo solum priores physicæ Auscultationis libri, sed etiam plures alii ab hoc scriptore oppugnantur, nonnulli exstare negant opus a Photio memoratum. At multo satius est cum Grabio mutilum Photii codicem suspicari. Inde enim, ut idem observat, errandi librariis nasci potuit occasio, quod cum num.* 12 *citentur nonnulla ex libris de cœlo, quæ sub distinctis numeris* 13, 14, 15, *apposita sunt, librarius aliud agens assilire potuit ad ea quæ num.* 46 *ex libris de cœlo repetuntur, iis omissis, quæ ex libris* 3, 4, 5, 9 *Physicæ Auscultationis excerpuntur. Forte etiam ipse Photius deceptus fuit, hunc librum celeriter potius evolvendo quam accurate legendo; et cum videret ea quæ ex libris de cœlo petuntur, citari num.* 13, 14 15, *reliquam disputationem in libris de cœlo refellendis versari existimavit.*

ΑΝΑΤΡΟΠΗ

ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΤΙΝΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΙΚΩΝ.

—

QUORUMDAM

ARISTOTELIS DOGMATUM CONFUTATIO.

—

549 Ex iis, quæ humano studio ad Deum colendum præclare ab hominibus fiunt, nihil tam gratum Deo, quam pro viribus contendere, ut meliores homines fiant. Quod quidem studium cum in vobis, digne omni honore, presbyter Paule, valde ferveat; quod mihi præcepisti, ut breviter selecta Græcorum de Deo et de creatione dogmatum capita excerperem, id libenter exsequendum suscepi, non ut veri aliquid ex eis ediscas (quomodo enim, qui cœlitus per prophetas ab ipso creationis auctore Deo doctrinam his de rebus accepisti?), sed ut scias Græcos constante demonstrationibus scientia, ex qua se de Deo et de creatione profitentur disputare, nequaquam id perfecisse, sed conjiciendo quidquid placet definire. Ex iis, qui de Deo et de creatione disputarunt, alii ab ipso auctore creationis Deo doctrinam de Deo et creatione accepere per prophetas, Dei ad eam rem ministros, quos primum divinis operibus, quæ per eos fiebant, fide dignos demonstravit, atque ita postmodum de rebus illos, qui ab eis edocebantur, latentibus doctrinam suppeditavit; alii vero prophetarum sermonibus increduli, propriis ratiocinationibus commiserunt Dei cognitionis inventionem. Atque apud illos quidem, qui edocti discrimen Dei et rei creatæ noverunt, unus est Deus, utroque sensu ingenitus, nec deos nec deum ante se aut post habens, nec coæternum, nec subjectum, nec adversarium; cujus nec

A Τῶν κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην σπουδὴν εἰς θεραπείαν τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων γινομένων καλῶν, οὐδὲν οὕτως ἐστὶ δεκτὸν τῷ Θεῷ, ὡς τὸ κατὰ δύναμιν σπουδάζειν βελτίους ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους. Ταύτην οὖν τὴν προθυμίαν ἐν ὑμῖν, ὦ τιμιώτατε πρεσβύτερε Παῦλε, σφόδρα οὖσαν διάπυρον, ἑτοίμως ὑμῖν ὑπήκουσα περὶ ὧν ἐνετείλασθέ μοι βραχεῖάν τινα ποιήσασθαι τὴν ἐκλογὴν τῶν Ἑλληνικῶν περὶ Θεοῦ καὶ κτίσεως δογμάτων· οὐχ ἵνα τι γνῷς ἀληθὲς ἐξ αὐτῶν· πῶς γὰρ ἄν, ὁ ἄνωθεν ἔχων τὴν διὰ τῶν προφητῶν περὶ τούτων διδασκαλίαν, παρ' αὐτοῦ τοῦ τὴν κτίσιν πεποιηκότος Θεοῦ; ἀλλ' ἵνα γνῷς, μὴ κατὰ τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην, καθ' ἣν ἐπαγγέλλονται Ἕλληνες περὶ Θεοῦ τε καὶ κτίσεως τοὺς λόγους ποιεῖν, τοῦτο πεποιηκότας, ἀλλ' εἰκασμῷ τὸ B δοκοῦν διορισαμένους. Τῶν περὶ Θεοῦ καὶ κτίσεως τοὺς λόγους πεποιημένων ἀνθρώπων, οἱ μὲν παρ' αὐτοῦ τοῦ τὴν κτίσιν πεποιηκότος Θεοῦ τὴν διδασκαλίαν ἐδέξαντο περὶ Θεοῦ καὶ κτίσεως διὰ τῶν προφητῶν τῶν πρὸς τοῦτο ὑπουργησάντων τῷ Θεῷ· οὓς πρῶτον θείοις ἔργοις τοῖς δι' αὐτῶν γιγνομένοις ἀξίους τοῦ πιστεύεσθαι (48) ἀνέδειξεν, εἶθ' οὕτω περὶ τῶν τοῖς διδασκομένοις ἀδήλων τὴν διδασκαλίαν παρέσχεν· οἱ δὲ τοῖς διὰ τῶν προφητῶν ἀπιστήσαντες λόγοις, τοῖς οἰκείοις αὐτῶν λογισμοῖς ἐπέτρεψαν θεογνωσίας τὴν εὕρεσιν. Καὶ κατ' ἐκείνους μὲν τοὺς ἐκ διδασκαλίας Θεοῦ καὶ κτίσεως ἐγνωκότας τὴν διαφορὰν εἷς ἐστιν ὁ Θεός, καθ' ἑκάτερον τὸν τῆς ἀγεννη-

(48) *Τοῦ πιστεύεσθαι.* Articulus additus ex Reg. 1.

Digitized by Google

σίας τρόπον ἀγέννητος ὤν· Θεὸν δὲ (49) ἢ Θεοὺς A
οὔτε πρὸ αὐτοῦ, οὔτε μεθ' αὐτὸν ἐσχηκὼς, συναΐδιον
οὐκ ἔχων οὔτε ὑποκείμενον οὔτε ἀντικείμενον, ἄφθαρ-
τον ἔχων τὴν οὐσίαν, καὶ ἀνεμπόδιστον τὴν ἐνέρ-
γειαν, δημιουργὸς ὢν τοῦ κόσμου παντὸς, ἀρχὴν
ἔχοντος τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ τι εἶναι, καὶ τοῦ πῶς δια-
μένειν, τὴν ἐκείνου θέλησιν. Ἡ γὰρ ἐν ἀφθαρσίᾳ
διαμένει τὰ μέρη τοῦ κόσμου, ὡς ὁ οὐρανὸς καὶ τὰ
οὐράνια σώματα (50), καὶ αἱ ἀόρατοι δυνάμεις· ἢ ἐν
τῷ γίνεσθαί τε καὶ φθείρεσθαι, ὡς τὰ ἐπὶ γῆς ζῶά
τε καὶ φυτά. Καὶ ὥσπερ τὸ γεγονὸς οὐκ ἂν ἐγένετο
μὴ ἐκείνου προστάξαντος, *γενηθήτω*· οὕτως οὐδ'
ἂν διέμεινε μὴ ἐκείνου θεμένου τὸ πρόσταγμα, τοῖς
μὲν ἀφθάρτοις τοῦ ἑστάναι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος,
τοῖς δὲ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ τοῦ, *Αὐξάνεσθε καὶ πλη-*
θύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. Πρὸς ἔνδειξιν δὲ B
τῆς θείας αὐτοῦ δυνάμεως, καὶ τοῦ μὴ νόμῳ φύσεως
αὐτὸν δουλεύειν, ἀλλὰ αὐθεντίᾳ βουλήσεως τὸ δοκοῦν
ἐργαζόμενον, τὰ μὲν ἐν ἀρχῇ τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ
φύσεως ἐκ τῆς γῆς καὶ τῶν ὑδάτων ἐποίησε, προστ-
τάξας· *Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γέ-*
νος, καὶ φυτὰ ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς τὸ σπέρμα, καὶ
ξύλα ποιοῦντα καρπούς. Καὶ πάλιν· *Ἐξαγαγέτω*
τὰ ὕδατα ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος· τὰ δὲ ἐκ τῶν
γεναρχῶν γεγενημένα, ἐκ τῆς καταβολῆς τοῦ σπέρ-
ματος γενέσθαι ὡρίσατο. Καὶ περὶ τούτων πάντες οἱ
παρὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἀποσταλέν-
τες προφῆται ταὐτὰ φρονοῦντες διετέλουν, καὶ δια-
φωνία ἐν αὐτοῖς γέγονεν οὐδεμία. Κατὰ δὲ τοὺς
ἀπιστήσαντας μὲν τοῖς τῶν προφητῶν λόγοις, οἰκείῳ C
δὲ εἰκασμῷ περὶ Θεοῦ καὶ κτίσεως τὸ δοκοῦν διορι-
σαμένους, πολλή τίς ἐστιν ἡ πρὸς ἀλλήλους τε καὶ
πρὸς ἑαυτοὺς διαφωνία ἐν τοῖς περὶ τῶν ὄντων καὶ
τῆς τούτων ἀρχῆς κατ' οὐσίαν τε, καὶ ἀριθμὸν, καὶ
κίνησιν, καὶ πέρας· καθὼς δείκνυται ἐκ τοῦ πρώτου λόγου *τῆς Φυσικῆς Ἀκροάσεως* Ἀριστοτέλους,
μετὰ τοῦ μηδὲν αὐτὸν ἀληθεύειν περὶ ὧν διεξῆλθε διορίσασθαι πραγμάτων.

essentia corrumpi, nec operatio interpellari potest; opifex totius mundi, qui cur sit et cur talis sit et cur talis permaneat, causam habet illius voluntatem. Vel enim in incorruptione permanent mundi partes, ut cœlum et cœlestia corpora, et invisibiles potestates; vel in generatione et corruptione, ut in terra animalia et plantæ. Et quemadmodum quod factum est factum non fuisset, nisi illi præcepisset, *fiat;* ita nec permaneret, nisi præceptum posuisset, incorruptibilibus quidem ut stent in sæculum sæculi, iis autem, quæ in generatione et corruptione versantur, *Crescite et multiplicamini, et replete terram*[8]. Ut autem divinam suam potestatem ostenderet, seque legibus naturæ non servire, sed voluntatis imperio quidquid vult efficere, ex iis, quæ in generatione et corruptione naturæ versantur, alia initio ex terra et aquis effecit, præcipiens: *Educat terra animam viventem juxta genus suum et plantas habentes in se ipsis semen et ligna facientia fructus*[9]. Et rursus: *Educant aquæ animam viventem juxta genus suum*[10]: alia autem ex generis principibus genita ex seminis jactu nasci voluit. Ac de his quidem omnes missi a Deo ad omnes homines prophetæ idem sentiendo perseverarunt, nec dissensio inter **550** eos ulla exstitit. Apud eos autem, qui rejectis prophetarum sermonibus, propria conjectura de Deo et de re creata quidquid libet definierunt, plurima est inter eos et secum ipsis dissensio de rebus earumque principiis secundum substantiam et numerum et motum et finem, quemadmodum ostenditur ex primo Aristotelis libro *Naturalis Auscultationis*, præterquam quod nihil veri loquitur de iis, quæ definienda suscepit.

1. *Ἐκ τοῦ πρώτου λόγου τῆς Φυσικῆς Ἀκροάσεως Ἀριστοτέλους.*

« Ἀεὶ γάρ ἐστί τι ὃ ὑπόκειται, ἐξ οὗ γίνεται τὸ γινόμενον· οἷον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῶα ἐκ σπέρματος. Γίγνεται δὲ τὰ γιγνόμενα ἁπλῶς, τὰ μὲν μετασχηματίσει, οἷον ἀνδριάς· τὰ δὲ προσθέσει, οἷον τὰ αὐξανόμενα· τὰ δὲ ἀφαιρέσει, οἷον ἐκ τοῦ λίθου ὁ Ἑρμῆς· τὰ δὲ συνθέσει, οἷον οἰκία· τὰ δὲ ἀλλοιώσει, οἷον τὰ τρεπόμενα κατὰ τὴν ὕλην. Πάντα δὲ τὰ οὕτω γινόμενα, φανερὸν, ὅτι ἐξ ὑποκειμένων γίνεται. Καὶ τοῦτο διττόν (51)· ἢ γὰρ τὸ ὑποκείμενον, ἢ τὸ ἀντικείμενον. Λέγω δὲ ἀντικεῖσθαι μὲν τὸ ἄμουσον (52), ὑποκεῖσθαι δὲ τὸν ἄνθρωπον. »

Εἰ πρῶτόν ἐστι τὸ σπεῖρον σπέρμα, καὶ ὕστερον τὸ ἐκ σπέρματος γιγνόμενον, καὶ γενητὰ ἀμφότερα,

1. *Ex libro I naturalis Auscultationis Aristotelis*, lib. I, c. 7, p. 130 edit. J. Bekker. (Berol. 1831, in-4°), p. 190.

« Semper enim est aliquid quod subjicitur unde fit id quod fit: ut plantæ et animantes e semine. Fiunt autem omnino quæ fiunt, quædam transformatione, ut statua: nonnulla accessione, ut ea quæ crescunt: aliqua decessione, ut e saxo Mercurius: alia compositione, ut domus: alia alteratione, ut ea quæ secundum materiam mutantur. Quæ autem ita fiunt, ea manifestum est ex subjectis omnia fieri. Atque illud quidem duplex est; vel enim subjectum est, vel oppositum. Dico autem opponi non musicum, subjici vero hominem. »

Si primum est quod semen seminat, et postea id quod e semine fit, et utraque genita sunt: ejus

[8] Gen. 1, 18. [9] Ibid. 12. [10] Ibid. 20.

(49) *Θεὸν δέ*. Deest vocula in Reg. 1.
(50) *Σώματα*. Hanc vocem suppeditavit Reg. 1.
(51) *Καὶ τοῦτο διττόν*. Ante has voces nonnulla ex ipso Aristotelis textu inseruerat Sylburgius, quæ cum minime necessaria sint ad propositum hujus nostri scriptoris, videntur ab eo de industria fuisse prætermissa.

(52) *Τὸ ἄμουσον*. Hæc apposita sunt ad sententiam Aristotelis, qui cum privationem inter principia numeret, utitur exemplo hominis non musici, qui musicus fit, et hominem subjectum esse statuit, contrarium autem, sive privationem, non musicum.

Digitized by Google

sane, quod satu fieri ponitur, generationi semen subjicitur; ejus autem quod seminavit, generationi semen subjicere non est. Proinde non semper animantes et plantæ satu fiunt. Præterea si utrumque genitum animal est, et quod seminat, et quod e semine gignitur : et utrumque non ex eodem est subjecto, sed alterum e semine, alterum non e semine: quo pacto falsum non est, semper animantes satu procreari? Eadem est de plantis ratio. Item, si principium ejus quod satu fit, est sator; is autem in commentatione *Naturalis Auscultationis* Aristotelis ignotus et indefinitus est : quanam de causa commentatio ea instituta est, cum principium ignoretur primi animalis et plantæ? Sequitur enim ignorationem principii ignoratio eorum quæ ex principio. Si animal, quod fit ex semine, secundum naturam fit, liquet idem animal, si fiat quidem, non tamen ex semine, non fieri secundum naturam. Dicant igitur Aristotelici secundum quid fiat animal quod non fit secundum naturam. Deinde si assignato animalis diverso nascendi modo, nempe illius, quod ex semine et secundum naturam, et illius, quod non ex semine nec secundum naturam fit, necesse est finitam esse generationem: quomodo ergo dicunt Græci animalia ac plantas, quæ secundum naturam facta sunt, æque ac Deum carere principio, cum ne primo quidem animali et plantæ æqualia esse possint? Præterea, si quidquid fit semper compositum est, quomodo modum, quo fiunt quæ per compositionem fiunt, proprio modi discrimine ab aliis generationis modis segregas? Nam si compositum est quidquid genitum, necesse **551** ut per compositionem gignatur. Sed si generationis per compositionem modus generationi omni convenit, frustra ab aliis generationis modis segregatur proprio discrimine. Item, si quæ subjecta sunt iis, quas diximus, generationibus, substantiæ sunt, ac in eis subjectum bifariam consideratur, id est subjectum et oppositum, materia autem substantia non est: quomodo quadrat modus generationis eorum, quæ ex substantiis gignuntur cum modo generationis eorum, quæ non ex substantiis generantur? Necesse ergo est vel substantiam esse materiam, vel quæ ex materia gignuntur alio modo gigni ac prædictis generationis modis. Sed quia in pertractatione *Naturalis Auscultationis* materiam statuitur non esse substantiam, nec modus generationis eorum, quæ ex illa fiunt, exponitur : annon inutilis ipsa pertractatio, in qua non reperitur quid liqueat? Adhuc etiam si, ut necesse est naturæ et arti non quælibet ex quibuslibet, sed ex certis et definitis certa et definita facere, ita Deo necessitas adest ex certis et definitis certa et definita faciendi: quis est qui hanc Deo legem imposuit? Ac naturæ quidem et arti hanc a Deo legem impositam fuisse manifestum est. Sed si Deus legi non subest, sed ex quolibet quælibet facit, nulla cum legis necessitate prohibente quominus quidquid vult efficiat: quomodo non solutus etiam et liber est a lege ex subjectis necessario faciendi?

A τῇ μὲν γενέσει τοῦ κειμένου ἐκ σπέρματος γιγνομένου ὑπόκειται τὸ σπέρμα, τῇ δὲ γενέσει τοῦ σπείραντος ὑποκεῖσθαι τὸ σπέρμα οὐ δυνατόν· οὐκ ἄρα ἀεὶ τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτὰ ἐκ σπέρματος γίνεται. Ἔτι, εἰ ζῷον γενητὸν ἑκάτερον, τὸ σπεῖρον καὶ τὸ ἐκ σπέρματος γιγνόμενον, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου ἑκάτερον, ἀλλὰ θάτερον μὲν ἐκ τοῦ σπέρματος, ἕτερον δὲ οὐκ ἐκ τοῦ σπέρματος· πῶς οὐ ψευδὲς τὸ ἀεὶ τὰ ζῶα γίνεσθαι ἐκ τοῦ σπέρματος; Καὶ περὶ τῶν φυτῶν ὁ αὐτὸς λόγος. Ἔτι, εἰ ἀρχὴ μὲν τοῦ ἐκ σπέρματος γιγνομένου ἐστὶ τὸ σπεῖρον, ἄγνωστον δὲ τοῦτο καὶ ἀδιόριστον ἐν τῇ πραγματείᾳ *τῆς Φυσικῆς* Ἀκροάσεως Ἀριστοτέλους, τίνος ἕνεκεν ἐγράφη αὕτη ἡ πραγματεία, τῆς ἀρχῆς ἀγνοουμένης τοῦ πρώτου ζώου τε καὶ φυτοῦ; Ἀκολουθεῖ γὰρ τῇ B ἀγνωσίᾳ τῆς ἀρχῆς ἡ ἀγνωσία τῶν ἐξ ἀρχῆς· εἰ τὸ ζῷον τὸ ἐκ σπέρματος γιγνόμενον, γίνεται δὲ κατὰ φύσιν, δῆλον ὅτι τοῦ αὐτοῦ ζώου γιγνομένου μὲν, μὴ ἐκ σπέρματος δὲ, οὐ γίνεται κατὰ φύσιν. Εἰπάτωσαν οὖν οἱ Ἀριστοτελικοὶ, κατὰ τί γίνεται τὸ ζῷον τὸ μὴ κατὰ φύσιν γιγνόμενον. Ἔτι, εἰ, διαφορᾶς κατὰ γένεσιν τοῦ ζώου δοθείσης, τοῦ τε ἐκ σπέρματος καὶ κατὰ φύσιν, καὶ τοῦ μὴ ἐκ σπέρματος, μήτε κατὰ φύσιν γιγνομένου, ἀνάγκη πεπερασμένην εἶναι τὴν γένεσιν· πῶς οὖν σύναρχα λέγουσιν Ἕλληνες τά τε ζῶα καὶ τὰ φυτὰ τῷ Θεῷ, τὰ κατὰ φύσιν γεγονότα, τὰ μήτε τῷ πρώτῳ ζώῳ τε καὶ φυτῷ σύγχρονα εἶναι δυνάμενα; Ἔτι, εἰ ἅπαν τὸ γιγνόμενον ἀεὶ σύνθετόν ἐστι, πῶς τὸν τρόπον τῶν κατὰ σύνθεσιν γινομένων C τῇ οἰκείᾳ τοῦ τρόπου διαφορᾷ τῶν ἄλλων τῶν τῆς γενέσεως τρόπων διέστειλας; Εἰ γὰρ ἅπαν γενητὸν σύνθετον, κατὰ σύνθεσιν ἀνάγκη γίνεσθαι. Ἀλλ' εἰ ὁ τρόπος τῆς κατὰ σύνθεσιν γενέσεως πάσῃ γενέσει ἁρμόττει, περιττῶς τῶν ἄλλων τῆς γενέσεως τρόπων διέσταλται τῇ οἰκείᾳ διαφορᾷ. Ἔτι, εἰ τὰ ὑποκείμενα ταῖς ῥηθείσαις γενέσεσιν οὐσίαι εἰσὶ, καὶ ἐν αὐταῖς θεωρεῖται τὸ διττὸν τοῦ ὑποκειμένου, τουτέστι τὸ ὑποκείμενον καὶ τὸ ἀντικείμενον, ἡ δὲ ὕλη οὐσία οὐκ ἔστι, πῶς ἁρμόττει ὁ τρόπος τῆς γενέσεως τῶν ἐξ οὐσιῶν γιγνομένων τῷ τρόπῳ τῆς γενέσεως τῶν μὴ ἐξ οὐσίας γιγνομένων; Ἀνάγκη ἄρα ἢ οὐσίαν εἶναι τὴν ὕλην, ἢ τρόπῳ ἑτέρῳ γίγνεσθαι τὰ ἐκ τῆς ὕλης γιγνόμενα παρὰ τοὺς ῥηθέντας τρόπους τῆς γενέσεως. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῇ πραγματείᾳ *τῆς Φυσικῆς* D Ἀκροάσεως ἡ ὕλη διώρισται μὴ εἶναι οὐσία, καὶ ὁ τρόπος τῆς γενέσεως τῶν ἐξ αὐτῆς γιγνομένων οὐ παραδέδοται, πῶς οὐ περιττὴ αὕτη ἡ πραγματεία, ἐν ᾗ τὸ σαφὲς ἄπορον; Ἔτι, εἰ, ὡς ἀνάγκη τῇ φύσει καὶ τῇ τέχνῃ τὸ μὴ ἐκ τοῦ τυχόντος ποιεῖν τὰ τυχόντα, ἀλλ' ἐκ τῶν ὡρισμένων τὰ ὡρισμένα, οὕτως ἀνάγκη καὶ τῷ Θεῷ ἐκ τῶν ὡρισμένων ποιεῖν τὰ ὡρισμένα, τίς ἐστιν ὁ τῷ Θεῷ τοῦτον τὸν ὅρον θέμενος; Ὅτι δὲ τῇ φύσει καὶ τῇ τέχνῃ ὁ Θεὸς ἔθηκε τοῦτον τὸν ὅρον, φανερόν. Εἰ δὲ ὁ Θεὸς ὑπὸ τὸν ὅρον οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ποιεῖ ἐκ τοῦ τυχόντος τὰ τυχόντα, τῇ τοῦ ὅρου ἀνάγκῃ μὴ κωλυόμενος τοῦ ποιεῖν ἃ βούλεται· πῶς οὐκ ἠλευθέρωται καὶ τοῦ ὅρου τοῦ ποιεῖν ἐκ τῶν ὑποκειμένων κατὰ ἀνάγκην;

Digitized by Google

2. *Τοῦ αὐτοῦ Ἀριστοτέλους ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.*

« Ἔστι δὲ τὸ ὑποκείμενον ἀριθμῷ μὲν ἕν, εἴδει δὲ δύο. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, καὶ ὁ χρυσὸς, καὶ ὅλως ἡ ὕλη, ἀριθμητή· τόδε γάρ τι μᾶλλον, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκὸς ἐξ αὐτοῦ γίνεται τὸ γιγνόμενον· ἡ δὲ στέρησις καὶ ἡ ἐναντίωσις συμβεβηκός. Ἕν δὲ τὸ εἶδος, οἷον ἡ τάξις, ἡ μουσικὴ, ἤ τῶν ἄλλων τι τῶν οὕτω κατηγορουμένων· δι' ὧν ἔστι μὲν ὡς δύο λεκτέον εἶναι τὰς ἀρχὰς, ἔστι δὲ ὡς τρεῖς. Καὶ ἔστι μὲν ὡς τὰ ἐναντία, οἷον εἴ τις λέγοι τὸ μουσικὸν καὶ τὸ ἄμουσον, ἢ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, ἢ τὸ ἡρμοσμένον καὶ ἀνάρμοστον· ἔστι δὲ ὡς οὔ. Ὑπ' ἀλλήλων γὰρ πάσχειν τὰ ἐναντία ἀδύνατον. Λύεται δὲ καὶ τοῦτο διὰ τὸ ἄλλο εἶναι τὸ ὑποκείμενον· τοῦτο γὰρ οὐκ ἐναντίον. Ὥστε οὔτε πλείους τῶν ἐναντίων αἱ ἀρχαὶ τρόπον τινὰ, ἀλλὰ δύο ὡς εἰπεῖν τῷ ἀριθμῷ· οὔτε αὖ παντελῶς δύο διὰ τὸ ἕτερον ὑπάρχειν τὸ εἶναι αὐτοῖς, ἀλλὰ τρεῖς. »

Εἰ ἔστι τὸ ὑποκείμενον ἀριθμῷ μὲν ἕν, εἴδει δὲ δύο, ἀφ' ὧν δεῖ ἓν τῷ ἑνὶ ὑποκεῖσθαι, πῶς οὐκ ἔστι τὸ ὑποκείμενον αὐτὸ ἑαυτῷ ὑποκείμενον; Εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, πῶς οὐκ ἔστι ψευδὲς τὸ εἴδει δύο εἶναι τὸ ὑποκείμενον; Ἔτι, εἰ δεῖ ὑποκεῖσθαί τι ἀεὶ τῶν γιγνομένων, ἔστι δὲ τοῦτο ἡ ὕλη, πῶς οὐκ ἔστιν ἡ ὕλη ἀεὶ γενητή; Ἀεὶ γὰρ τῷ ἑνὶ τῶν ἐναντίων ὑπόκειται. Ἢ γὰρ τῇ στερήσει ὑπόκειται, ἢ τῷ εἴδει, ἐναντίῳ ὄντι τῇ στερήσει· καὶ τῷ εἴδει μὲν γίνεται εὔμορφος (53), τῇ στερήσει δὲ ἄμορφος. Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν οὐσία γενητὴ ἡ ὕλη, ἀεὶ τὸ εἶναι γενητῶς ἔχουσα; Ἔτι, εἰ ἡ στέρησις οὐδέν ἐστιν ἕτερον παρὰ τὴν ἀναίρεσιν παντὸς τοῦ ὄντος, ἔχουσα δὲ ταύτην ἡ ὕλη, πῶς οὐκ ἀνῄρηται αὐτῆς καὶ τὸ εἶναι αὐτὴν ὕλην; Ἔτι, εἰ ἀπόντος τοῦ εἴδους τῆς ὕλης, ἄπεστιν αὐτῆς καὶ τὸ εἶναι αὐτὴν οὐσίαν, καὶ τὸ τόδε τι καὶ τὸ ὄν, οὐδαμοῦ ἄρα ἡ ὕλη ἀπόντος αὐτῆς τοῦ εἴδους. Ἔτι, εἰ ἀριθμητὴ ἡ ὕλη, τὰ δὲ ἐναντία τὰ ταύτῃ (54) συμβεβηκότα οὐκ ἀριθμητὰ, πῶς τρεῖς ἀρχαὶ, ἥ τε ὕλη καὶ τὰ ταύτῃ συμβεβηκότα; Εἰ οὐδὲν ὧν (55) ἐν τῇ συστάσει τῶν φύσεων γιγνομένων θεωρούμενόν ἐστιν ἐκ τῆς ὕλης, οὐδὲ τὸ ποιὸν οὐδὲ τὸ ποσὸν, πῶς ἐξ αὐτῆς τὰ γιγνόμενα γίγνεται καθ' αὑτά; Εἰ ἀδύνατόν τι εἶναι μὴ εἶναι καὶ τόδε τι [11], πῶς διὰ τὴν στέρησιν τόδε τι μὴ οὖσα ἡ ὕλη, τὸ εἶναι ἔχει; Εἰ ἡ στέρησις καὶ τὸ εἶδος τῇ ὕλῃ συμβέβηκεν, οὐσία δὲ οὐκ ἔστιν ἡ ὕλη, πῶς ταύτῃ συμβέβηκε τὰ ἐναντία; Τῇ γὰρ οὐσίᾳ συμβαίνει τὰ συμβεβηκότα. Εἰ ὥσπερ ἡ τάξις ἐν τοῖς τεταγμένοις, οὕτω καὶ τὸ εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ, πῶς τὰ μὲν ἄτακτα πρὸ τῆς τάξεως τὸ εἶναι τόδε τι ἔχει; ἡ γὰρ ὕλη (56) πρὸ τοῦ εἴδους τὸ εἶναι τόδε μὴ ἔχουσα, σώζεται ἐν τῇ ὕλῃ ἡ ἀναλογία τῆς τάξεως ὡς πρὸς τὸ εἶδος. Εἰ ἐν τῇ συνθέσει μὲν τῶν γιγνομένων δύο θεωροῦνται μόναι ἀρχαὶ, ἥ τε ὕλη καὶ τὸ εἶδος· χωρὶς δὲ συνθέσεως τρεῖς εἰσιν ἀρχαὶ, ἥ τε ὕλη καὶ ἡ στέρησις καὶ τὸ εἶδος· δῆλον ἄρα ὅτι,

[11] Leg. καὶ μὴ εἶναι τόδε τι.

2 *Ejusdem Aristotelis ex eodem libro*, ib., p. 190, 29.

« Est autem subjectum numero quidem unum, forma autem duo. Nam homo et aurum ac generatim materia numero subjecta: id enim quod fit ex subjecto, aliquid maxime ex eo fit, nec per accidens. Est autem accidens privatio et contrarium. Unum autem est forma, velut ordo et musica et eorum quidpiam quæ simili modo dicuntur. Quare licet quidem duo dicere principia, licet etiam tria: licet etiam contraria dicere, velut si quis dicat musicum et immusicum, aut calidum et frigidum, aut constructum et inconstructum. Rursus etiam licet non dicere. Contraria enim a se invicem pati non possunt. Solvitur autem et hoc, quia aliud est subjectum: illud enim non est contrarium. Quare nec plura contrariis principia quodammodo, sed numero, ut ita dicam, duo: nec rursus duo omnino, quia alia eis inest essentia, sed tria. »

Si subjectum numero quidem unum, forma autem duo: cum oporteat ut unum uni subjiciatur, quomodo subjectum non est sibi ipsi subjectum? Quod si id fieri non potest; quomodo falsum non est forma duo esse subjectum? Deinde si necesse est semper subjici aliquid eorum quæ fiunt, illud autem materia est: quomodo non genita semper est materia? Semper enim uni contrariorum subjicitur. Vel enim privationi subjicitur, vel formæ, quæ contraria est privationi: ac forma quidem fit formata, privatione autem informis. Quomodo ergo materia non est substantia genita, quæ semper esse habet genite? Item **552** si privatio nihil aliud est quam abolitio omnis entis, hæc autem inest materiæ: quomodo non ab ea aufertur et quod ipsa est materia? Item si, absente forma a materia, abest etiam ab ea quominus sit substantia et certum quid et ens; nullibi ergo materia absente forma. Item, si numerabilis materia, quæ autem ei accidunt minime numerabilia: quomodo tria sunt principia, materia et quæ illi accidunt? Si nihil eorum, quæ in constitutione naturarum genitarum cernimus, ex materia est, nec qualitas, nec quantitas: quomodo quæ ex ea fiunt, per seipsa fiunt? Si fieri non potest ut aliquid sit nec certum quid sit: quomodo materia, cum propter privationem non sit certum quid, esse habet? Si privatio et forma materiæ accidunt, substantia autem non est materia: quomodo ei contraria accidunt? Nam quæ accidentia sunt, substantiæ accidunt. Si ut ordo in iis quæ ordinantur, ita forma in materia: quomodo ea quæ carent ordine, habent ante ordinem ut certum quid sint; materia autem etsi ante formam non habet, ut certum quid sit, in ea tamen servatur proportio ordinis ad formam? Si in compositione eorum, quæ fiunt, duo tantum spectantur principia, materia et

(53) *Εὔμορφος*. Mallet ἔμμορφος Sylburgius.
(54) *Τὰ ταύτῃ*. Articulum suppeditavit Reg. 1.
(55) *Οὐδὲν ὧν*. Non dubitat Sylburgius quin legendum sit οὐδὲν τῶν. Sed si id sequimur, mox etiam legendum erit θεωρουμένων. Non male, mea quidem sententia, legeretur, οὐδὲν ὢν... θεωροῦμεν, expuncta sequenti syllaba.
(56) *Ἡ γὰρ ὕλη*. Lege ἡ δὲ ὕλη.

Digitized by Google

forma, absque autem compositione tria sunt principia, materia, forma et privatio, liquet profecto, si non exsistat id quod fit, tria poni principia; si exsistat, non tria, sed duo. Quomodo ergo non est id, quod fit, principium abolitionis unius principii, quod quidem si non periret, non fieret id quod fit? Si ut homo afficitur a musico et ab immusico et corpus a frigido et a calido, et vox a consono et a dissono, ita materia afficitur a forma et a privatione: sit ergo materia substantia, ut homo et corpus, vel accidens ut vox, ut proportionis ratio servetur. Quod si nec substantia est materia nec accidens: neque profecto afficitur a contrariis.

3. *Ejusdem ex eodem libro*, ib., p. 191.

« Quot igitur sint principia rerum naturalium, quæ generantur, et quomodo, dictum est. Ac manifestum est necesse esse ut aliquid subjiciatur contrariis, ac duo sint contraria. Alia autem quadam ratione, id non necesse. Idoneum enim alterum contrariorum ut efficiat præsentia aut absentia mutationem: subjecta autem natura sub scientiam cadit secundum analogiam. Quemadmodum enim se habet æs ad statuam, aut lignum ad lectum, aut ad aliud quidpiam eorum, quæ formam habent, materia et informe antequam accedat forma, ita se habet ipsa ad substantiam materia, et ad certum quid et ad ens. Unum igitur ipsa principium est, non tamen ita unum, ut certum quid sit. Unum autem quatenus unum est ratio sive idea, et autem substantia sit forma an suppositum, nondum liquet. »

553 Si forma præsentia sua format materiam, et absentia informem facit, sunt autem duo principia, forma et informe, eademque etiam privatio præsentia et absentia sua efficit; principia ergo sese invicem generabunt ac destruent, nec æterna erunt. Quod enim æternum, id ut sit, nullius præsentia indiget aut absentia. Si præsentia et absentia contrariorum fit principiorum mutatio; liquet ideo mutationem fieri, quia ipsa sunt principia. Quomodo ergo possunt manere principia, quæ principia esse desierunt? Si principium, quod habet principium, non est principium: quomodo materia, quæ ut sit, principium habet formam, ut non sit, privationem, potest esse principium? Naturam appellare id quod privationi subjectum est, quod quidem nec substantia est, nec certum quid, nec ens, quomodo non est supervacaneum? Si principia neque ex aliis, neque ex se invicem sunt; est autem ex formæ absentia privatio, et ex absentia privationis forma: quomodo non ex se invicem principia sunt, forma et privatio? Sua enim invicem absentia sese invicem efficiunt. Si quam habet

μὴ ὄντος μὲν τοῦ γιγνομένου, κείμεναι τρεῖς ἦσαν· ἀρχαί· ὄντος δὲ τοῦ γιγνομένου, οὐ τρεῖς, ἀλλὰ δύο. Πῶς οὖν οὐκ ἔστι τὸ γιγνόμενον ἀρχὴ τῆς ἀπωλείας τῆς μιᾶς ἀρχῆς, ἢ εἰ μὴ ἀπώλετο, οὐκ ἂν ἐγίνετο τὸ γιγνόμενον; Εἰ ὥσπερ πάσχει ὁ ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ μουσικοῦ καὶ τοῦ ἀμούσου, καὶ τὸ σῶμα ὑπὸ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ, καὶ ἡ φωνὴ ὑπὸ τῆς ἁρμονίας τε καὶ ἀναρμοστίας· οὕτω πάσχει ἡ ὕλη ὑπὸ τοῦ εἴδους καὶ τῆς στερήσεως· ἔστω ἡ ὕλη οὐσία, ὡς ἄνθρωπος καὶ τὸ σῶμα· ἢ συμβεβηκὸς, ὡς ἡ φωνὴ, ἵνα σωθῇ τὸ τῆς ἀναλογίας ἀκόλουθον. Εἰ δὲ οὔτε οὐσία ἐστὶν ἡ ὕλη οὔτε συμβεβηκὸς, οὐδ' ἄρα πάσχει ὑπὸ τῶν ἐναντίων.

3. *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.*

« Πόσαι μὲν οὖν αἱ ἀρχαὶ τῶν περὶ γένεσιν φυσικῶν, καὶ πῶς, εἴρηται. Καὶ δῆλόν ἐστιν ὅτι δεῖ ὑποκεῖσθαί τι τοῖς ἐναντίοις, καὶ τὰ ἐναντία δύο εἶναι· τρόπον δέ τινα ἄλλον, οὐκ ἀναγκαῖον. Ἱκανὸν γὰρ (57) τὸ ἕτερον τῶν ἐναντίων ποιεῖν τῇ παρουσίᾳ καὶ ἀπουσίᾳ τὴν μεταβολήν· ἡ δὲ ὑποκειμένη φύσις ἐπιστητὴ κατὰ ἀναλογίαν. Ὡς γὰρ πρὸς ἀνδριάντα χαλκὸς, ἢ πρὸς κλίνην ξύλον, ἢ πρὸς τῶν ἄλλων τι τῶν ἐχόντων μορφὴν ἡ ὕλη καὶ τὸ ἄμορφον ἔχει πρὶν λαβεῖν τὴν μορφήν (58)· οὕτως αὕτη πρὸς οὐσίαν ἔχει, καὶ τόδε τι καὶ τὸ ὄν. Μία μὲν οὖν ἀρχὴ αὕτη, οὐχ οὕτω μία οὖσα, οὐδὲ ἓν ὡς τὸ (59) τόδε τι, μία δὲ ᾗ λόγος· ἔστι δὲ τὸ ἐναντίον τούτῳ (60) ἡ στέρησις. Πότερον δὲ οὐσία τὸ εἶδος ἢ τὸ ὑποκείμενον, οὔπω δῆλον (61).» quod huic contrarium est privatio. Utrum autem substantia sit forma an suppositum, nondum liquet. »

Εἰ τὸ εἶδος τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ εἰδοποιεῖ τὴν ὕλην, καὶ τῇ ἀπουσίᾳ αὐτοῦ ποιεῖ ἀνείδεον, εἰσὶ δὲ ἀρχαὶ δύο, τό τε εἶδος καὶ τὸ ἀνείδεον, ποιεῖ δὲ αὐτὰ ταῦτα καὶ ἡ στέρησις τῇ παρουσίᾳ αὐτῆς καὶ τῇ ἀπουσίᾳ· ἔσονται ἄρα αἱ ἀρχαὶ ὑπ' ἀλλήλων γιγνόμεναί τε καὶ ἀναιρούμεναι, καὶ οὐκ ἀΐδιοι. Τὸ γὰρ ἀΐδιον παρουσίας τινὸς καὶ ἀπουσίας οὐ χρῄζει πρὸς τὸ εἶναι. Εἰ τῇ παρουσίᾳ καὶ ἀπουσίᾳ τῶν ἐναντίων γίνεται τῶν ἀρχῶν ἡ μεταβολὴ, δῆλον ὅτι γίνεται ἡ μεταβολὴ ἐκ τοῦ εἶναι αὐτὰς ἀρχάς. Πῶς οὖν δύνανται μένειν ἀρχαὶ αἱ ἀποβεβληκυῖαι τὸ εἶναι ἀρχαί; Εἰ ἡ ἀρχὴ, ἀρχὴν ἔχουσα, οὐκ ἔστιν ἀρχὴ, πῶς ἡ ὕλη, τοῦ μὲν εἶναι ἀρχὴν ἔχουσα τὸ εἶδος, τοῦ δὲ μὴ εἶναι τὴν στέρησιν, δύναται εἶναι ἀρχή; Τὸ φύσιν ὀνομάζειν τὸ ὑποκείμενον τῇ στερήσει, τὸ μήτε οὐσία ὄν, μήτε τόδε τι, μήτε ὄν, πῶς οὐκ ἔστι περιττόν; Εἰ ἀρχαὶ οὔτε ἐξ ἄλλων εἰσὶν οὔτε ἐξ ἀλλήλων· ἔστι δὲ ἐκ τῆς ἀπουσίας τοῦ εἴδους ἡ στέρησις, καὶ ἐκ τῆς ἀπουσίας τῆς στερήσεως τὸ εἶδος· πῶς οὐκ εἰσὶν ἐξ ἀλλήλων ἀρχαὶ, τό τε εἶδος καὶ ἡ στέρησις; Τῇ γὰρ ἀπουσίᾳ ἀλλήλων ποιητικαὶ ἀλλήλων. Εἰ δὲ ἔχει λόγον ὁ χαλκὸς πρὸς τὸν μέλλοντα ἐξ αὐτοῦ γίνεσθαι ἀνδριάντα, τοῦτον ἔχει ἡ ὕλη πρὸς

(57) *Ἱκανὸν γάρ.* Ex contextu Aristotelis scripsit Sylburgius ἱκανὸν γὰρ ἔσται.

(58) *Ἡ ὕλη... τὴν μορφήν.* Hæc desunt apud Aristotelem non sine contextus perturbatione.

(59) *Ἓν ὡς τό.* Editi nostri ἐν ᾧ ἐστι. Emendavi, ut apud Aristotelem legitur; sed ut accuratior sit totus hic locus, mox legendum videtur μία δὲ ᾗ ὁ λόγος, ἔτι δὲ τὸ ἐναντίον τούτῳ ἡ στέρησις. Totus enim est hoc loco Aristoteles, ut tria esse principia probet, materiam, formam et privationem.

(60) *Τούτῳ.* Ita Aristoteles. Editi nostri τοῦτο. Deest ea vox in Reg. 1.

(61) *Οὔπω δῆλον.* Hæc desunt apud R. Stephanum, sed ea Sylburgius non immerito mutuatus est ex Aristotele. Infra enim a Pseudo-Justino citantur.

Digitized by Google

τὴν οὐσίαν καὶ τὸ τόδε τι καὶ τὸ ὄν, πῶς ὁ μὲν χαλκὸς, ἐὰν μὴ ᾖ οὐσία, καὶ τόδε τι καὶ ὄν, λόγον ἔχειν πρὸς τὸν ἀνδριάντα οὐ δύναται· ἡ δὲ ὕλη, μήτε οὐσία οὖσα, μήτε τόδε τι, μήτε ὄν, ἀναλογίαν ἔχειν πρὸς τὸν χαλκὸν δύναται; Εἰ πάντα τὰ ἐν συστάσεσι τῶν φυσικῶν θεωρούμενα αἰσθήσει ἐστὶν ἐπιστητὰ, πῶς ἡ ὕλη, ἐξ ἧς τὰ αἰσθητὰ, ἀναλογίᾳ ἐστὶν ἐπιστητὴ, καὶ οὐκ αἰσθήσει· ἢ πῶς ὅλως ἐκ μὴ αἰσθητοῦ δυνατὸν γενέσθαι τὰ αἰσθητά; Εἰ τόδε τί ἐστι καὶ τὸ μίαν ἀρχὴν εἶναι, πῶς ἡ ὕλη τὸ μὲν εἶναι μίαν ἀρχὴν ἔχει, τὸ δὲ εἶναι αὐτὴν τόδε τι οὐκ ἔχει; Καὶ εἰ τὸ εἶναι τόδε τι, καὶ τὸ τόδε τι μὴ εἶναι οὐσία ἐστὶ, πῶς ἡ ὕλη [12] τὸ μὲν τόδε τι μὴ εἶναί ἐστιν, οὐσία δὲ οὐκ ἔστι; πῶς δὲ δύναταί τις ἐκβάλλειν τὴν ὕλην τοῦ εἶναι ἓν [13], ὁ διελὼν αὐτὴν εἰς δύο εἴδη, εἴς τε τὸ ὑποκείμενον τῷ γιγνομένῳ καὶ εἰς τὸ ἀντικείμενον; Εἰ οὕπω δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, εἰ οὐσία ἐστὶ τὸ εἶδος ἢ τὸ ὑποκείμενον, πῶς ἀποφαντικῶς εἴρηκε περὶ τῆς ὕλης, τὸ μὴ εἶναι αὐτὴν οὐσίαν μήτε τόδε τι, μήτε ὄν; Τὸ γὰρ ὑποκείμενον εἴρηκεν εἶναι τὴν ὕλην. Ποτὲ μὲν μὴ εἶναι αὐτὴν οὐσίαν, μήτε τόδε τι, μήτε ὄν· ποτὲ δὲ ἄδηλον εἰ οὐσία ἐστὶ, πῶς οὐκ ἔστι τῶν οὐκ εἰδότων ὃ φασιν;

A rationem æs ad futuram ex eo statuam, eamdem habet materia ad formam et ad certum quid et ad ens: quomodo æs, nisi sit substantia et certum quid et ens, rationem habere cum statua non potest; materia autem, quæ nec substantia est, nec certum quid, nec ens, rationem habere potest cum ære? Si quæcunque in constitutionibus rerum naturalium considerantur, ea sensu percipiuntur: quomodo materia, ex qua ea sunt, quæ sensu percipiuntur, analogia cognoscitur, non sensu? Aut quomodo omnino ex eo, quod sensu non percipitur, fieri possunt quæ sensu percipiuntur? Si vel unum esse principium, est certum quid esse, quomodo materia habet ut unum sit principium, ut autem certum quid sit, non habet? Et si certum quid esse B et certum quid non esse, substantia est: quomodo materia, quæ habet, ut certum quid non sit, non est substantia? Quomodo potest materiæ eripere quominus ens sit, qui eam dividit in duas species, in id quod subjectum est ei quod fit et in contrarium? Si nondum ex dictis liquet, utrum substantia sit forma an subjectum; quomodo asseveranter de materia dixit eam non esse substantiam, nec certum quid, nec ens? Subjectum enim dixit esse materiam. Nunc ipsam non esse substantiam dicere, nec certum quid, nec ens, nunc non liquere, an substantia sit: quomodo non est hominum quid dicant nescientium?

4. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

« Ζητήσαντες οἱ κατὰ φιλοσοφίαν πρῶτοι τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν φύσιν τὴν τῶν ὄντων, ἐξετράπησαν οἷον ὁδόν τινα ἄλλην ἀπωσθέντες ὑπὸ ἀπειρίας, καί φασιν οὔτε γίγνεσθαι τῶν ὄντων οὐδὲν, οὔτε φθείρεσθαι, διὰ τὸ ἀναγκαῖον μὲν εἶναι γίγνεσθαι τὸ γιγνόμενον ἢ ἐξ ὄντος ἢ ἐκ μὴ ὄντος· ἐκ δὲ τούτων ἀμφοτέρων ἀδύνατον εἶναι· οὔτε γὰρ τὸ ὂν γίγνεσθαι, εἶναι γὰρ ἤδη· ἔκ τε μὴ ὄντος οὐθὲν ἂν γενέσθαι, ὑποκεῖσθαι γάρ τι δεῖ. Καὶ οὕτω δὴ τὸ ἐφεξῆς συμβαῖνον αὔξοντες, οὐδὲ εἶναι πολλά φασιν, ἀλλὰ μόνον αὐτὸ τὸ ὄν. »

4. Ex eodem libro, lib. I, c. 8, p. 191.

C « Primi philosophi, dum veritatem et naturam rerum investigant, aberraverunt, in aliam quodammodo viam imperitia depulsi, ac dicunt nihil eorum, quæ sunt, generari aut corrumpi: propterea quod necesse est id quod generatur, vel ex eo, quod est, generari, vel ex eo quod non est; ex neutro autem id fieri posse: neque enim id quod est generari, jam enim est; ex eo autem, quod non est, nihil generari: aliquid enim subjici oportet. Atque ita amplificantes **554** ea quæ consequuntur, ne multa quidem esse pronuntiant, sed id tantummodo quod est. »

Ἱκανὰ καὶ ταῦτα μαρτυρῆσαι τῇ ἀληθείᾳ τοῦ ὑφ' ἡμῶν ῥηθέντος περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων, ὡς κατὰ τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην περὶ τῶν ὄντων τοὺς λόγους μὴ πεποιηκότων, ἀλλ' εἰκασμῷ τὸ δοκοῦν διορισαμένων.

Vel hæc ipsa satis idonea sint quæ veritatem illius, quod de Græcis philosophis diximus, confirment; nimirum eos non ad eam, scientiam, quæ D demonstratione contineatur, disseruisse de rebus, sed conjiciendo quidquid placuit definivisse

5. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

« Ἡμεῖς δὲ λέγομεν ὅτι τὸ ἐξ ὄντος ἢ μὴ ὄντος γίνεσθαι, ἢ τὸ μὴ ὄν, ἢ τὸ ὂν ποιεῖν τι ἢ πάσχειν, ἢ ὁτιοῦν τόδε γίγνεσθαι, ἕνα μὲν τρόπον οὐδὲν διαφέρει, ἢ τὸ τὸν ἰατρὸν ποιεῖν τι ἢ πάσχειν, ἢ τὸ ἐξ ἰατροῦ εἶναί τι ἢ γίνεσθαι. Ὥστε, ἐπειδὴ τοῦτο διχῶς ἢ πλεοναχῶς (62) λέγεται, δῆλον, ὅτι καὶ τὸ ἐξ ὄντος, καὶ τὸ ὄν, ἢ ποιεῖν (63) ἢ πάσχειν. Οἰκοδομεῖ μὲν οὖν ὁ ἰατρὸς, οὐχ ᾗ ἰατρὸς δὲ, ἀλλ' ᾗ οἰκοδόμος· καὶ λευκὸς γίνεται, οὐχ ᾗ ἰατρὸς, ἀλλ' ᾗ μέλας. Ἰατρεύει δὲ

5. Ex eodem libro, ibid.

« Nos autem dicimus ex ente aut ex non ente fieri, aut id quod non est, vel id quod est aliquid facere aut pati, aut quodlibet fieri aliquid certi et definiti, nihil prorsus differre, una ratione, ac si medicus facere aliquid dicatur aut pati, aut ex medico esse aliquid aut fieri. Quia ergo duobus id aut pluribus sensibus dicitur, sic etiam et id quod est ex ente, et ens, et facere aut pati: ædificat quidem medicus, non quatenus medicus, sed quatenus ar

[12] Leg. τῇ ὕλῃ. [13] Leg. εἶναι ὄν.

(62) *Ἢ πλεοναχῶς.* Hæc desunt apud Aristotelem.

(63) *Ἢ ποιεῖν.* Scripsit Sylburgius ἢ ποιεῖν τι, sed particulam nec R. Stephanus nec mss. codices agnoscunt.

Digitized by Google

chitectus, et albus fit, non quatenus medicus, sed quatenus niger; medetur autem et fit non medicus, quatenus medicus. Quoniam autem maxime dicimus medicum proprie facere aliquid aut pati, aut ex medico aliquid fieri, si quatenus medicus hæc faciat aut patiatur; perspicitur et id quod fieri dicitur ex eo quod non est, eodem sensu sumendum, nempe quatenus non est. Quod quidem illi cum non distinguerent, abscesserunt, et ob hanc inscientiam adeo cæcutierunt, ut nihil aliarum rerum fieri aut esse crederent, sed omnem generationem tollerent. Nos autem et ipsi dicimus nihil quidem fieri ex eo quod prorsus non est, fieri tamen ex eo quod non est, veluti per accidens. Ex privatione enim, quæ est per se non ens, neque inexsistens, fit aliquid. Id autem admirationi est, nec fieri posse videtur, ut ex eo, quod non est, aliquid fiat. Similiter etiam neque ex eo quod est, neque id quod est fieri dicimus, nisi per accidens : sic autem fieri, velut si ex animali animal fiat, et ex aliquo animali aliquod animal; puta canis ex equo : fiet enim non solum ex aliquo animali canis, sed etiam ex animali ; sed non quatenus animal, jam enim hoc ipsum est. Si quod autem generetur animal non per accidens, non erit ex animali; et si quid quod sit, generetur, non erit ex eo quod est, neque ex eo quod non est. Quid enim significet illud, *ex eo quod non est*, diximus, nempe, *quatenus non est* : atque prorsus tollimus. »

A καὶ ἀνίατρος (64) γίνεται ἢ ἰατρός· ἐπειδὴ μάλιστα λέγομεν τὸν ἰατρὸν κυρίως ποιεῖν τι ἢ πάσχειν, ἢ γίγνεσθαι ἐξ ἰατροῦ, ἐὰν ᾖ ἰατρὸς ταῦτα ποιῇ ἢ πάσχῃ· δηλονότι καὶ τὸ μὴ ἐξ ὄντος γίγνεσθαι τοῦτο σημαίνει, τὸ ᾗ μὴ ὄν. Ὅπερ ἐκεῖνοι μὲν οὐ διελόντες, ἀπέστησαν· καὶ διὰ ταύτην τὴν ἄγνοιαν τοσοῦτον προσηγνόησαν, ὥστε μηθὲν οἴεσθαι γίγνεσθαι μήτ' εἶναι τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἀνελεῖν πᾶσαν τὴν γένεσιν. Ἡμεῖς δὲ καὶ αὐτοί φαμεν γίνεσθαι μὲν οὐδὲν ἁπλῶς ἐκ μὴ ὄντος· ὅμως μέντοι γίγνεσθαι ἐκ μὴ ὄντος, οἷον κατὰ συμβεβηκός. Ἐκ γὰρ τῆς στερήσεως ὃ ἐστι καθ' αὐτὸ μὴ ὄν, οὐκ ἐνυπάρχοντος γίνεται. Θαυμάζεται δὲ τοῦτο, καὶ ἀδύνατον οὕτω δοκεῖ, γίγνεσθαί τι ἐκ μὴ ὄντος. Ὡσαύτως δὲ οὐδὲ ἐξ ὄντος, οὐδὲ τὸ ὂν γίγνεσθαι, πλὴν κατὰ συμβεβηκός. Οὕτω δὲ καὶ B τοῦτο γίγνεσθαι τὸν αὐτὸν τρόπον, οἷον εἰ ἐκ ζώου ζῷον ἂν γίνοιτο, καὶ εἰ (65) ἔκ τινος ζώου τι ζῷον, οἷον εἰ κύων ἐξ ἵππου γίγνοιτο· γίγνοιτο μὲν γὰρ ἂν (66) οὐ μόνον ἔκ τινος ζώου ὁ κύων, ἀλλὰ καὶ ἐκ ζώου, ἀλλ' οὐχ ᾗ ζῷον· ὑπάρχει γὰρ ἤδη τοῦτο. Εἰ δέ τι μέλλοι γίγνεσθαι ζῷον μὴ κατὰ συμβεβηκός, οὐκ ἐκ ζώου ἔσται· καὶ εἴ τι ὂν (67), οὐκ ἐξ ὄντος, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντος. Τὸ γὰρ *ἐκ μὴ ὄντος* εἴρηται ἡμῖν τί σημαίνει, ὅτι *ᾗ μὴ ὄν*· ἔτι δὲ καὶ τὸ εἶναι ἅπαν, ἢ μὴ εἶναι, οὐκ ἀναιροῦμεν. »

Si illud, Neque ex eo quod omnino est, neque ex eo quod omnino non est, fieri quidquam potest, commune est eorum, qui præ imperitia et ignoratione generationem tollunt, et illius, qui errantes corrigit: quomodo non sublata a correctore generatio, quemadmodum sublata est ab errantibus? Si nihil fieri potest per accidens ex eo quod est et ex eo quod non est, nisi prius intelligatur generatio illius quod per se fit; veluti fieri non potest ut medicus fiat albus, nisi nigrum **555** fiat album; aut medicus ædificet, nisi architectus ædificet, si niger et architectus sit medicus; quomodo quidpiam fiat per accidens ex ente aut ex non ente, nisi prius aliquid per se gignatur? Si prius quidem animal, posterius autem animal ex animali, et aliquod animal ex aliquo animali, ac generationi quidem animalis ex animali subjectum est semen, potestate quidem animal, actu vero non animal; generationi autem illius, quod est simpliciter animal, subjectum non erat semen: quomodo non præter naturam genitum fuit animal ex non animali? Si antequam fieret id quod fit, materia erat, quod autem ex ea factum est non erat, quid erat, materia? Exempli gratia, si materia erat equi antequam equus fieret, si omnia, quæ cernuntur in equi substantia, genita sunt, quomodo ingenita erat materia ex qua

Solon temporibus Cyri et Darii floruit, 275. Circa olympiadem 40, 276. Sanxit ut ex legitimo matrimonio filii, nascantur, 384.

Somnus et mors gemelli, 284. Somniorum immissores, et assessores, 54. Ex somniis divinandi artem invenere Telmessenses, 243.

Sophoclis versus de uno Deo, 20. Unum Deum colendum docet, 37. Unum Deum agnoscit, 283. Sophoclis versus de judicio Dei, 38. Negat providentiam, 333. Alibi agnoscit, 354.

Sophron Helenam in campos Elysios transtulit, 252.

Sophron ærea fabrica clarior quam scriptis, 272.

Sorites philosophorum, 267.

Sotadea Carmina, 98.

Spectaculis nuntium remiserunt Christiani, 312. Cædem spectare nolunt, ne scelus et piaculum sibi impingant, 312. Spectaculis interesse non licet Christianis, 389. Ne illorum aures et oculi polluantur, 389. In spectaculis adulteria hominum et deorum, 389. Spectacula, 263. Ibi dii accusantur; vitia docentur, 263. Occasionem præbent damnandi justos, 263. In scena mœchandi ars docetur, 264. Ibi turpium sermonum declamationes, 264. Poetæ etiam per gestus fucum faciunt audientibus, 265. Actor furiosus, 264. In spectaculis præmia et merces actoribus, 46, 389.

Speculum. Ut speculum renidens, ita animam puram esse oportet, 339.

Spes bona senectutis nutrix, 26.

Sphærographia Arati, 381.

Spilumene, 272.

Spiritu et potentia Deus circumdatus est, 286. Spiritus sibi ipse est Deus, 291. Spiritus qui Mariæ obumbravit, Verbum est, 64. Spiritus sanctus sapientia, 342. Mens regia, 106. Effluvium ut lumen ab igne, 302. Dei effluentia, 287. Emanans et rediens ut radius solis, 287. Dei portio, 249. Spiritus divinior, 247. Spiritus potentior, 219. Perfectus Deus, 247. Spiritu Dei mundus regitur, 283. Omnia continentur, 284. Spiritus Dei legatus, 256. Minister Dei passi, 275. Per Moysen et alios prophetas locutus, 370. In prophetis operatur, 287. Spiritus sanctus donum a Deo in sanctos descendens, 30. In septem spiritus dividitur, 31. De spiritu Moysis transtulit Deus in Josue, 146. Ita ab Elia in Joannem transtulit, 146. Spiritus in Elia semper integer manebat, 146. Spiritus sanctus piis animabus cognatus, 275. Efficit ut simus imago et similitudo Dei, 256. Spiritus Dei non omnibus inest, sed in quibusdam juste viventibus, 275. Spiritus cœlestis lorica armatus servare poterit quidquid ab eo circumdatum fuerit, 257. Spiritus sanctus auctor immortalitatis, 249. Spiritu sancto discedente factus homo mortalis, 249. Cum Spiritu sancto amissam conjunctionem requirere debemus, 256. Vid. *Sapientia.*

Spirituum duo genera, 253. Alter anima vocatur, alter imago et similitudo Dei, 253. Uterque primo homini datus, 253. Spiritus materialis in mundo, 254. Spiritus materiam pervadens, 146, 247. Animæ assimilatur, *ibid.* Non est colendus ut Deus, 246. Non est Deus, 246. Inferior est Spiritu sancto, 247. Spiritus Dei materiam pervadens secundum Stoicos, 299. Spiritus idem in angelis, hominibus, stellis, plantis, animalibus, 254. Habet tamen in se discrimina, 254. Spiritus Dei vivificat omnia, 342. Hunc si apud se retineat, hoc universum deficiet, 342. Hoc spiritu loquimur, hunc spiritum ducimus, 342. Spiritus super aquas is est quem dedit Deus creaturæ, ut animam homini, 359. Tenuis cum tenui conjungebatur, 359. Locum lucis occupabat, 359. Spiritu Dei continetur universa creatura, 341. Ipse vero spiritus cum universa creatura continetur manu Dei, 341. Spiritum dulcem in omnibus posuit Deus et ducem mortalium omnium constituit, 375. Nutritor omnium Deus, 375. Spiritu et lumine aer et terra quodammodo unguntur, 345. Spiritum, qui omnia permeat, nonnulli Deum esse dicunt, 349.

Staphylus a quo gens Staphylis dicta, 353.

Statuæ infanis collocatæ vocantur dii, 48. Dii ex vasis inhonestis, 48. Materiam scalpunt et cædunt, fundunt et tundunt, 48. In fanis collocatæ statuæ vocantur dii, 48. Statuæ referunt figuras et nomina dæmonum qui apparuerunt, 48. Statuis coronæ apponi solitæ, 58. Statuæ victimis et florum coronis coluntur, 48. Statuarum cultores non discernunt quid sit materia, quid Deus, 291. At Christiani, qui id discernunt, adorare non possunt simulacra, 291.

Statuas deos esse et mira facere gentiles credebant, 343. Statuis efficaciam affingunt, 293. Qui statuas mira facere credebant, eos irridet Theophilus, 343. Si dii non sunt quibus statuæ positæ, cur illæ efficacia prædictæ, 300. Multis in locis eduntur sub nomine statuarum effectus, 300. Ex statuis Neryllini una dicitur oracula edere et ægros sanare, 304. Sed vivente et ægrotante Neryllino eadem fiebant, 305. Animi motus a ratione alieni pariunt visa simulacrorum insaniæ congruentia, 305. Tum dæmones superveniunt et perficiunt, ut tanquam ex statuis visa inania effluant, 405. Et quoties anima aut futura prædicit, aut sanat præsentia, horum gloriam dæmones percipiunt, 305. Statuæ meretricibus positæ, 270, 271. Fraterna cædes honoratur dum Polynicis et Eteoclis imagines spectantur, 271. Satius erat eas cum opifice Pythagora defodere, 271. Pasiphaes statuam qui in pretio habent, tantum non studio habent ut tales sint mulieres, 271. Cinædus honore afficitur, dum Ganymedes Leocharis in pretio habetur, 272. Artes majore in pretio quam dii, 270. Statuarum opifices vitio omni dediti, 48. Secum laborantes ancillas constuprant, 48. Statuarum præstantissimi opifices, 270, 271, 272. Statuaria ars inventa a Dædalo et Theodoro Milesio, 293.

Sthenelaus, 274. Sthenelaus alter, 274.

Steriles mulieres parere possunt si Deus velit, 181. Ut Samuelis mater, uxor Abrahæ et Elisabeth.

Stesimbrotus Thasius, 269.

Stipes. Ad stipitem affigi, 91.

Stoici Deum nominibus multiplicant, revera unum agnoscunt, 284. Deum definiunt ignem artificiosum, 284. Cujus spiritus mundum pervadit, 248. Ei varia nomina tribuunt pro variis materiæ partibus, 284. Stoici Jovem dicunt fervidam essentiam, 298. Junonem aerem, Neptunum potum, 298. Deum ingenitum agnoscunt, 298. Spiritum Dei pro variis materiæ mutationibus aliter vocant, 299. Intereuntibus speciebus pereunt nomina, 299. Solus Dei spiritus permanet, 299. Deum ipsum in ignem resolvunt, 55. Mundum post immutationem rursus oriri dicunt, 55. Fatum inducunt, dum nesciunt dæmonum opera bonos vexari, malos beatos videri, 93. Nihil sperant aut metuunt, dum eadem rursus semper futura dicunt, 102. Docent omnia conflagratura ac iterum futura, 295. Mundum etsi providentia gubernatum permanere non posse putant, 295. Duas causas admittunt, 295. Efficientem sive providentiam; patientem, sive materiam, 295. Resurrectionem admittunt secundum quosdam circuitus, 245, 248. Stoici quidam negant Deum esse, aut si quis sit, providere nemini volunt, 349. Ita Chrysippus, 349. Stoicus quidam Dei scientiam necessariam non putat, 105. Stoici de moribus præclare se habent, 94. Hinc odiis flagrarunt et occisi sunt, 94. Zeno, Diogenes et Cleanthes præcipiunt ut caro humana edatur, 383. Ut parentes a filiis coquantur et edantur, 383. Si quis nolit, ipse id patiatur, 383. Diogenes sancit ut suos filii parentes in victimæ loco immolent et comedant, 383. Stoici docent stupra cum matribus et sororibus, 384.

Stola inhumana, 264. Stola Christi fideles, 63. Stola Christi vocantur qui per eum remissionem peccatorum acceperunt, 149. In quibus virtute semper adest, 149. Manifeste autem aderit in secundo adventu, 149.

Stylus atticus, 267

Styx in prælio moritur, 297.

Syllogismorum probabilitates, 267

Symbolum magnum serpens apud unumquemque deorum, 60.

Symili [Simyli] versus, 385.

Synaxes. Die Solis omnium sive urbes, sive agros inco-

Digitized by Google

lentium fit conventus, 83. Hac enim die Deus mundum creavit, et Christus resurrexit, 84.
Synonyma, 288.
Supplicia æterna etiam a poetis et philosophis prædicta, 546.
Sus sibi medicatur cancris fluvialibus, 259.
Syri columbas et Semiramin colunt, 307. Syria dea Semiramis filia Dercetus, 507. Lasciva mulier et cruenta, 507.

T

Tædiferi munus, 267.
Tatianus in terra Assyriorum natus, 276. In Græcorum disciplinis institutus et exercitatus, 272, 276. Sapientiæ Græcorum laude celebris, 244. Multas regiones peragravit, 272. Artes et inventa multa consideravit, 272. Romæ vidit statuas illuc exportatas, 272. Mysteriorum apud gentiles particeps factus, 267. Falsas religiones fastidire cœpit et verum quærere, 267. Tum incidit in libros sacros, eisque fidem habuit, 267. Intellexit nos religionis Christianæ beneficio in libertatem vindicari, 268. Ex Scripturis sanctis divinitus edoctus, 268. Vale dixit Græcorum sapientiæ, 244. Missos fecit philosophos, nec jam de illis quidquam attingit, 266. Vale dixit Romanorum jactantiæ et frigido Atheniensium sermoni, 272. Barbaram philosophiam amplexus est, 272. Contempsit legum institutiones apud gentiles, 267. Tatianus barbaræ philosophiæ addictus, 276. Statuit instar puerorum exui et nudari, 268. Statutum habet in Dei colendi ratione citra inficiationem perstare, 276. Paratum se exhibet ad examen dogmatum, 276. Statuit suam de Deo sententiam coram magistratibus non celare, 267. Tatianum exagitant gentiles quod infinitam philosophorum multitudinem spernat, 272. Quod novus sit barbarorum philosophiæ sectator, 272. Tatianus ea scribit quæ ipse vidit, 272. Nec alienis opinionibus sua confirmat, 272. Promittit se scripturum adversus eos qui de rebus divinis asseveraverunt, 278. Alibi demonstravit mortuos non esse efficaciores quam vivos, 257. Insidias illi molitus est Crescens, 260.
Taurica Diana hospites necat, 504.
Telecles, 293.
Telesilla, 270.
Telmessenses divinandi ex somniis artem invenerunt, 213.
Temenus, 552.
Templum Jerosolymitanum domum suam appellat Deus, 122. Non quod eo indigeret, sed ut ibi saltem Judæi in Deum intenti simulacra non colerent, 123. Templum Jerosolymitanum quot annis constructum ante conditam Carthaginem, 394. Templum anno secundo Cyri instaurari cœpit, 400. Anno secundo Darii absolutum, 400. Templa sunt sepulcra deorum, 306. Templa ingressuri gentiles aquæ aspersione lustrantur, 80. Proficiscentes penitus lavant, 80. Hæc dæmones instituerunt cum de lavacro a prophetis prædicto audissent, 80. Calceos solvunt antequam ingrediantur, 80. Id quoque imitati dæmones ex his quæ Christus Moysi in specie ignis apparens præcepit, 80. In templo Dianæ carmen abscondit Heraclitus, 245.
Tempus cum mundo creatum, 31. Tempus nequidquam dividitur, 265. Nos prætercurrimus, sed ævum stat quandiu volet Deus, 265. Tempus parente carens, 378. Tempus demonstrat hominum crimina, 378. Tempora ubi non cohærent, vera esse nequit historia, 269.
Tenedus, 279.
Terebus, 389.
Terra dea corpore instructa, 294. Terræ et cœli filii Saturnus, Titan et Japetus, quia antiquissimi, 308. Terræ cœlum miscetur, 294. Terra irato cœlo genuit Titanes qui cœlum ulti sunt, 294. Terra veluti solum et fundamentum, 358. Terra instar centri stabilita, 289. Terræ informi formam et ornatum dedit Deus, 339. Terræ tripartita habitatio, 372. Postea aliæ partes incoli cœperunt, 372. Terrarum orbis finitus, 261. Supra illud sæcula longe præstantiora sine tempestatum vicissitudine, 261. Geographi ea quæ ultra sunt ignorantes, maris æstus causati sunt, 261. Terram superiorem prædicabat Herodotus, 267. Inde lapsum leonem ab Hercule occisum, 267. Terræ motus, 85.
Testamentum posterius priori finem imponit, 112. Promissa iis facta ex quibus Christus oriturus erat, 213. Non Esau aut Ruben aut alii cuipiam, 213. Abrahæ promissæ gentes Christianæ, non Arabes aut Idumæi, 212. Testamentum fidele Christus, 112. Post quod non lex, non præceptum, non mandatum, 112. Testamentum Dei Christus, 215. Testamentum novum et æternum Christus, 211. Testamentum novum Christus, 139, 147. Testamentum novum promisit Deus, 165. Primum cum metu et tremore, 165. Alterum sine metu et fulguribus, 165. Tale est ut demonstret quodnam præceptum aut opus æternum et omni generi conveniens; quoduam ob cordis duritiam institutum, 165. Testamentum novum probat conversio Christianorum et in confessione Dei ad mortem usque constantia, 112. Testamenti Veteris et Novi discrimen, 142. Judæorum et Christianorum discrimen, 142. Eliæ tempore septem millia Baal non adoraverant, 142. Exprobrat Judæis Isaias quod filios simulacris immolaverint, 142. Christiani lætantur dum occiduntur ne sacrificent, 142. Testamentum Novum probatur quia Christus Joanni vaticinandi et baptizandi finem attulit, 147. At ipse cœpit Evangelium prædicare, 147. Ac prædixit nullum deinceps fore prophetam apud Judæos, idque evenit, 147. Prodituros in suo nomine sacerdotes et prophetas falsos idque evenit, 147.
Testes domi non assumendi, 268.
Testimonium falsum sæpe aversantur imperiti, 91. Quanto magis indignum philosopho? 91.
Tethys, 501.
Thalarchis Argiva, 270.
Thales antiquissimus septem sapientium, 276. Floruit circa olympiadem quinquagesimam, 276. Thales naturalis philosophiæ princeps, 9, 11. Orti ex eo philosophi recensentur, 9, 11. Aquam omnium principium esse statuit, 404. Ex aqua omnia fieri et in aquam resolvi docet, 9, 11. Dividit in Deum, dæmones et heroes, 300. Deus mens mundi, dæmones essentiæ animales, heroes animæ hominum separatæ, 300.
Thallus, 13, 399.
Thamyris, 275. Non multo antiquior Iliacis, 275.
Thasii colunt Theagenem, 290.
Theagenes, a quo cædes in Olympicis facta, 290. Theagenes Rhegius, 268.
Thebæ, 305. Thebarum Bacchus tyrannus, 250.
Theodorus Milesius, 293. Theodorus Statuarius, 295.
Theodotus, 273.
Theologia Christiana præter Patrem et Filium et Spiritum sanctum alias potestates agnoscit, 502. Theologia Christiana non Trinitatem tantum agnoscit, sed et angelos et ministros, 287. Theologia absurda gentilium, 295.
Theon, 27.
Theophilus cum incredulus esset, rebus attentius consideratis credidit, 546. Simul quod incidit in sacras Scripturas, 546. Imperitum se dicendi esse ait, 548. Roganti Autolyco religionem Christianam exposuit, 548. Amicissimi domum redierunt, 548. Iterum roganti accuratius exponit inanitatem superstitionis, 548. Et ex quibusdam historiis verum demonstrat, 548. Theophilus supra demonstravit nomina deorum esse hominum nomina, 573. Egit de genealogiis in primo de historiis libro, 570. De Noe in eodem libro, 570. Alibi de Satana disputavit, 569.
Thersites agminis ductor, 270. Loquax ob imperitiam, calvo et acuto capite, 270. Thersites loquacissimus, 267.
Thesauri divitis Domini, 249. Thesauri occulti ope diabolus nostra invadit, 268. Hunc dum fodimus, pulvere impleti sumus, 268.
Thespiæ, 262.
Thestius asserit Providentiam, 554. Thestius a quo gens Thestis dicta, 553. Thestius, 552.
Thoas a quo gens Thoantis dicta, 552.
Tiberina insula, 59.
Tibia inventa a Marsya et Olympo, 243.
Tigris unus ex paradisi fluviis, 566.
Timocles, 379.
Tintinnabula duodecim significatio duodecim apostolorum, 138.
Titanes, 297. Geniti ex diis e terra; cœlo et mari factis, 551. A terra irata geniti, 294. Titan terræ et cœli filius quia antiquissimus, 308.
Thyestæ concubitus, 4. Thyestes, 274, 389. Ex oraculo stuprum intulit filiæ, 509. Cum regnare ac se ulcisci vellet, 509. Thyesteæ cœnæ, 4. Thyestis cœnæ tragicæ, 518.
Tlepolemus Herculis filius ad bellum Trojanum profectus, 275.
Tonitru a Deo ad terrorem emittitur, 542. Fulgure præmuntiatur, ne anima subito turbata deficiat, 542. Terram subverteret, si impetui suo permitteretur, 542.
Totum ex parte judicant qui mel aut serum lactis explorant, 289.
Trajani forum, 87.
Tributa pendunt libenter Christiani, 246.
Trinitatis imago tres dies, qui ante luminaria fuerant, Dei Verbi, Sapientiæ, 360, 361. Deus, Verbum et Sapientia, 342. Patrem et Filium et Spiritum propheticum co-

Digitized by Google

lunt et adorant Christiani, 47. Deum illum agnoscunt Christiani, a quo omnia per Verbum creata et cujus Spiritu continentur, 284. Christiani agnoscunt Deum et Filium ejus et Spiritum sanctum, 302. Unitos secundum virtutem, 302. Mens, Verbum et Sapientia Filius Patris, 302. Spiritus effluvium, ut lumen ab igne, 302. Trium unio et in unitate distinctio, Patris et Filii et Spiritus sancti, 289. Deum Patrem et Deum Filium et Spiritum sanctum asserunt Christiani, 287. Eorum et in unione potentiam et in ordine distinctionem demonstrant, 287. Pater in Filio et Filius in Patre, unitate et virtute Spiritus, 287. Filii cum Patre unio, Patris cum Filio communicatio, 289. Filius secundo loco, tertio Spiritus habetur, 51. Deus Verbum suum genuit cum sua Sapientia, 355. Sapientia Dei quæ est in eo et Verbum sanctum ejus, 355. Ut regi et filio omnia parent, ita Deo patri ejusque Filio omnia subjecta, 294. Creator universorum et parens semper in supercœlestibus manet, 150. Nemini unquam visus, aut per se quemquam allocutus, 150. Deus dixit, *Faciamus*, Verbo suo et Sapientiæ, 562. Cœleste regnum ex Patre imperatore, ejusque Filio spectatur, 294. Plato dixit circa Regem omnium esse omnia, secundum circa secunda, tertium circa tertia, 79, 301.

Triopas, 274.

Triptolemi agricultura, 274.

Troas colit statuas Neryllini, 309.

Trochoides, 306.

Troja capta anno quo, 274.

Tros, 273.

Trypho Hebræus ex circumcisione, 162. Ex bello nuper gesto profugus, 162. Argis audivit Corinthum Socraticum, 101. In Græcia et Corinthi ut plurimum degit, 102. Libenter ad eos accedit qui philosophi vestem gerunt, 101. Ad Justinum ambulantem in xysti spatiis accedit, 101. Præfert Christianæ religioni Platonis et aliorum disciplinam, 110. Justinum hortatur ut circumcidatur et legem observet, 110. Non credit afficta Christianis scelera, 111. Legit Evangelii præcepta, 111. Ita magna esse putat, ut observari non posse suspicetur, 111. Duo objicit Christianis, quod legem non observent, et spem ponant in homine crucifixo, 111. Tryphonis socii rident Justinum narrantem suæ conversionis modum, 110. Promittentem se veritatem religionis demonstraturum iterum rident, 110. Abire parantem Justinum retinet Trypho, 110. Veniunt in medium xysti spatium, 110. Duo ex sociis abeunt, 110. Tum dialogus in eo loco ubi saxea sedilia ex utraque parte, 110. Cum Tryphone quatuor remanserunt, 152. Trypho miratur cur Christiani, cum tam multa perferant, non etiam Legem observent, 118. Christum exspectat gloriosum et magnum, 129. Magistris credulus, 110. Audierat multos ex Christianis immolata simulacris edere, 132. Imparatus ad periculosas quæstiones, 155. Neminem de Trinitate disserentem audierat, 155. Non tulisset Justinum hæc disputantem, nisi ad Scripturam omnia referret, 153. Subirascens Scripturas reveretur, 178. Fatetur se explicare non posse, cur sine Sabbatis et circumcisione fuerint justi ante Abraham et Moysem, 126. Fatetur justos sine lege ante Moysem salvatos, 142, 164. Sacrificia fatetur ob duritiam cordis populi instituta, *ibid.* Aliud Testamentum sine metu et fulguribus promissum, 165. Nullas oblationes nisi Jerosolymis, fieri licere, ac nulla sacrificia, 141. At contendit licere circumcidi, Sabbatum et menses observare et ablui post tactum rei prohibitæ vel concubitum, 141. Sæpe contra ea, quæ assensus fuerat, venit, 164, 165. Tryphoni Justinus desipere videtur quia nos a Christo dona accipere dicit, 136. Illi impium videtur angelos malos dici, 176. Spiritum Dei, qui in Elia fuerat, in Joanne fuisse, 145. Christum cum Moyse et Aarone fuisse, eosque in columna nubis allocutum et adorandum esse, 135. Incredibile et impossibile ei videtur Deum nasci, 165. Tryphoni stultum videtur Christum Deum præexstitisse et hominem ex virgine genitum dici, 144. Magis probat eos qui hominem fuisse et unctione factum esse Christum dicunt, 145. Christum nostrum rejicit ut inglorium et inhonoratum, 129. Et qui in extremam exsecrationem incurrerit, 129. Consentit ut Jesum Christiani Deum et Dominum suum et Christum agnoscant, 161. Quemadmodum Scripturæ significant, 161. At sibi Deum colenti, necesse non esse, ut Christum adoret, 161. Contendit apud Isaiam esse, *Ecce adolescentula*, et de Ezechia dictam esse prophetiam, 165. Quod Christiani docent, monstrum esse putat fabulæ Persei simile, 164. Satius esse ait Christum hominem ex hominibus, et ob legis observationem Christum factum dicere, 164. Trypho ejusque socii assentiuntur Filium a Deo genitum esse, 222. Trypho fatetur Christum passibilem esse et iterum venturum ac omnibus imperaturum gentibus, 136. Assentitur argumentis Justini de Incarnatione, 174. Fatetur Deum gloriam suam Christo dare, 163. Fatetur allatas a Justino Scripturas in Christum dictas esse, 187. Movetur Jesu cognomine quod filio Navæ impositum fuit, 187. Fatetur prædictum esse passurum Christum et tanquam ovem abductum iri, 187. At utrum prædictus sit maledictum in lege supplicium passurus, id ne cogitare quidem potest, 187. Tryphonis socii, qui postridie venerant, incondite clamant, tanquam in theatro, 215. Turbantur quia Justinus dixit Christianos esse filios Dei, 217. Trypho gratias agit Justino sociorum nomine, 232. Delectatum se majorem in modum hoc colloquio declarat, 232. Faustam navigationem precatur, 232

Tuba inventa a Tyrrhenis, 243.

Turnus, 272.

Tuscani Plasticen invenere, 243.

Tyndari filia Philonoe, 279.

Tyndaris, 252.

Typho, 299. Typhonem Orus dejecit, 306.

Tyrimmas, 352.

Tyrrheni tubam invenere, 243.

Tyriorum regum successio, 394. Apud Tyrios commentarii in quibus de templi Jerosolymitani constructione, 394. Apud eosdem servantur exemplaria epistolarum, quas sibi invicem Salomon et Hieronymus scribebant, 394.

U

Ulysses ex improbitate virtutem lucratus, 2, 5.

Ungues ferinos circumferunt philosophi, 265.

Unicornis cornua in sola cruce reperiri possunt, 188. Unicornis cornua crucis formam exhibent, 200.

Unitas et unum differunt secundum Pythagoram, 20. Unitas in iis quæ mente percipiuntur, unum in numeris, 20.

Ursa Callistus, 251.

Uranus filios in tartara detrusit, 295.

Urbicus, 88. S. Ptolemæum interrogat an Christianus sit, 89. Confitentem ad supplicium abripi jubet, 90. Lucium de iniquo judicio querentem pariter interrogat et confitentem pariter damnat, 90. Tertius quidam superveniens eodem supplicio damnatur, 90.

Urbs magna Romam designat, 260. Urbium origo, 370. Urbes divisione linguarum antiquiores, 371. Urbium initium a Cain, 370. Urbium rursus initium post diluvium, 370.

Utiles Deo esse debemus, 338.

Uxorum multitudo a Lamech initium cepit, 370.

V

Valentiniani, 133.

Vates Plato divinitus afflatos et a Deo correptos putat, 54. Nec quidquam eorum quæ dicunt intelligentes, 54. Sibylla in ipso afflatu munere vatis fungebatur, 54. Desinente afflatu desinebat dictorum recordatio, 54.

Vectigalia omnium primi pendunt Christiani, 54. Ita jussit Christus, 54. Vectigalia et mercedes et tributa imperatores percipiunt ex puerorum et puellarum ad flagitia prostantium gregibus, 60. Vectigales regi sunt deorum mater, ejusque filii, 314.

Vela crucis speciem exhibent, 76.

Veneni si quid est in natura, id supervenit propter peccatum, 261.

Venefici, 93.

Venus et Proserpina propter Adonidem œstro concitatæ, 58. Venus impudica, 250. Venus vulnerata, 343. Cum Venere Mars mœchatus, 271.

Venustas a Deo creata, 311. Neque enim sua sponte exoritur, sed Dei manu et voluntate mittitur, 311.

Veranius Pollio, 87.

Verbum Spiritus Dei et Sapientia et virtus Altissimi, 355. Verbi potentia, 259. Verbum in principio genitum vicissim mundum genuit, 248. Verbum non factum, 287. Per Verbum creata omnia, 285. Angelos creat ante homines, 249. Verbum cum Patre erat ante mundum et tunc genitum, cum mundus creatus, 92. Progenies ex patre ante omnes omnino res creatas edita, 222. Genitum a gignente aliud numero, 222. Est Filius Dei Verbum Patris in idea et operatione, 286. Verbum prima Patris progenies, quia prodiit ut omnium idea et actus foret, 287. In Verbo Deus creavit cœlum et terram et omnia quæ in eis sunt, 355. Per Verbum omnia a Deo creata, 286. Lucens tanquam in clauso conclavi Verbum illuminavit orbem terrarum, 359. A Verbo et per Verbum facta omnia, cum Pater et Filius unum sint, 287. Mens et Verbum Dei est Filius Patris, 287. Verbum cum Patre omnia ante mundum sustentabat, 247. Voluntate Patris prodiit ad creationem mundi, 247. Voluntariam administrationem suscipiens, 247. Sic prodiit ut a Patre minime separatum fuerit, 248. Prodiit ut lux de luce, 158, 222, 248. Ex sub-

Digitized by Google

stantia Patris, 222. Non in vacuum progressum, 248. Prodiit per communicationem, non per abscissionem, 247. Verbum opus primogenitum Patris, 247. Verbum intelligere debemus operationem digitorum illius, 207. Verbum jussio Dei, 359. Verbo omnia facta, si quidem *In principio fecit Deus cœlum et terram*, 78. Verbum in se ipso habuit ab æterno Deus, utpote ab æterno rationalis, 287. Hæc vere a Patre edita progenies, ante res omnes creatas una erat cum Patre, 159. Cum ea Pater colloquebatur, 159. Id declarat Salomon, nempe Sapientiam, ante omnia opera principium et progeniem genitam esse, 159. Quale est quod in nobis geritur, 158, 248. Sermonem enim ita proferimus, ut sermo qui in nobis est non imminuatur, *ibid.* Ignis non imminuit eum ex quo accensus est, *ibid.* Verbum Dei primogenitum esse Moyses indicavit, 64. Verbum Spiritus et virtus est, 64. Verbum Filius est Patris, 365. Non ut poetæ fingunt deorum filios, sed Verbum semper exsistens et in corde Patris insitum, 365. Erat consiliarius Patris antequam quidquam fieret, est enim ejus mens et prudentia, 365. Cum Deus voluit creare mundum, hoc Verbum genuit, 365. Non tamen ut Verbo vacuus fieret, sed cum suo Verbo semper erat, 365. Hæc docet Joannes dicens : *In principio erat Verbum*, etc., 365, Verbum propriis visceribus insitum genuit Deus cum sapientia sua, 353. Proferens illud ante omnia, 355. Hoc Verbo usus est administro, 355. Verbum Judæi nonnulli non magis distinguunt quam lucem a sole, 221. Ut lux cum sole occidit, ita a Patre Verbum prosilire et ad eum reflecti dicunt 221. Tropologiam non admittunt hæc Verba *Tanquam unus ex nobis*, 222. Verbum Dei principatus, 339. Verbum prima secundum parentem omnium et Dominum virtus et filius, 63. Verbum Deus est alius a Patre non sententia, sed numero, 152. Verbum, prima Patris progenies, 56. Verbum ex ingenito Deo natum secundum Deum adorant et amant Christiani, 97. Verbum Dei Filius non separabilis, 294. Verbum Spiritus a Patre genitus, 249. Christus sub Patre et Domino prælectus, ejusque ministrans voluntati, 219. Verbum quo magis regium magisque justum principem, secundum illius Patrem, novimus neminem, 50. Verbum ad imitationem Patris hominem fecit imaginem immortalitatis, 249. Verbum dicitur principium, quia principatum habet omnium, 355. In principio, id est in Verbo, 353. Verbum descendebat in prophetas, 355. Verbum cœleste, 249. Verbum semen a Deo, 63. Verbum in versibus Orphei appellatur vox, 19. Verbi potentia a sua consuetudine exclusit sectatores dæmonis, 249.

Verbum vocatur angelus et apostolus, 81. Judæi omnes docent Deum innominatum apparuisse, 81. Arguuntur a Spiritu sancto quod Deum non noverint, 81. Nam Patrem filium esse dicunt, 81. Is enim qui apparuit Filius est, ac angelus et apostolus vocatur, 81. Christus ille Deus est, qui Moysi, Abrahæ et Jacob et aliis visus, 219. Christus Moysi apparuit e rubo in specie ignis, 80. Verbum Dei est ejus filius, 81. Dixit Moysi : *Ego sum exsistens ille, Deus Abraham*, etc. 80. Cum Verbum sit primogenitum Dei, Deus etiam est, 81. Rogat Trypho, ut præter Patrem probet Justinus alium esse qui etiam Deus sit, 130. Monet ne loca colligat in quibus Dei nomen metaphora non caret, 130. Promittit Justinus se ejusmodi locis non usurum, 130. Deus qui Abrahæ ad quercum Mambre visus est, ab alio in supercœlestibus semper manente missus, 130. Is qui apparuit Abrahæ, Deus et Dominus est et angelus vocatur, 131. Distinguendus ergo a creatore universorum, 131. Negat Trypho unum ex tribus viris esse Deum, 131. Sed Deum visum esse antequam tres illi apparerent, 131. Probat, Justinus unum ex tribus Deum esse, 131. Fatetur Trypho, sed negat distinctum esse a Deo Patre, 131. Hactenus ita cum tota gente sua credidit, 132. Contendit Justinus alium esse a Patre, 132. Unus ex sociis Tryphonis ait præter Deum qui visus est Abrahæ, ex duobus angelis Sodoma petentibus alterum Deum esse, 132. Probat Justinus unum ex tribus Deum et Dominum esse duorum angelorum, 134. Assentitur Trypho, 134. Rem confirmat Justinus ex eo quod is, qui Jacobo apparuit, angelus et Deus et Dominus dicatur, 135, 136. Capite annuunt Judæi, 135. Probat Justinus eumdem in igne flammæ apparuisse Moysi, 136. Respondet Trypho angelum in igne flammæ visum, et Deum cum Moyse collocutum, 136. Probat Justinus etiamsi duo fuissent eum, qui se Deum Abrahæ et Isaac et Jacob dixit, non Deum Patrem esse, sed Deum qui Abrahæ et Jacob apparuit, 137. Fatetur Trypho, 137. Tum Justinus probat eum, qui angelus vocatur et Deus est, solum apparuisse Moysi, 137. Manus dat Trypho argumentis Justini, 160. Petit ut eum, qui Abrahæ apparuit, hominem factum esse demonstretur, 160. Idem jam petierat, 134. Verbum Deus et angelus a Patre missus, cum populus carnes concupivit, 220. Deus ingenitus nunquam ascendit aut descendit, 220. Inde sequeretur illum tunc in cœlo non fuisse, 221. Sed is apparuit qui secundum ipsius voluntatem et Deus est et ipsius Filius et angelus, 221. Is et ignis aliquando fuit in rubo, 221. Dominus et Deus Dei Filius est, 221. Apparuit ut vir et angelus et in gloria ignis, 221. Cum quidam objicere vellent rem esse inanimam illud Verbum, probat Justinus numero ut personam distinctum esse a Patre, 221. Est enim genitum a Patre, ita ut substantia Patris minime divisa sit, sed ut ignis ex igne, 221. Duos numero distinctos indicant plura Scripturæ loca, 221. Quod tres viri dicuntur manducasse, id Justinus si de eo, qui Deus est, intelligatur, non sine metaphora intelligendum putat, 134. Assentitur Trypho, 134. Verbum dicitur angelus, Deus, Dominus, archidux, Sapientia, filius, gloria genitoris, 137, 138. His appellationibus designatur quia Patris voluntati ministrat, et voluntate ex Patre genitum, *ibid.* Nuntiat hominibus quæcunque illis nuntiare vult Pater, 131. Repugnat ut Patri hæc perfunctiones tribuantur, 133.

Verbum apparebat modo in specie ignis, modo in imagine corporea, 81. Nunc homo factum voluntate Patris ea pati voluit quæ in eum Judæi moliti sunt, 81. Verbum tot in formis visum Abrahæ et Jacob et Moysi, cur ex virgine etiam nasci non potuit? 172. Deus Pater in loco inveniri non potest, 365. Sed ejus Verbum cum Deus sit et ex Deo genitus, mittitur et in loco invenitur, 365. Cum virtus sit et sapientia Patris, personam Patris assumebat, 365. Cum Verbum sit et vox Patris, colloquebatur cum Adamo, 365. Verbum visum quidem est, quia Patris ministrabat voluntati, 218. Deus autem est, ut Filius, 218. Deus scalæ innixus, non Pater intelligi debet, 183. Cum Verbo luctatus Jacob, 218. Verbi gloriam populus in Sina intueri non potuit, 220. Moyses tabernaculum ingredi non poterat, si gloria Dei impletum esset, 220. Stare pro templo sacerdos non sustinuit, cum arca introducta, 220. Verbum declaravit nomen suum esse Jesum, cum dixit : *Nomen meum est in eo*, 172. Nam Jesus cognominatus qui Auses ante fuerat, 172. Sic etiam Israel vocabatur, et hoc nomen dedit Jacobo, 172. Verbum divinum movebat prophetas, 65, 249. Verbum omnia pervadens, 93. Verbum per Socratem dæmones rejiciendos docuit, 47. Verbum quæcunque vetat, ea vir sanus haud eliget, 50. Verbo aliqua ex parte considerato præclare locuti philosophi et legum latores, 93. Sed non omnia quæ sunt Verbi, id est Christi cognoverunt, 93. Hinc inter se pugnant, 93. Christiani Christum cognoverunt, 93. Verbum totum est Christus, 94 Quidquid ad Verbum pertinet id exstitit Christus, nempe corpus, Verbum et anima, 93.

Veritas præferenda majorum erroribus, 17. Non peccant in majores suos qui eorum errori nuntium remittunt, 32. Veritati opinionem anteponentes principes plus non possunt quam latrones in solitudine, 50. Quæ quis affirmat, ea aut vidisse debuit aut ab iis, qui viderunt, didicisse, 381. Veritatem si nuntiabant sapientes et poetæ et philosophi, debebant res diluvio antiquiores referre, 373. Imo et futura prædicere, 373. Veritatem a solo Deo doceri posse existimat Plato, 390. Ipsi poetæ Homerus, Hesiodus et Orpheus divinitus se edoctos dixerunt, 390. Scriptores vatibus et prophetis æquales fuisse et ab eis edocti dicuntur, 390. Veritatem possunt cognoscere qui volunt, si prophetarum scripta consulant, 373. Veritas ut inveniri possit, sacræ Scripturæ cum profanis libris conferendæ, 373. Veritatem prophetæ dictis et factis suis insitam absconderunt, 187. Ut non sine labore inveniatur, 187. Magna gratia conceditur his qui hæc intelligunt, 189. Veritatem a solis Christianis doceri probat Justinus, quia cum similia Græcis dicant, soli odio habentur. 58 Quia cum nihil mali faciant, ut improbi necantur, 58. Quia Dei cultum relictis simulacris amplexi sunt, et ad mortem usque pro hoc cultu decertant, 58. Quia quos dæmones immittunt ad pervertendam Christi doctrinam, eos persecutio non tangit, 59. Veritatis argumentum fides, 95. Socrati nemo ita credidit, ut vitam pro illius doctrina profunderet, 95. At Christiani mortem libenter oppetunt, 95. Nemo propter fidem in solem mortuus, 214. At pro Christo quælibet supplicia perferuntur, 214. Veritatis argumentum imperitorum et artificum conversio et ad mortem usque constantia, 93. Veritatis, ut quisque voluerit, libenter participem faciunt Christiani, 47. A legendis et intelligendis quæ ad Veritatis defensionem scripta sunt, avertunt dæmones, 51. Veritatis amator non ducitur fucatis sermonibus, 358. Etiamsi mors intentetur, æqua facere et dicere debet, 44. Veritatem in omnibus non dicere impium, 91. Vera semper dicenda, 53 Veritatem unice amare ratio præscribit, 44. Veri amator non debet ea dissolvere quæ concesserat, 164. Socratis dictum præclarissimum : *Plus honoris non habendum homini quam ver-*

Digitized by Google

tati, 91. Verum quicunque dicere potest nec dicit, judicabitur a Deo, 179.

Veritatis prædicatores, etiamsi paucis persuadeant, maximam tamen mercedem habebunt, 70. Extra culpam qui pro viribus hortati sunt, etiamsi increduli maneant audientes, 77. Veritatis et sapientiæ sermo ardentior et lucidior solis radiis, 214. In recessus cordis penetrat, 214. Difficile est mentem ignoratione obsessam subito immutari, 50. Veritatis semina insunt omnibus, 70. Veritatem ex parte viderunt poetæ, 305. Cur veritatem gentiles non viderunt, 400. Veritatis nulla pars a calumniis libera, 315. Non essentia Dei, ejusque scientia et operatio, 315. Veritati semper aliquid adnascitur mendacii, 305. Non ex subjecto aliquo principio productum, 305. Sed a corruptoribus veritatis excogitatum, 305. Ad veritatis confirmationem ratio tutior experientia, 330. Duplici opus est sermone, altero pro veritate, altero de veritate, 315. Natura præeunt pro veritate, utilitate vero de veritate sermones, 315. De veritate disseri non potest, nisi prius falsæ evellantur opiniones, 315. De veritate sermo necessarius omnibus salutis curam gerentibus, 324. Alter nonnullis interdum et adversus nonnullos fructuosior, 324. De veritate sermo natura et ordine et utilitate princeps est, 323. Sermo autem pro veritate utilius interdum præmittitur, 323. Primum instar satellitis comitatur et incommoda removet, 323. Veritatis demonstratio non foris deducitur aut ex opinionibus, 326. Sed ex naturali ratione aut posteriorum ex prioribus consecutione, 326. In primis principiis sola opus est admonitione, 326. In iis autem quæ ex primis consequuntur, opus est ordine, 326.

Vexilla speciem crucis exhibent, 76. Cum vexillis semper in publicum procedunt imperatores, 76. In his imperii et potestatis signa constituunt, 76.

Vinum in Bacchi mysteriis, 167.

Vipera a Phanete genita, 296.

Virga Moysis et Jacob crucem designabat Christi, 185. Virga Mercurii imago concubitus Jovis draconis facti cum matre facta dracæna, 296.

Virgines multi et multæ apud Christianos, 52. A pueris incorrupti perseverant annos sexaginta et septuaginta nati, 52. Tales se in omni hominum genere monstraturum profitetur Justinus, 52. Virgines consenescunt viri et mulieres, 310. Spe arctius se conjunctum iri cum Deo, 310. Virginibus Christianis convicium faciunt gentiles, 270. Virgines inter cola pronuntiant Scripturæ sacræ oracula, 271.

Virtuti vitium adversatur naturali quadam lege, 282, 309. Virtuti mala sua affingit vitium, 96. Virtutis imitatione actiones suas tegit, 96. Virtutis beneficio incorrupti qui vera bona internoscunt, 96. Virtutem qui in athletis laudant, in Christianis mortem sperneutibus laudare debent, 96. Virtutem gentiles oderant in suis, non modo in Christianis, 309.

Vita morte et corruptione interscissa appellatur permansio, 328. Vita præsens dicitur eadem vita, etsi inæqualis et interrupta, 329. Idem dicendum de vita dissolutione interrupta, 329. In vita hac nihil novi, sed eadem semper occurrunt, 77. Vitæ hujus satietas vel annum unum perfruentes capit, 77. Ut æternam consequamur, Christiana instituta sunt amplectenda, 77. Vita egena et corruptibilis præsenti ævo congruit, 326. Vitæ sanctitate Deum propius contingere, 56. Vitæ æternæ spe spernuntur quæ hac in vita versantur, 310. Usque ad ipsas animi oblectationes, 310. Vita æterna cum Deo et apud Deum extra omnem mutationem et perpessionem animæ, 309. Non ut caro, etsi carnem habebimus, sed ut cœlestis spiritus, 309. Vitam alteram qui exspectant non libenter se judici puniendos tradunt, 309. Vitam hanc tantum qui se victuros putant; hos suspicio est carni et sanguini servire, 309. Vita deterior nonnullorum ansam dat iis, qui omnes Christianos calumniari volunt, 46.

Vitium cum virtute pugnat divina quadam lege, 282, 309. Vitium nihil incorrupti habere aut facere potest, 96. Actiones suas imitatione virtutis tegit, 96. Mala sua virtuti affingit, 96. Sic homines in servitutem redigit, 96.

Voluptas bonum esse animæ nonnullis philosophis videtur, 402. Aliis malum, aliis medium inter bonum et malum, 402. Voluptas finis esse hominis non potest, 336.

Vulcanus utrinque claudus, 250. Minervæ virilitatem eripuit, 257. Opifex fibularum, 250. His ornamentis Minervam pupillam decepit, 250. Vulcanus claudus et faber diis convivantibus ministrat, 382. Vulcani zelotypia, 4. Vulcani ex Minerva filius, 250.

Vulgus, quod fabulas asciv t, dedoceri non potest, 301.

X

Xenophon, 96.

Xysti spatia, 101.

Y

Yo, [*immo* 10], 274.

Z

Zacharias sub Dario, 395.

Zeno, 383. Zeno docet eosdem homines ad eadem resurgere, 245, 248. Plures inducit in conflagratione improbos quam justos, *ibid.* Deum auctorem mali facit, 246. In cloacis versari illum docet, 246. Malorum auctor Deus secundum Zenonem, 246.

Zenodotus, 269.

Zodiaci circuli descriptio opus deorum, 251. Animalia cœlesti honore dignati sunt dæmones, 251.

Zephyrus Hyacinthum occidit, 251.

Zopyrus, 397.

INDEX RERUM

QUÆ IN APPENDICE INVENIUNTUR.

Revocatur Lector ad numerales notas crassiori charactere textui insertas.

A

Abel proprio usu Deum potiorem habebat, 492.

Accidentia accidunt substantiæ, 552.

Actor in scena pedes ligneos habet et ventrem factitium, 411.

Adamo tunicas pelliceas Deus non humana arte fecit, sed creantis modo, 460.

Admonitio de industria fieri non debet, 409. Sæpe mediandum id quod in suspicionem venit, 409.

Ægrotantes non negligendi, 416. Ne ille quidem negligendus qui alios negligit, 416.

Ægyptii. Apud Ægyptios astronomia, astrologia et geometria pedestres erant disciplinæ, 450. Scientiæ hieroglyphicæ in majori pretio erant, 450. In Ægypto animalia omnia præter porcum divinitate donabantur, 455.

Æmulatio longe fugienda, 408.

Æquale nosci non potest inæquali ignorato, 540.

Æqui et contenti in omnibus esse debemus, ita ut nec divitiæ nos extollant, nec egestas dejiciat, 410.

Affirmatio semper vera aut negatio, 518.

Alleluia quid significet, 460.

Aliud est anima, aliud animal, 470. Quod aliud est, ab alio est aliud, 521. Ita et quod idem, alii est idem, 521.

Anachoretis divites homines et mulieres magna munera attulerunt, 488. Sic Christus promissum implevit, 488.

Anathema id quod Deo sacrum aut ab eo abalienatum, 493.

Angeli hominum custodes nunquam imminuuntur sed augentur semper, 453. Vel enim hominem viventem, vel animam e corpore egressam sequuntur, 453. Antequam homines sequantur, in aliis pro homine ministeriis ministrant propriis principibus, 453. Animas e corpore exeuntes ducunt in loca convenientia, 470.

Anguli per compositionem linearum coexsistunt, 519.

Anima in se ipsa est, 537. Anima est velut artifex, corpus velut instrumentum, 537. Animæ insunt duæ cognoscendi facultates, perceptiva et intellectiva, 470. Per primam et se ipsas et se invicem cognoscunt animæ, per alteram ea quæ supra ipsas, 470. Non intelligit anima animam, aut angelus angelum, sed videt per facultatem perceptivam, 470. Non eget anima corpore, ut sentiat corpo-

Digitized by Google

rea, sed sensum præstat corpori, 470. Animæ proprium intelligere, ut sentire corporis, 537. Anima distincta a corpore, 537, 538. Animam non sanguinem esse, sed distinctam a corpore et immortalem probatur ex Scripturis, 466. Anima in corpore est, ut ratione utens, 540. Corporea autem sunt in corpore, ut forma, 340. Anima potest se a corporis affectionibus separare, 538. Ergo et a corpore separari nec perire, 538. Animæ præsentia corpus vitæ et sensus et notionis particeps, 538. Absentia animæ corpus sine sensu et cogitatione, 538. Est ergo anima in se ipsa ut natura sua incorruptibilis, 538. Anima sæpe ante et post corpus patitur, semper autem cum corpore, 429. Animæ domus est corpus, anima est domus Spiritus, 595. Animi motus vitiosi, velut rami luxuriantes amputandi, 416.

Animal ex animali semper fit et secundum naturam, 569. Animal autem ex non animali nec semper nec secundum naturam, 569. Animal ex animali esse non potest, nisi sit primum animal, quod non sit ex animali, 559. Animalium alia e terra et aquis educta, 549. Alia e principibus generum nasci Deus voluit, 541. Ut ostenderet se legibus naturæ non servire, 541. Animalium mundorum et immundorum distinctio non ex natura sed ex lege, 454. Volebat Deus Judæos jugo servitutis legis subjicere, 454. Eosque ab Ægyptiorum animalia adorantium cultu deterrere, 455. Animalia rationis expertia vituperare ob prave facta contra rationem est, 496. Animalia in ministerium hominis aut cibum aut disciplinam facta, 496. De animalibus in arcam introductis, 457. Animalium visio Isaiæ et Ezechieli oblata, 457. Animalia tantum immunda in vase quod Petro oblatum est, 476.

Annus. Absque anno mundus esse non potest, 535.

Apollonius physicæ peritia effecit quidquid effecit, 450. Illius effectiones adhuc vigent, 450. Apollonii statuæ dæmon insidebat, et homines divinationibus seducebat, ut Apollonium colerent, 450. Huic Christus os occlusit, 450.

Apostoli quo sensu hominum piscatores, 448. Apostolos quidam dixerunt solatia terrena exspectasse in regno Israelis, 488. Hoc unum erat ex iis quæ ignorabant ante adventum sancti Spiritus, 488.

Aristotelis de mundo doctrina continet multas necessitates ex una necessitate æterna supposita deductas, 577. Aristotelis commentum est quintum elementum, 553, 554. Aristoteles nihil fieri statuit nisi ex subjecto, 550. Subjectum natura unum, forma duo esse, 551. Materiam unum esse principium, non tamen ita unum, ut certum quid sit, 552. Antiquos philosophos corrigit, sed in eadem vitia relabitur, 554. Triadem diversam a Platonica admittit, 556. Materiam simul cum forma veluti matrem eorum esse censet quæ fiunt, 556. Cœlum fortuito factum et non fortuito opinatur, 560, 561. Ingenitum et genitum, *ibid.* De tempore, 565, *et seqq.* De motu. 570 *et seqq.*

Arrogantia illorum misera, qui sibi omnia scire videntur, 413.

Asceteæ institutum non modo accessionem absentium divitiarum non admittit, sed nec possessionem præsentium, 448.

B

Bacchæ thyrsos circumferunt, 411.

Balneum cognomento Timiotinum, 586.

Baptismus. In baptismo celebramus passionis et resurrectionis Christi symbola, 501. Oleo primum ungimur, deinde post lavacrum unguento, 501 In baptismo circumcidimur exuentes Adam et induentes Christum, 483. Baptismo vitam congruentem qui non adjungit, est infideli deterior, 442. Baptismus in hæresi acceptus emendatur unguenti unctione, 446. Baptizati infantes different a non baptizatis, quia isti bona baptismo adjuncta habebunt, alii carebunt, 462. Hæc bona consequuntur per fidem offerentium, 462.

Beatitudo. In beatitudine regni Israelis terrena solatia exspectasse apostolos quidam dixerunt, 488. Non eos confirmat Christus sed refellit, cum ait: *Non est vestrum nosse*, etc., 489. Judaica hæc opinio, 489.

Beelzebut, 472.

Beliar, 472.

Beneficentia colligitur bene aliis faciendo, 416.

Bonum non ex comparatione mali, sed ex propria natura bonum, 468. Quod bonum est simpliciter, omnibus bonum est, non quibusdam tantum, 557. Quod bono contrarium est non appetit bonum, 557. Suæ enim naturæ corruptionem appeteret, 557.

C

Cadmæa victoria, 412.

Cain deteriora Deo offerebat, 492.

Cantus in Ecclesiis quantas habeat utilitates ostenditur, 486. Resecatur usus instrumentorum cum saltatione et croatis, 486. Hæc enim Judæis conveniebant, 486.

Capite qui sunt graviori minus apti ad acute cogitandum, 485.

Carmina cur adhibita in Scripturis, 461.

Caro prorsus sumus, nec boni quidquam in nobis habitat, 410.

Castimoniam alii ab initio colunt, alii a certo tempore, 589. Non omnia animalia generant, 589.

Catathema est assentiri anathematizantibus, 493.

Causas naturales huc refert Democritus, quod semper ita factum sit, 569. Cur autem semper inquirendum non putat, 569.

Centuplum de parentibus, fratribus et sororibus spiritualibus intelligendum, 487. Sic etiam uxor intelligi debet, 487. Ecclesiæ centuplum tribuit Christus in spiritualibus et humanis eam multiplicans, 488. Anachoretis in deserto divites hominés et mulieres magna munera attulerunt, 488. Sic Christus promissum implevit, 488.

Chariton martyr, 587.

Charitana martyr, 587.

Christus Deus et homo, 427. Quatenus homo indebita morte debitam destruit, quatenus Deus, resuscitat, 427. De uno filio diversæ voces convenienter naturis dividendæ, 427. Unius Filius et ante sæcula et recens, 427. Christus non ex divinitate et humanitate perfectus est, quasi aliud esset præter duo, 429. Sed utrumque est Deus et homo, 429. Filium se hominis dicit per articulum masculinum, 465. Increduli inde colligunt eum ex Josepho esse, 465. Si Josephus vocatus est filius Eli sine copula conjugali, similiter filius dari potuit Josepho, 466. Idcirco Virgo desponsata viro duos patres habenti, 466. De Christi genealogiis, 488, 499. Ex historiis ad Acta depositis erutæ fuerunt, *ibid.* Christum Deus ex ea, quæ fuit Uriæ, oriri voluit, habens honorem pœnitentiæ Davidis, 471. At mortem inflixit filio per adulterium nato ex uxore Uriæ, 471. Christi corpus post unionem deificatum, 451. Divinæ dignitatis factum est particeps, non naturæ, pro bona voluntate Verbi, 432. Christi generatio secundum carnem enarratur, 466. Divina inenarrabilis, 466. Christus sitivit et esurivit et lacrymatus est, cum posset horum nihil sustinere, 485. Sed argumenta humanitatis suæ præbere voluit, 485. Precatus est ob eamdem causam, 485. Quin etiam nunc interpellat pro nobis etsi fragilitati carnis non jam subjectus, 485. Christus quatenus Deus miracula edit, quatenus homo patitur, 428, 429. Christi miracula non omnes eodem tempore cognoverunt, 475. Herodes serius aliis cognovit, 475. Ipse Joannes ante resuscitatum viduæ filium, non audierat omnia, 475. Christo ignorationem nefas affingere, 462. Christi precatio pro discipulis posterior Judæ perditione, 449. Itaque non obstat quominus Christum semper auditum fuisse credamus, 449. Christum quarto die traditum nonnulli dicunt, 465. Idque ex rerum gestarum numero conjiciunt, 465. Non quarto, sed quinto die traditus, 465. Christus vestimenta cum quibus post resurrectionem apparuit, vel creavit vel aliunde sumpsit, 490. Christi resurrectio probat possibilem esse resurrectionem, 544. Volebat paulatim assuescere discipulos, ut ipsius corporali præsentia carerent, 459. Idcirco dixit Mariæ, *Noli me tangere*, 459. Christus trahet ad se omnia, cum aboleverit omnem principatum, 456.

Christiana doctrina, non ut aliæ disciplinæ, in quibus minora præcedunt, 481. Sed tamen præpostero ordine non docuerunt apostoli, 481. Ubique enim ex lege Christum prædicant, ex minoribus majora, 481. In Christiana religione nihil falsi, 441. Ex præcedentibus fidem facit futurorum, 441. Christiana vigente religione falsum est res publicas in pejus delapsas, 495. Vigente cultu gentilium magnæ evenerunt calamitates, 495. Minus bellis agitatus orbis, ex quo Christiani prodierunt, 495. Sed religionis sanctitas spectari debet ex recte factis, 495. Dominantibus Græcis homines dæmonibus immolabantur, et cultus Deo debitus rebus inanimis tribuebatur, 495. Christianis primas tenentibus prohibita nefanda sacrificia, 495.

Christiani patrem suum agnoscunt Christum et matrem fidem, 587. Non omnes in eumdem locum conveniunt, 586. Sed unusquisque quo vult aut potest, 585. Lex erat ut sacrificare abnegantes post flagella capite plecterentur, 587.

Cibis utendum non ad voluptatem, sed quod vivere ad aliquam utilitatem velimus, 410. Cibum unicum fuisse arborum fructus ante diluvium nonnulli patrum dixere, 492. Sed tamen Abel de lacte gregis sui edebat, Cain de frugibus terræ quam colebat, 492. Nam Cain deterioribus

Digitized by Google

Deum colebat, Abel proprio usu Deum potiorem habebat, 492.

Circumcisio sigillum fidei Abrahæ, 483. Transmissa posteris ut monumentum fidei illius et Dei potentiæ, 483.

Clamitantium nullus prudentia præditus est, 413. Cum clamante conticescendum, 409.

Clemens in epistola ad Corinthios, 469.

